sint vnius mentis vnius vocis. vnius laudis/ vni⁹

confessionis: vnius professionis. ⁊ vnius affectio-
nis. Vnde omnes vnanimes vno ore benedicunt
deum ⁊ patrem domini nostri Jesu Christi.
Iste est cetus ille: de quo dicitur Danielis. xiij. ꝙ Dan. 13.
exclamauit omnis cetus voce magna: ⁊ benedixe-
runt deum. qui saluos facit sperantes in se. vere ex
clamat iste cetus: quia non cessat clamare sanctus
sanctus sanctus dominus deus sabaoth. hoc et ēm
opus eorum laudare ⁊ benedicere deum. ¶ Quar
to ⁊ vltimo est status virtuose firmitatis permane
bit coram me. coram me (inq̃) quia mei habebūt vi
sionem clarissimam. quia mei habebunt fruitionē
dulcissimam. quia mei habebunt possessionem ple-
nissimam. permanebit ergo iste cetus: quia de isto
cetu sunt illi: quibus dixit christus Luce. xxij. vos Luc. 22.
estis: qui permansistis mecum in tentationibus
meis. et ego dispono vobis: sicut disposuit mihi pa
ter regnum: vt edatis ⁊ bibatis ⁊c̄. Sed coram te
domine iesu christe quia sicut dicitur ysaie nono.
letabuntur coram te: sicut qui letātur in messe sicut ysaie. 9.
exultant victores capta preda quando diuidūt spo
lia. Et leuiti. xxiij. dicitur beatis in figura. Letabi Leui. 23.
mini coram domino deo vestro: ⁊ celebratis solēni-
tates eius septem diebus. septem vero diebus vni
uersitas temporis comprehenditur ſm Gregoriū
et potest haberi per hoc perpetuitas huius glorio
se solennitatis. Ad quam nos perducat dominus
iesus christus per sua sacramenta: que instituit. qui
cum deo patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat in se
cula seculorum. Amen.

Finit Prefatio.

¶ Distinctionis Prime Libri quar-
ti Sententiarum.
Questio Prima.

Circa distinctiōē
primam quarti sententiarum
quero primo. Vtrum sacra-
menta noue legis sint per se
causa effectiua gratie gratū
facientis in animabus susci-
pientium sacramenta. ¶ Vi
detur ꝙ sic. In sacramentis
noue legis est aliqua virtus
spiritualis collata ipsis ad sanctificandum creatu
ram ſm August. super Jo. Homelia. vij. Que est Augustī.
(inquit) ista vis vel virtus aque: vt corpus tangat.
⁊ cor abluat. Et pari ratione de alijs sacramentis
suo modo. sed hoc nō est nisi causando ⁊ efficiendo
gratiam. ergo ⁊c̄. ¶ Secundo sic. Sacramentum
est inuisibilis gratie visibilis forma: vt eius simili-
tudinem gerat: et causa existat: secundum Magi-
strum in litera describentem sacramentum. Sed il
lud quod conuenit alicui ex sua diffinitione: vere
et per se sibi conuenit. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Hec
est differētia sacramentorū noue legis ad sacramē
ta veteris legis. q2 illa tātū gratiā figurabāt: ⁊ nō
causabant. sed sacramenta noue legis cum sint per
fecta signa ⁊ efficacia: non solum figurant: sed etiā
efficiunt quod figurant. sed illud per quod alterū
differt ab alio: vere ⁊ realiter ⁊ per se sibi conuenit
ergo sacramenta sunt vere ⁊ realiter ⁊ per se cau-

sa effectiua gratie.

¶ **Contra.** Illa que non possunt attingere ad creationem realiter ⁊ effectiue: non possunt efficere gratiam. quia gratia nō habetur nisi per creationem. sed sacramēta nō possunt creare cum sint creature. ergo ⁊c. Ad hoc videtur esse auctoritas Bernardi in sermone quodā de cena domini: vbi dicit. ꝙ sicut inuestitur canonicus per librum: ⁊ abbas per baculum: ⁊ episcopus per anulum: sic diuisiones gratiarum diuerse tradite sunt sacramentis. sed planum est ꝙ illa non efficiunt. ergo nec sacramenta vt videtur. Bernar.

¶ In ista questione sic ꝓcedā

¶ Primo recitabo quattuor opiniones probabiles de questione cum motiuis earum. ⁊ modis dicendi. ¶ Secundo arguam contra eas ⁊ soluā motiua earum. ¶ Tertio ponam aliam opinionem: que mihi magis placet ⁊ declarabo eam: et instabo contra eam ⁊ soluam. ¶ Ultimo ad rationes principales.

sacramēta noue legis an causent ꝑ se grām .I. opinio

¶ **Quantum ad primum est** vna opinio solennis que dicit primo. ꝙ sacramenta noue legis causant effectiue gratiam: vel sunt causa per se eius effectiua. Et oporteret ꝙ omnes hoc ponant: sicut dicit. Tum propter auctoritates sanctorum Augustini ⁊ aliorum. Tum propter aliquas rationes superius adductas in principio questionis. Tum quia alioquin non essent sacramenta causa gratie nisi causa sine qua non: et per accidens. ⁊ ita non pertineret hoc ad diffinitionē sacramenti: nec ad artem considerandi de sacramentis. quia ea que sunt per accidens: relinquenda sunt ab arte. vi. Metaphi. (6. meth.) Tum quia alias sacramenta noue legis preeminētiam non haberēt super sacramenta veteris legis. ita enim potest dici: ꝙ illa saltem circūcisio conferebant gratiā: sicut causa sine qua non. quare ⁊c. ¶ Secundo dicit ista opinio: ꝙ sacramenta non possunt esse causa principalis effectiua gratie: sed instrumentalis. Ad cuius euidentiam dicitur. ꝙ efficiens vel causa agens distinguitur dupliciter. (Cause effici. dup. distinct.) Uno modo ex parte effectus. et sic distinguitur in agens depositiuum quod causat effectum primum: qui est dispositio respectu secundi effectus ⁊ in agens perfectissimum: quod inducit vltimatum effectum ⁊ perfectum. Alio modo distinguitur etiam efficiens ex parte efficientis et isto modo distinguitur in agens principale ⁊ instrumentale. Instrumentum autem habet duplicem actionem vnam ex propria natura: et aliam inquātum mouetur a principali agente. ⁊ quando habet secundam/ simul habet etiam primam. nec habet secundam nisi habendo primam. ⁊ per secundam attingit ad aliquid vltra aliud ad quod attingit per primam. Illud autem quod attingit per secūdam: ⁊ inquātum instrumētū est: et motum a principali agente: aliquando est terminus actionis principalis agentis. aliquādo vero dispositio ad terminum actionis ipsius principalis agentis. Ad ꝓpositū in sacramento baptismi (⁊ sic in alijs intelligendū est suo modo) aqua baptismi exterius abluit corpus: vel madefacit. ⁊ hec est operatio eius que conuenit sibi per naturam propriam. Ulterius autem inquantum est instrumentum diuine misericordie: habet effectum vlteriorem. non quidem attingendo ad gratiam vt ipsam creet in anima: quia creatura est: ⁊ creare non potest/ nec principaliter / nec instrumentaliter: sed attingendo ad aliquā dispositionem spiritualem ipsius anime ad gratiam. ⁊ illa dispositio in baptismi sacramento est caracter. Et similiter in alijs sacramentis imprimentibus caracterem. In sacramentis vero non imprimentibus caracterem est aliquis ornatus spiritualis. vel qualitas aliqua ad gratiam loco caracteris disponens ⁊ est consonum hoc dictis Magistri sicut dicunt. (Magr.) Dicit enim ꝙ homo non querit salutem a sacramētis. sed a deo per sacramenta. Hec enim prepositio a vel ab denotat causam efficientem principalem. sed ista ꝓpositio per denotat cām instrumentalem. ¶ Tertio dicit opinans in vna alia questione: ꝙ necessarium est secundum predicta inesse aliquam virtutem absolutam sacramento ⁊ supernaturalē: que non tantum est ordo sacramenti ad gratiā sed est forma absoluta: que est ratio agendi ipsi sacramento. ⁊ per consequēs absolute. quia quinto phisicorum. (5. phisi.) sicut relatio non potest esse terminus motus vel terminare actionem: ita non potest esse alicui ratio agendi. Qualis autem sit ⁊ quomodo insit ista virtus declaratur sic. Nam virtus que est ratio agēdi debet proportionari agenti. quia igitur agens principale ex seipso agit. ⁊ non agit inquātum motum ab alio: sicut agens instrumētale: hinc est ꝙ virtus principalis agentis permanens est in esse et habens esse completum ⁊ perfectum in ipo. virtuti vero instrumenti secundum ꝙ huiusmodi non conuenit esse sibi nisi in motu ⁊ in fieri et secūdum esse incompletum. quia motus est aliquid imperfectum. eo ꝙ est actus entis in potentia tertio phisicorum. ⁊ instrumentum non agit nisi inq̄tum motum est ab agente principali. Uirtus ergo illa supernaturalis est in sacramento in fieri: ⁊ non habet esse fixum: per modum quo intentiones sensibilium ponuntur in remedio. sicut intētio coloris ad immutandum visum ponitur in medio moto ab ipso corpore colorato. ⁊ sic ponitur illa virt⁹ in sacramento corporali secūdum esse fluxibile. ⁊ etiā incōpletum. ⁊ hoc est possibile. licet impossibile esset ꝙ talis virtus cum supernaturalis ⁊ spiritualis poneretur in tali corpore vel sacramento corporali secundum esse manens ⁊ completum ⁊ fixum. ¶ Ad confirmandum vero istam virtutē esse in sacramēto: et sacramentum agere per talem virtutem arguitur multipliciter ⁊ per rationes ⁊ per exempla. ¶ Per rationes. (Rōnes. .I. opi.) Tum quia deus nouo ⁊ speciali modo est in sacramentis ad sanctificandum creaturam secundum omnes. sed hoc non est per mutationem dei: sed per mutationem sacramenti ad visum applicati. cum igitur mutatio terminetur ad aliqd absolutum: non videtur esse in eis: nisi per aliquam specialem virtutem absolutam eis influxā ab agēte deo. Tum quia quando agens agit in aliud mediante instrumento: prius naturaliter recipitur virtus agentis in instrumento q̄ in illo alio. patet in serra. Sacramenta autem sunt instrumenta dei in sanctificando. Tum quia videmus quod ignis inq̄tum est instrumentum diuine iusticie: habet virtutem punitiuam qua agit in spiritus damnatorum. ergo similiter sacramentum in q̄tū est instrumentū diuine mīe habet vim iustificādi sibi a deo

collata. nec aliquid repugnat. Tum quia medicina habet aliquam vim respectu sanitatis vel dispositionis ad ipsam. Tum quia sacramentum habet relationem realem ad effectum sacramenti. et hoc non est nisi mediante illa virtute absoluta. ¶ Ad hoc adducuntur exempla. (exēpla ꝓ pma opi.) Primum est de voce bene audibili. que est causa discipline. et habet virtutem mouendi intellectum. nā ipsa aliquo modo virtualiter continet intentionem proferentis: ⁊ ab ipso quandā virtutem videtur recipere: vt possit esse causa discipline in audiente: sicut dicitur in de sensu ⁊ sensato. similiter de fātasmate corporali respectu intellectus tertio de anima. ¶ Secundū exemplum est de celo. quod quidem inquātum mouetur ab intelligentia: quasi instrumentum recipit virtutem generandi ista inferiora: etiam viua: in quorū generationem non posset secūdum se. ¶ Tertium exemplum de semine quod in virtute generantis vel anime ipsius agit ad generationem: vt dicitur in vndecimo de animalibus: (11. de aīalibus.) non in vitute propria sicut etiam scdo de anima. calor inquātū est instrumentum anime habet virtutem generandi carnem et multa alia consimilia possunt poni. nullum enim est inconueniens si instrumentum ponitur habere aliquam virtutem ab agente principali: per quam agat aliquid vel attingat: ad quod nō posset in virtute propria: vt videtur. ¶ Ad hoc adducuntur auctoritates. prima est Augu. allegata in principio questionis. Secūda est bede super lucam: (Beda.) ꝙ christus tactu sue mundissime carnis dedit vim regeneratiuam aquis: sed ista vis non est nisi illa virtus absoluta. ergo ⁊c.

2. opinio **Secunda opinio** est: que negat illam virtutem absolutam. ponit tamen ꝙ sacramēta sunt causa effectiua gratie: sicut prima: tamen per alium modum. quia sunt gratie vasa cōtētiua. cōtinent eñ causam effectiuā gratie. deus enim cuius est causare gratiam: est in ipsis sacramentis modo speciali ad specialem effectum gratie causandum in anima recipientis sacramentum. licet enim sit vbiq̄ deus per essentiā: presentiam: et potentiam: hic tamen est specialiter insistens: et nō solū assistens sicut alijs rebus. et ideo sacramentum cui insistit: dicitur causare gratiā vel cōferre. ¶ Et ponitur ad hoc exemplum. (Exēpluz) sicut eñ manus christi tangendo infirmum dicebatur ipm curare: et sibi conferre sanitatem pro tanto: quia diuinitas sibi insistens curabat: et sanitatem conferebat: sic dicitur sacramētum gratiam causare: non per aliquā virtutem supernaturalē sibi influxā. vel collatam. et formaliter inherentem: sicut primi ponunt. Qr autem sacramētum non sit proprie instrumentū habens talem virtutem actiuam: probāt. qr nec attingit ad gratiam creādam: nec ad aliquam dispositionem quia creatio cum sit de nihilo: dispositionem non requirit. quare ⁊c. Potest tamen dici instrumentale agens aliquo modo. sicut manus christi dicebatur agens instrumentale in curatione infirmorū: et diuinitas insistens dicebatur principale agens.

3. opinio. **Tertia opinio** est probabilis et subtilis ꝙ sacramenta sunt per se causa effectiua gratie. Et hoc oportet dicere: sicut dicunt primi. et potest probari hoc sicut primi probauerunt. ¶ Adducunt tamen vnam rationē specialem ad hoc talem. omnis dispositio necessitans ad aliquam formam. que nō est ratio recipiendi ipsam: est causa effectiua realis et per se illius. ꝓbatur ista tam de dispositione necessitante ex natura rei: q̄ ex ordinatione alicui⁹ vel institutione. de primo patet exemplum. quia scdm Aristo. (Aristo.) scdo phisicorū et quinto methaphisice. motus est per se causa effectiua sanitatis. ambulare eñ (sicut dicit ibi) est per se causa effectiua enechie. idest bone dispositionis. sicut enechia est per se causa finalis ipsius ambulere. loquitur enim ibi aristo. de per se causis. et planum est ꝙ motus ambulationis non est nisi quedam dispositio necessitans ad sanitatem: ⁊ hoc ex natura rei et subiecti sic dispositi. et non est ratio recipiendi ipsam sanitatem. quia ratio recipiēdi manet manente forma recepta. sanitas autē non manet cum motu. nec econuerso. immo cessat mot⁹ adueniente sanitate. Similiter potest poni exemplum de motu respectu proprij termini intrinseci. quia est causa effectiua eius. et non est nisi talis dispositio necessitans vt videtur. Similiter declaratur de dispositione que est ex institutione alicuius necessitans: meritum enim ex ordinatione diuina et institutione est dispositio necessitās ad premium vite eterne: non ex natura rei. quia non sunt condigne passiones huius temporis ⁊c. Et planum est ꝙ secūdum omnes meritum est causa premij: ⁊ nō nisi causa effectiua: patet sicut de motu. probatur etiam ista maior per rationem. quia dispositio necessitans ad formam que non est ratio recipiendi: per se requiritur sicut aliquid prius natura: ad hoc vt sit forma. non per accidens. patet sicut nec dispositio que est ratio receptiui per accidēs requiritur ad hoc vt sit forma. vel causet. sed per se. s; nihil requirit ꝑ se ad hoc vt fiat effect⁹: nisi sit per se cā ei⁹ quia a nullo per se depēdet effect⁹. nisi a per se causis eius. ergo talis dispositio est per se causa talis forme. Sed non est causa materialis. patet. quia vel talis forma materiam non habet sicut partem sibi intrinsecā. vel si habet materiā: tñ talis dispositio cum transeat et talis forma maneat: non potest esse materia eius. nec pertinere ad materiam sicut dispositio que ratio est recipiendi quam oportet manere. nec est forma eius pari ratione nec finis sed potius ecōuerso forma est finis talis dispositionis: vt patet. ergo cum non sit ponere quintū genus cause: oportet necessario. ꝙ talis dispositio sit per se causa effectiua realis talis forme. Est igitur maior vera. Si minor est ista: ꝙ sacramentum noue legis ex institutione diuina vel ordinatione in suscipiente sacramentum vel potius ipsa susceptio sacramenti seu sacramentum in sua susceptione in non habente obicem. q̄tum est ex se ad gratiam recipiendam/ que non est ratio recipiendi gratiam. quia gratia manet: et sacramentum transit adueniente gratia: ergo est per se causa effectiua ipsius gratie. Nec sequitur ex hoc: ꝙ sacramentum creet gratiam vel attingat ad creationē eius. nam sacramētum licet sit causa effectiua gratie nō tamē per aliquā actionem elicitā: q̄ sit media inter sacrm ipsum ⁊ grām ⁊ sit actio ꝓductiua grē: s; solū qr est dispositio necessitās ad gratiam: que non

est ratio recipiendi modo predicto. Sic etiam ambulare licet sit causa effectiua sanitatis secundum philosophū. et tamen planū est ꝙ scđm veritatem ipsum ambulare nec est actio productiua sanitatis qꝛ sanitas nō est terminꝰ intrīsecus ambulationis: ambulatio enim non est motus ad sanitatem. sed ad vbi. nec etiam ipsum ambulare habet aliquam actionem elicitam: que sit actio productiua sanitatis media inter ambulare. sicut patet. tūc enim motus esset agens ꝛ eliciens aliam actionem. ideo ꝛc.

Correlarium. ¶ Stant ergo ista duo simul: ꝙ scilicet aliquid sit per se causa effectiua alicuius: et tamen nullam habeat actionem elicitam respectum illiꝰ nec sit etiā actio productiua eius vel etiam passio. ¶ Et potest probari hoc idem de caractere respectu gratie contra primos: vt videtur eis. et per istum modum sacramentum dicitur esse causa effectiua gratie: nec tamen attingit ad creationem gratie seu alicuius dispositionis ad ipsam: eo modo quo ponunt primi. et ita sunt causa gratie: et tamen non creant gratiam. sicut etiam nec meritum creat premium nec motꝰ crearet sanitatem si sanitas crearetur in ambulante: et de potentia subiecti non educeretur.

¶ Non valet etiam si dicatur contra eos: ꝙ sacramentum non est dispositio necessitans ad gratiam nec in se nec in sua susceptione. quia sacramentum exhibetur circa corpus. gratia vero in anima. sed dispositio et forma debent esse circa idem: ergo ꝛc. Dicunt enim ꝙ non oportet hoc de dispositione: que non est ratio recipiendi: sed sufficit: ꝙ sit eiusdem suppositi: licet non secundum eandem partem ergo quia corpus et anima vnum suppositum constituunt non concludit argumētum. Secus est autem de dispositione que est ratio recipiendi. bene enim oportet ꝙ sit in eodem cum forma ipsa sicut patet.

Absolutio.3.opi. ¶ Sic igitur dicunt: ꝙ non est aliqua virtus absoluta in sacramento per quam efficiat vel attingat gratiam seu aliquam dispositionem ad ipsam: sed virtus illa sacramenti non est nisi ordo efficax talis sacramēti ad gratiā suscipiēti cōferendā qui quidem ordo recte virtꝰ dicitur. qꝛ est vltimum de potentia: et vltimum quod habet sacramentum scilicet esse signum efficaciter ad gratiam sic ordinatum et ꝙ ipsam efficaciter significet virtus autem est vltimum de potentia. *2.celi.* scđo celi ꝛ mundi. hec est tertia opinio.

4.opi. ¶ **Quarta opinio est etiā probabilis**: ꝙ sacramentum est causa gratie per modum meriti de condigno ꝛ operis acceptati a deo ad salutem suscipientis et gratiam sibi conferendam: hoc enim christus meruit per suam passionē: vt sacramentum suscipiens non habens obicē gratiam a deo consequeretur: et reciperet ipsam. Et ita sacramentum est causa gratie non effectiua: sed miritoria et exigitiua magis: et sicut meritum est causa premij: et sicut actꝰ charitatis est causa augmentationis charitatis. non ꝙ charitatem efficiat vel causet effectiue: sed ipse deus solus: sed magis per modum meriti actus talis est causa hoc probatur. ¶ Tum quia non aliter videtur esse sacramētum causa gratie: ꝙ̃ passio christi: a qua habet sacramentum suam efficaciam. vnde et ipsa passio christi vel christus passus est principale agens respectu gratie nostre sacramentalis sacramentum vero quasi instrumentum habens virtutem ꝛ efficaciam ex passione christi: sed passio christi est causa meritoria gratie sacramentalis. vt patet ergo ꝛ sacramentum. ¶ Tum quia etiam quādo aliquod agens agit mediāte instrumento coniuncto ꝛ etiā mediante alio separato: non habet maiorem virtutem instrumentum separatum ꝙ̃ coniunctum patet de manu et securi vel themone vel gladio. sed verbum filius dei operatur nobis sacramentalem gratiam mediante sua humanitate passa vt instrumento coniuncto que potest dici principale agens aliquo modo respectu sacramenti: quod est instrumentum separatum. Cum igitur ipsa passio christi vel humanitas passa vt distinguitur contra verbum: non sit causa effectiua gratie sacramentalis: quia sic est creatura: sed sit tantum causa meritoria: videtur ꝙ multofortius sacramentum non sit causa effectiua sed meritoria de condigno modo predicto. Sacramenta autem veteris legis nō cōferebant gratiam puta circūcisio ipsa nisi per modum meriti de condigno quia passio christi nōdū erat exhibita in actu. et ita differebant a sacramētis noue legis: sicut dicunt. hec de primo articulo principali: in quo sunt quattuor opiniones recitate.

¶ **Quantum ad secundū articulum** principalem arguam primo contra primā opinionem. Quantum ad hoc ꝙ ponit sacramentum esse causam effectiuam et dispositiuum ad gratiam causando illam dispositionem: quam vocant caracterem vel ornatum. ¶ Primo sic contra opinantem. *Cōtra.1. opinionē* quia ipse ponit alibi in secundo: ꝙ creatura non potest creare: nec ad effectum creationis attingere: nec principaliter nec instrumentaliter. et hic etiam dicit hoc. quia pro tanto negat sacramentum non attingere ad gratiam: licet ad dispositionem possit attingere. sed illa dispositio spiritualis quam ponit: puta caracter: non habetur nisi per creationem. Probatio. qꝛ est forma simpliciter supernaturalis: sicut et gratia ipsa: et de nulla potētia anime educitur nec de naturali/ nec de obedientiali: sicut nec gratia. nō enim habetur per mutationem ita ꝙ sua productio sit mutatio: vt patet saltem secundum eos ergo sacramentum ad talem dispositionem non attingit ita parum sicut ad gratiam. Nec valet responsio aliquorum dicentium ꝙ caracter vel talis dispositio non educitur nec creatur: sed inducitur. Aut enim sic inducitur: ꝙ de nichilo sit vel habetur et non de aliquo: vel potentia alicuius: ꝛ sic creatur aut sic ꝙ de aliquo vel potentia alicuius et per consequens per mutationem aliquam eius: de quo vel cuius potentia sit. et sic educitur quod est falsum et contra eos quare ꝛc.

¶ Secundo sic. sacramentum secundū eos est causa effectiua gratie per hoc: ꝙ est causa effectiua caracteris vel dispositionis. Tunc arguo: quando aliquid est causa tertij: quia est causa secundi: oportet ꝙ secundum sit causa tertij. et hoc siue in eodem genere cause: siue in alio. sed caracter ille nō est causa grē in aliquo gñe cause qꝛ nec forma nec finis. patꝫ nec efficiēs per eos. qꝛ creare nō pōt. nec materia ex qua: pꝫ. nec in qua vt dispositio que est ratio recipiendi: quia anima seipsa disposita est ad gratiā: sicut ad caracterem: vt videtur. igitur sacramētum ex hoc nō debet dici causa gratie. Si aūt oporteat: ꝙ secūdū sit causa tertij in eodē genere cause sicut primū secūdi: tunc difficilius est argumentū. quia caracter nō est causa effectiua gratie secundū eos.

¶ Tertio sic. Instrumentum secūdum ip̄os simul habet opationē sibi propriā ex forma sua: ꝛ operationem suam que conuenit sibi ex motione: ꝛ in virtute principalis agentis. sicut serra simul secat lignum per suam acutiem: et facit domum: inquantum mouetur a domificante. Et similiter de sacramento oportet ꝙ simul habeat suas operationes duas. sicut aqua simul abluit et ad caracterem attingit. sed actio sacramenti propria: cum sit corporalis et cum motu: non fit in tempore. patet. sicut aqua abluit in tempore: et mouetur in tempore. igitur ad caracterem attingit in tempore. et caracter successiue habetur. et per consequens gratia: respectu cuius caracter est dispositio necessitans. sed hoc est falsum. Tum quia gratia creatur et habetur in instanti. Tum quia etiam ꝙ aliqua forma successiue adquiratur: non videtur nisi propter partes mobilis seu subiecti: vel propter gradus forme: vel propter indispositionem contrariam: quam oportet successiue amoueri: vel propter impotentiam agentis. modo nulla talis causa inuenitur in gratia: que adquiritur: saltem quantum ad vnum gradum in quo posset adquiri per sacramentū: quia non oporteret necessario ipsam adquiri in multis gradibus vt videtur. ergo ꝛc. ¶ Si dicas ꝙ sacramentū vel aliquid sacramenti puta vna syllaba verborum sacramenti posset habere operationem propriam in instanti. et illa syllaba erit sacramentum completiue et in virtute precedentium faciet effectum in instanti. Sicut vltima gutta cauat lapidē in virtute precedentium. Dico: ꝙ hoc patet esse falsum. Tum quia sicut tota oratio sacramentalis profertur in tempore: ita et quelibet syllaba. Tū quia tunc videretur: ꝙ alie syllabe superfluerent: et illa vltima esset totum sacramentum. Tum quia exemplum adductum non est ad propositum: nec accipitur verum. vltima enim gutta in virtute propria cauat lapidem. et quelibet alia precedens quando cecidit: *Nota de gutta cauāte lapidem.* in virtute propria fecit aliquid de dispositione ad effectum cauationis mollificando lapidē. ita ꝙ precedentes guttas fuit aliquid factam de dispositione. non sic autem secundum te in proposito de precedentibus syllabis. ideo ꝛc.

¶ Quarto sic. quia talis dispositio causata per sacramentum non videtur esse possibilis in sacramento eucharistie consecrando eucharistiam. quia verba illa sacramentalia consecrationis planum est ꝙ ipsam transsubstantiationē non attingūt effectiue sicut nec creationē. eiusdem enim virtutis est transsubstantiare et creare: nec aliquam dispositionem ad trāssubstātiationē. quia illa dispositio aut esset in pane: aut in corpore christi. non in corpore christi. patet. quia iam non esset dispositio. nec in substantia panis. quia cum illa sit dispositio necessitans ad esse corporis christi: simul esset substantia panis in qua ponitur dispositio illa. et corpus christi sub speciebus. sed hoc est falsum. ergo ꝛc. Nec valet si dicatur fugiendo: ꝙ verba illa attingunt ad transsubstantiationem quantum ad recessum a termino a quo: puta quantum ad desitionem ipsius eē panis. non tamen quantum ad accessum ad terminum ad quem: puta quātum ad esse corpus christi. Primo quia non seruatur positio illorum: qui loquuntur de dispositione preuia. nam non esse panis vel desitio essendi panis nō ē prior esse corporis christi: sed vel simul vel posterior. Secundo. quia sicut creatura attingere non potest ad creationem: que est productio totalis alicuius non de aliquo: ita non potest attingere ad desitionem essendi alicuius: non resoluendo ipsum in aliquid sicut in materiam vel subiectum. quia non potest agere aliud vel facere: quod desinat esse: nisi presupponēdo materiam: vel nisi relinquendo materiam. Modo planum est ꝙ substantia panis ita desinit esse ibi: ꝙ nō resoluitur in materiā sed nichil de ipsa relinquitur nec materia nec forma. et ideo nichil valet.

¶ Si dicas ꝙ illa dispositio ad transsubstantiationem substantie panis in corpus christi est in ipsis accidentibus vel speciebus: que manent. Non videtur probabile. Tum quia accidentia sicut non transsubstantiantur: ita non disponuntur ad transsubstantiationem. Tum quia vna fictio videtur: ꝙ accidentia panis per illa verba alterentur. cum sonus non habeat virtutem alteratiuam talem respectu accidentium. Similiter etiam cum ipsa verba possint non attingere ad materiam ipsam vel ad accidentia ipsa: sicut quando aliquis consecrat sanguinem cooperto calice: motus aeris verborum nō attingit vsq̧ ad species. quare ꝛc. Similiter etiam ita posset fieri transsubstantiatio non manentibus accidentibus sed potius cōuersis: sicut et ipsis manentibus Similiter etiam cum secundū ipsos verba consecrationis non prius agant in aliquid vel circa passum ꝙ̃ tangant ipsum: per Aristotelem septimo phisicorum *Arist.7 phisicoꝝ.* de simultate agentis et passi. et in instanti prolationis terminate verba: vel species verborum nondum tangant species panis. quia multiplicatio soni non fit in instanti sed in tempore secundum philosophum in de sensu: sequitur ꝙ per tempus post instans vltimum prolationis verborum nondum transsubstantiatio facta est: nec dispositio ad ipsam. et per consequens substantia panis per totum illud tempus manet. quod est falsum et contra omnem veram opinionem de eucharistia quare ꝛc. ¶ Secundo principaliter arguo contra illam virtutem: quam ponit ista opinio in sacramēto ad efficiendum caracterem vel illam dispositionem ad gratiam. Et hoc sic primo illa virtus absoluta supernaturalis aut est in verbis sacramentalibus diuisibiliter aut indiuisibiliter. quia aut pars est in parte: aut tota in qualibet parte. et similiter potest argui de materia cum verbis. Non potest dici: ꝙ ibi diuisibiliter sic ꝙ pars in parte. quia cū sit spiritualis: partem et partem non habens simplex est. Similiter etiam si pars esset in parte: tunc corrumpetur ad corruptionem partis vel subiecti sui. et ita nihil faceret ad effectum: qui fit in instanti terminationis verborum. Non enim potest dici: ꝙ migret de parte in partem: de subiecto in subiectum. Et similiter etiam sequeretur: ꝙ talis virtus extensa esset: saltē per accidēs habens partē extra partem. qđ repugnat spirituali virtuti. cuiusmodi debet poni ista virtꝰ. si eñ poneretur corpalis: tunc nō plus videretur attingere ad effectum: ꝙ̃ virtus

naturalis ipsorum sacramentalium. Et preterea quereretur qualis esset illa: et cuius speciei in genere corporalium. quod non posset facile assignari. Hec potest dici: q tota sit in qualibet parte: ita q sit indiuisibiliter ibi. Tum quia inter formas: que insunt materie vel subiecto corporali: sola anima rationalis est talis forma et subsistens. Tum quia oporteret q de parte migraret in partem: vel omnino deficeret deficiente parte. et sic non esset talis virtus in vltima parte: puta in vltima syllaba. et sic nihil faceret ad caracterem vel dispositionem illam. Hec potest dici q migret de parte in partem: de syllaba in syllabam. sicut patet. Si dicas q sunt plures tales virtutes in verbis: et materiales in diuersis partibus verborum: sequitur q virtus sacramenti vnius non sit vna: sed sit valde plures: et tantum aggregatione sit vna. quod non videtur conueniens. quare ꝛc. ¶ Secundo sic de illa virtute quero: aut influitur sacramento vel verbis sacramentalibus in principio: vel in medio vel in fine. non in principio vel in medio. quia sacramentum nondum habet effectum suum. nec etiam deus qui est principale agens. et ita frustra infunderetur. Si militer etiam verba sequentia superfluerent: ꝛ non essent de necessitate sacramenti. Si dicas: q in fine verborum influitur a deo: contra: aut accipis finem verborum prolationem vltime litere vel syllabe. aut instans: ad quod terminatur ista prolatio. si prolationem litere vel syllabe: cum illa sit formatio vocis et successiua: idem est sicut de tota prolatione verborum. Et ita potest argui sicut prius. si accipis in instanti illo terminatiuo prolationis verborum. Contra. tunc verba non sunt. tunc enim nō est formatio verborum. Cuius ergo subiecti est illa virtus: cum verba non sint: sicut nec motus est cum instanti. Similiter etiam si in illo instanti influitur: aut in eodem instanti corrumpitur: ꝛ cessat: et ita simul est et non est. Aut post illud instans manet: ꝛ sic aut in tempore habito corrumpitur: quod non concederes: sed diceres: q sicut in instanti habeꝫ: sic in instāti corrūpitur: et nō in tpe: aut manet in tpe: et sic per aliqō tēpus manet sine verbis et subiecto suo. et postꝫ sacramentum habet suum effectum. et sic frustra: quare ꝛc. ¶ Tertio sic. si esset dare talem virtutem causatiuam dispositionis necessitantis ad gratiam: qua ratione esset dare eā in vno sacramento: pari ratione in alijs: sed in sacramento penitentie: vel quod non imprimit caracterem non est dare talem dispositionem necessitantem nec per consequens talem virtutem. Tūc enim sequeretur: q alicui confitenti quantumcunq; ficto conferretur per talem virtutem dispositio aliqua necessitans ad gratiam: que necessario aduenireꝫ sibi recedente fictione. sicut recedente fictione a baptisato qui recipit in baptismo caracterem: aduenit sibi gratia. nec oporteret ipsum rebaptisari. sed illud est falsum. tunc enim confesso ficto in actu cōfitendi postea recedente fictione: necessario aduenireꝫ gratia. et sic non oporteret ipsum reconfiteri. quod est falsum: et inconueniens. sicut patet.

Nota. ¶ Quarto sic. sicut sequenti rationem naturalem non sunt ponenda plura sine necessitate rationis: ita sequenti fidem non sunt plura ponenda sine necessitate fidei: vel auctoritatis: cui assentit fides. sed non apparet necessitas fidei: nec auctoritatis: cui assentiat fides ad ponendum talem virtutem absolutam in sacramentis: qua attingat ad aliquā dispositionem talem respectus gratie. Si enim apparet aliquid: precipue videretur: vt posset vitari efficacia sacramenti ex solo pacto et poni differentia inter sacramenta noue legis ꝛ antique: vel auctoritates alique: que possunt ad hoc allegari. Sed primum non cogit. nam velint nolint: oportet omnes recurrere ad pactum. quia talis virtus etiam si ponatur: non nisi ex pacto operatur. nec deus cooperatur sibi nec ad effectum eius nō nisi ex pacto sequitur gratia non ex natura: vt patet. Similiter etiam auctoritates infra soluentur. ergo ꝛ cetera.

¶ Videtur ergo simpliciter negandus ille modus ponendi et illa virtus absoluta. oporteret enim ipsam plurificari eiusdem rationis in verbo et materia: vel etiam alterius rationis sicut et susceptiua. et tamen si poneretur sufficeret vna: vt videtur. Similiter etiam virtꝰ illa se diffunderet in circuitu: sicut verbum: et posset habere: et haberet: ℭtum est ex se: suum effectum circa vnum sicut circa alium. eo q agit naturaliter. quod non videtur. Similiter etiam esset sacramentum causa totalis equiuoca respectu illius dispositionis ad gratiam per illam virtutem. et ita esset simpliciter aliquid nobilius ipsa. quod non videtur. Tamen iste rationes que hic tangūtur vltimo: licet ponantur ab aliquibus: non sunt multum efficaces. et ideo in ipsis nō sto sed potius in premissis. Refellit I. opinio.

¶ Contra secundam opinio, nem arguo primo sic. Deus ℭtum est ex parte sui: non aliter existit in sacramentis: vel insistit eis. nā sicut in alijs rebus ineſt tantum per presentiam: essentiam et potentiam: ita etiam ipsis sacramentis. licet enim insistens sacramentis causet effectū aliquem ad quem causandum non existit: nec insistit alijs rebus vel corporibus: tamen ita intime et perfecte insistit alijs corporibus: sicut sacramentis et vniformiter ℭtum est ex parte sui. sed per insistē tiam ipsius dei in alijs corporibus non possunt dici alia corpora causare effectiue illud: quod deus creat insistens eis. tunc enim corpus humanū posset dici efficere animā. quia deus sibi insistens creat eam. quod est falsum. ergo nec sacramenta per hoc q verbum eis insistit: possunt dici efficere gratiam. ¶ Et confirmatur excludendo exemplum adductum pro opinione. quia si deꝰ sic influisset humanitati christi: q non fuisset assumpta ad vnitatem diuini suppositi: nunqꝫ manus christi dicta fuisset curare infirmos. quia diuinitas insistens sibi curabat eos. pro tanto enim hoc conceditur: quia est communicatio ydiomatum inter illa: que sunt vnum in supposito. sed planum est q verbum dei quod causat gratiam: non insistit sacramento sic: q sacramentum sit vnum suppositum cum verbo. ergo ꝛc. ¶ Tertio ex dicto eius. quia vasi non debet attribui operatio locati vel contenti. sed sacramentum non dicitur causare gratiam: nisi per modum vasis. quia est vas contentiuum gratie secundū eū. ergo ꝛc. Item esse contentiuum gratie non est nisi dupliciter. vno modo per modum subiecti. et hoc est continere formaliter. et sic sacramentum non continet. et dato q sic contineret: adhuc propter hoc nō esset causa effectiua gratie. vel virtualiter: Cōtra. 2. opinionē

et hoc soli deo cōuenit. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic quacunq; litercunq; deus insistat sacramento: tamēn operatur gratiam in susceptione sacramenti ex natura rei: nec ex necessitate talis insistentie: sed ex pacto voluntatis sue: noto ecclesie q sic ordinauerit. et per consequens oporteret eum recurrere ad pactum. et talis insistentia nihil videtur facere ad gratiam. sed solum pactum. Tamen ipse improbat opinionē de pacto: quare ꝛc.

Contra 3. opi. ¶ Contra tertiam opinionem: licet sit pulchra et subtilis arguo primo sic. Illud quod non est in re et in actu: quando gratia ponitur in actu: non est causa per se effectiua realis ipsius gratie: probo. quia cū ens diuidatur in causam et causatū: impossibile est q non ens in actu et realiter sit causa realis in actu alicuius effectus realis. Similiter patet hoc secūdo phisicorū. q oportet causam in actu et particularem simul esse cū effectu. et hoc cōceditur ab omnibus de causa efficiēte. Secūdo hoc patet. quia sicut in possibile est: q non ens sit effectus realis in actu: ita impossibile est: q non ens sit causa realis alicuius. sed sacramentum non est: quādo ponitur gratia in actu. vel si sit aliquod: accidit q sit. probatio. quia cum sacramentum consistat in rebus ꝛ verbis: verba autem non sint in instanti terminatiuo prolationis verborum: sicut nec tempus est in instāti vel cū illo instanti: ꝛ tamen gratia ponitur in illo instanti. etiam secundū ipsos ꝛ secundū veritatem: sequitur q sacramētum non est: quādo ponitur gratia et creatur in actu. ergo ꝛc. ¶ Et confirmatur secūdo. Nam aliquis fictus recipiens caracterem baptismalem: non autem gratiam: postea recedente fictione recipit gratiam baptismalem vel sacramentalem. sed tunc non est sacramentum. quia precessit per multum tempus forte. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. si sacramentum sit per se causa effectiua gratie: hoc non est nisi per modum dispositionis necessitātis: sicut dicunt. sed impossibile est hoc. ergo ꝛc. Probatio minoris. quia sicut est impossibile: q nō ens disponatur realiter: ita impossibile est: q non ens disponat. Siue sit dispositio per modum receptiui de qua est manifestum: siue non sit ratio receptiui. non minus enim ad rationem effectiui requiritur: q aliquid sit ens: ℭ ad rationem receptiui: vt videtur. cum ceteris paribus nobilius et perfectius sit effectiuum: ℭ receptiuum. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. si sacramentum est per se causa realis effectiua gratie: hoc est ratione ordinis efficacis ad gratiam: quem habet ex institutione diuina. quiquidē ordo est formalis in ratione sacramenti: etiam secundū ipsos. Magis enim ex hoc ordine habet q sit causa: ℭ ex verbis vel ex materia. sed hoc est impossibile quia respectus rationis nō potest esse causa realis: nec ratio cause realis alicuius effectus. iste autem ordo non est nisi respectus rationis circa sacramentum: etiam secūdum ipsos. quia nō est nisi respectus sacramenti ad gratiam futuram qui non potest esse realis. quia ad non ens non est relatio realis. sed consurgit in sacramento ex volitione vel intellectione diuina: et non ex natura rei.

Preterea magna difficultas est: quomodo talis respectus rationis sit ibi formaliter. ꝛ an sit ibi sic q ipso possit dici sacramentum actiuum vel effectiuū ergo ꝛc. ¶ Quinto sic. sicut se habet receptum ad receptiuum sic vt videtur causatum ad causam effectiuam per se. sed impossibile est formam recipi in aliquo: quin referatur ad receptiuus realiter. ita q contradictionem implicat receptum formaliter in aliquo modo referri ad receptiuum. sicut q accidens inhereat subiecto: vel recipiatur in ipso: ꝛ nō referatur ad ipsum. ergo impossibile est esse aliquē per se effectum: qui non referatur per se ad causam per se efficientem. sed gratia non refertur ad sacramentum realiter quia ad non ens nō est relatio realis. ergo ꝛc. ¶ Sexto sic omnis causa effectiua per se realis creatura videtur realiter referri ad effectum quando ponitur in actu: vel saltem potest referri: ꝛ refertur secundum communem cursum nature. sed sacramentum non refertur realiter ad gratiam: quando ponitur sicut nec econuerso. relationes enim cause create effectiue ad effectum sunt cōuerse et mutue ergo ꝛc. Potest enim probari minor huius rationis. quia talis relatio et si non fundetur proprie super actionem efficientis: preexigit tamen actionem ipsam. sed secundum eos sacramētum non habet actionem aliquam respectu gratie. ergo ꝛc. ¶ Preterea contra eos. materia non causat aliquid: nisi recipiendo aliud a se: puta formam. igitur efficiens per se non causat aliquid: nisi efficiendo vel attingendo aliquid per suam actionem. sed sacramentum non attingit ad gratiam per aliquam actionem secundum eos. ergo non est causa effectiua. ¶ Octauo confirmat hoc de forma: que nihil causat vt forma nisi in formādo aliud a se. puta materiam. ergo similiter nec sacramentum alicuius non est causa effectiua: nisi attingendo per actionem suam aliquem effectum et aliud a se. sed sacramentum nihil attingit secundū actionem elicitam. igitur ꝛc. Unde videtur secundū premissas rationes: q pari ratiōe dici possit aliquid causa effectiua alterius: respetu tamen cuius nihil faceret q. 4. rōnes vltie sunt debiles.

¶ De istis quattuor rationibus vltimis (licet aliqui ponant eas) non curo nec sto in eis: sed in quattuor primis. Isti enim contra quos alij faciunt premissas rationes: dicerent q nō valent de omni causa per se effectiua: sed tantū de causa effectiua principali attingente per actionem elicitam de genere actionis ad effectum ipsum: etiam retorquerēt premissas rationes contra eos: quia caracter vel dispositio illa ad gratiā oportet q sit causa effectiua gratie ad hoc vt possit saluari sacramentum esse causa effectiua gratie mediāte caractere. oportet enim ad hoc q primum mediante secundo possit dici causa effectiua tertij: q secūdum in eodem genere causae sit causa tertij. Nec sufficit: q in alio genere causae puta per modum dispositionis: que est ratio receptiui. alioquin posset dici q generās disponēs materiam mediante dispositione ad animam esset causa effectiua anime rationalis: quod non videtur verum igitur tenendo positionem eorum: q caracter sit causa effectiua gratie: et tamen cum hoc oportet ponere q nullam actionem elicitam productiuam habeat respectu gratie: etiam secundum positionem eorum. quia cum sit creatura: creare non potest. ergo et cetera. Ita q nō habent aliq pro inconuenienti: q sit aliqua causa per se effectiua alicuius effectus habiti per talē causam: que tñ nullū habet respectū realē ad effectū: nec attingit ad ipsum per actionē elicitam mediam inter causam et

effectum ipsius effectus productiuam. Sicut etiam declarant de motu ⁊ proprio termino intriseco: licet ipse motus bene sit ipsa actio vel passio productiua termini: et respectus quidã non ad terminũ: sed ad agens: si sit passio. ad passum vero: si sit actio. vtrum vero ista dicta sint efficacia dimitto gratia breuitatis tamen dicta opposita videntur magis probabilia.

Contra 4. opi.

¶ **Contra quartam** opinionem arguo primo sic. si sacramentum est meritum de cõdigno ipsius gratie sacramẽtalis: quero cuius formaliter merentis sit meritũ. quia aut est meritũ christi: aut meritum conferẽtis seu ministrãtis aut meritum recipiẽtis. Sed non est meritum christi. precessit enim totum meritum christi: vnde ⁊ nihil meretur a modo christus de nouo. Nec meritum cõferentis. quia ministrans cum sit pessimus frequẽter: ⁊ ĩ peccato mortali: nõ meretur gratiam de cõdigno ipsi recipienti sacramentũ sed frequenter demeretur sibi ipsi dãnationẽ eternam ministrãdo indigne sacramẽtum. Nec est meritum recipientis. quia tunc prima gratia inesset sibi ex merito proprio cõdigni quod est falsum quia tunc meritum condigni non presupponeret gratiam in merẽte. igitur ⁊c. ¶ Secundo sic sacramẽtum nõ est actus meritorius de condigno per se ad hoc vt per ipsum habeatur gratia. Immo nec est actus meritorius. quia est aliquod sensibile signum. ⁊ nõ est actus charitate formatus. ergo nõ est causa gratie per modum meriti. Dices ꝙ licz sacramentum non sit meritũ: tamẽ susceptio sacramẽti est meritum. Dico ꝙ nõ potest hoc esse. quia si susceptio sacramenti esset meritum de condigno: non esset meritum nisi recipiẽtis ⁊ planum est: ꝙ nõ est meritum recipientis. Tum quia paruulus mereri nõ potest. et ita potest similiter argui de merito cõgrui q̃tum ad paruulos ⁊ christum ⁊ ministrãtem aliquo modo. Tum quia nullus de cõdigno sibi meretur primam gratiam. nec est meritum ministrantis. patet. quia frequenter est malus ⁊ in pctõ mortali. nec meritum christi. patet. meritum enim christi fuit ipso viuente. et fuit actus bonus voluntatis sue charitate formatus: quo passionẽ ppriã scdm voluntatem dei acceptauit ad redemptionem generis humani. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic dato ꝙ sacramẽtum sit meritum. Quero a te vtrum sit vere causa gratie vel non. si dicis ꝙ non: tunc non das plus de causalitate sacramẽtis: q̃ alij qui ponunt diuinam assistentiam ibi: et deum causare gratiam. non autem ipsa sacramenta ⁊ tunc niteris frustra. si sic. aut est causa finalis: aut materia: aut forma: aut efficiens: non nisi efficiens: patet. ergo dicere ꝙ sacramentum est causa gratie per modum meriti: et non causa effectiua est contradictio. ¶ Preterea potest argui contra istam opinionem quia quod nõ est non est causa alicuius entis vere et realiter: sed meritum non est: quando premium est frequenter ⁊ vt in pluribus. et in proposito specialiter de sacramento et gratia. ergo ⁊ cetera. Dices ꝙ licet meritum non sit in re: est tamen in acceptatione. Dico ꝙ sicut non est in re: ita non est causa in re sed bene acceptatio diuina vel volitio causa est. non autem meritum ipsum: quod non est. Et ita debet intelligi si aliquãdo dictum est: ꝙ meritum in acceptatione diuina est causa premij. Sic ergo nulla premissarum opinionum videtur esse vera. hec de secũdo articulo principali.

Opinio alia: quã tenet auctor.

¶ **Quantũ ad tertiũ articulũ** respondeo aliter ad questionem. et dico primo: ꝙ sacramentum non est causa per se effectiua gratie nec alicuius dispositionis ad ipsam. Et hoc sufficienter probatum est supra arguẽdo cõtra alias opiniones. Et põt adduci auctoritas bernardi ad hoc superius allegata in principio questionis. ¶ Secũdo dico: ꝙ adhibito sacramento vel recepto: habetur gratia: nisi sit obex vel impedimentum in suscipiente: ⁊ hoc ex ordinatione diuina et volitione efficaci diuine voluntatis ꝙ sic fiat. et ex pacto suo: quod declaratum est ecclesie per fidem. ⁊ dicta sanctorum. Ita ꝙ deus solus effectiue causat gratiã: tamen adhibito sacramento quod quidem sacramẽtum nihil operatur vel efficit: ad hoc sed tantũ cõcomitatur vel precedit. Ad hoc ponũtur plura exempla. vnum est de bulla pape: qua habita adquiritur alicui prebenda vel confertur. Aliud est de merello vel signo: quo habito confertur alicui elemosina: licet nihil faciat merellus ad talem collationem: vel etiam bulla pape. Et possunt multa alia exempla poni: sed nõ est vis. ¶ Tertio dico: ꝙ nullam oportet ponere virtutem in sacramentis per quam sint cause gratie vel dispositionis ad gratiã: sicut apparet ex predictis. quia proprie loquendo et veraciter siue realiter: sacramenta non sunt causa gratie: nec dispositionis alicuius ad gratiã: nec caracteris vel alicuius talis ornatus: qualem ponunt alij. ¶ Quarto dico: ꝙ improprie et large loquendo de causa. ⁊ modo populari vel vulgari: sacramenta possunt dici causa gratie. ⁊ ita virtutem aliquã habere. eo modo quo bulla pape dicitur habere virtutem collationis vel adeptionis prebende. ⁊ merellus virtutem collationis elemosine pro tanto. s. ꝙ istis habitis vel positis: habentur vel cõferuntur illa. non ex natura ⁊ virtute talium: sed ex voluntate ⁊ ordinatione conferentium: vnde ⁊ virtus talium non dicitur: nisi ordinatio efficax instituentis ad talia consequenda. ¶ Et similiter potest dici in sacramento: ꝙ virtus eius non est nisi ordinatio ipsius efficax a diuina voluntate ad hoc vt ipso habito vel adhibito: obice non impediente habeatur gratia in suscipiente. et non est nisi respectus rationis obiecti voliti a deo vel ordinati sicut videtur. Et istam opinionem tenent multi: ⁊ tenuerunt ⁊ videtur mihi melior inter omnes. ¶ Quia vero difficiliora que possint contra opinionem obijci tanguntur supra arguendo ad principale vel p opinionibus aliorum. ideo dimitto instare. et soluo ad motiua aliorum.

Ad rões pme opi.

¶ **Ad primum** pro prima opinione: que dicit ꝙ oportet omnes dicere sacramẽta esse causas per se ipsius gratie. Dico ꝙ nõ oportet: nec ad hoc cogit auctoritas aug. nec diffinitio sacramenti: sicut apparebit soluendo ad rationes principales. Ad illa duo que adponũtur qñ dicitur primo ꝙ sacramẽtũ alias esset causa per accidẽs gratie. et sic ista causalitas p se nõ ptineret ad cõsideratione de sacrõ. Dico ꝙ sacrz eẽ realẽ causam ⁊ veram ipsius gratie nõ pertinet per se nec per accidẽs ad cõsideratione de sacramẽto: tãq̃ aliquid attribuendum sacramento. quia secũdum veritatem non est causa: sed magis tanq̃ aliquid remouendum a sacramento. pro tanto tamen pertinet ad cõsiderationem: ꝙ sacramẽtum sit causa gratie modo predicto improprie. s. ⁊ vulgariter loquẽdo. qr ipso suscepto habetur gratia sicut si esset cõsideratio de bulla vel merello: nõ solũ q̃tũ ad substãtias talium: sed etiam q̃tum ad valorem ipsarũ. et sic magister principalius intendit tractare de sacramẽtis magis q̃ vt sunt res quedam naturales. ¶ Ad secũdum dico ꝙ nõ obstantibus predictis: sacramẽta noue legis preminentiam habent super sacramentum circuncisionis. vel alia sacramenta que antiquitus gratiam contulerunt. quia in primis conferebatur gratia ex opere operantis vel suscipientis: si erat adultus. i. requisita fide saltem informi ipsius operantis: puta parentum: vel circũcidentis puerum. vnde oportebat ꝙ haberent fidẽ christi. Et ordinauit deus ꝙ cum tali fide operantis vel suscipientis haberet sacramentum efficatiã idest efficaciter conferret gratiam suscipientis: vel potius cum ipso a deo conferretur. Sed non sic de sacramentis noue legis: sed in ipsis ex opere operato confertur gratia vnde nõ oportet ꝙ operãs credat: sed sufficit ꝙ cum debita intẽtione: puta ꝙ intendat facere quod facit ecclesia christianorum: licet discedat: ⁊ non credat ꝙ aliquid faciat: sed si valet: valeat/ administrando sacramentum habetur gratia in suscipiente obicem non habente ab ipso deo. Et sic patet ꝙ vnus infidelis etiam baptisare potest. Et patet differẽtia sacramentorum noue legis ad alia. ⁊ etiã preminẽtia eorum ad alia. ⁊ hec est etiã differẽtia que solet communiter assignari.

Infidelis baptisare põt.

¶ Ad illa que adducũtur declarando: ꝙ sacramẽta sunt causa effectiua instrumentalis et dispositiua respectu gratie non autem principaliter/ patet ex predictis. ꝙ sicut sacramẽtum nõ potest esse causa principalis: nec attingens ad gratiam: ita nõ potest esse causa instrumentalis attingens ad caracterem vel dispositionem quam ponũt alij. qr ita oportet eã creari sicut gratiam. ergo ⁊c. ¶ Ad illa que adducũtur pro illa virtute absoluta que est aliquid in fluxu ⁊ in esse imperfacto in ipso sacramento sicut instrumento. Dico ꝙ nihil est proprie in fluxu nisi motus qui est ipse fluxus: vel etiaz tempus seu entia successiua. Et dico ꝙ talia tantũmodo sunt respectus. et per consequens nihil absolutum est in fluxu. sed est permanens omne absolutum. ⁊ per cõsequens illa virtus. ¶ Ad primũ ergo pro illa virtute quãdo dicitur ꝙ deus nouo modo est presens creature vel sacramento ad sanctificandum: concedatur nouo modo. non quia aliter q̃ per presentiã/ essentiam/ ⁊ potentiam: sed quia ad causandum nouum effectum. ⁊ dico ꝙ hoc est cum mutatione sacramenti. sed illa mutatio nõ terminatur ad aliquã virtutem absolutam: sed ad respectum applicationis ipsius sacramẽti ad vsum. Nec oportet ꝙ omnis mutatio terminetur ad aliquid absolutum: sed potest ad respectum extrinsecum terminari. sicut patet de motu ad vbi. ¶ Ad secũdum dico ꝙ nulla virtus absoluta recipitur in instrumento ad agẽdum. Unde nec instrumentum artificiale quod proprie est instrumentum: et a quo sumpta est ratio instrumenti: et diriuatium est nomen ad alia nullam habet virtutem actiuam vnde instrumentũ est nec a se: nec ab agẽte receptam: per quam attingat ad effectum principalis agentis. nec ad aliquã dispositionem. sed si ad aliquid attingit per virtutem aliquam sibi formaliter inexistentem respectu illius non dicitur. nec est instrumentum: sed magis principale agens eo modo quo agens principale distinguitur contra instrumentale. vnde et quando carpentator mediante securi secat: securis nihil facit effectiue: sed tantum sunt ibi due motiones ordinate: quarum vna est prior: ⁊ est securis. Alia vero posterior est: et est partium ligni et expulsio ipsarum a priori situ: vel separatio ipsarum: et ab eodẽ agẽte: puta a mouente securim: non a securi. Non enĩ oportet ꝙ instrumentum aliquid absolutum recipiat a principali agente: quo agat: vt patet. Nec duricies securis licet sit impassibilitas quedã qua possit resistere et non faciliter pati ab alijs: non tamen est qualitas actiua: vt videtur. Nec etiã figura. Tum quia tunc considerans figuram nõ abstraheret a motu. quia consideraret per se primũ principium motus. Tum quia si deus conseruaret figuram vnius mollis: et moueret ipsum de loco ad locum: ita expelleret aliud corpus sicut durum. Corpus enim quasi formaliter expellit aliud corpus de alio loco: sicut vna forma aliam de eadem materia vel subiecto nõ autem expellit ipsum effectiue per aliquam virtutem motiuam: sed magis mouẽs corpus expellit aliud corpus de eodem loco ad quem mouet aliud corpus q̃re ⁊c. ¶ Sic igit̃ dico ꝙ instrumẽtũ nõ agit: nec hz talẽ ꝟtutẽ absolutã a pncipali mouẽte in fieri tm̃. valde ei est ĩpossibile ꝙ securis quotiens mouetur ab artifice: acquirit vnam formam absolutam vel virtutem: et quotiẽs cessat moueri: totiens perdat aliquid absolutum.

De igne inferni.

¶ Ad tertium de igne inferni. dico ꝙ ignis inferni per modum instrumenti nihil agit in spiritus damnatorũ puniendo ipsos. vel affligẽdo. nec recipit aliquam virtutem absolutam ad hoc faciẽdum: sed per aliũ modum affligit: sicut dicetur infra. Nec ĩ illa actione est instrumentum: nisi extendendo nomen instrumenti ad omne agẽs secũdarium. et ita omne aliud agens ab ipso deo posset dici aliquo modo instrumẽtum quo non loquor modo. Uel dicendũ ⁊ similiter ad illud quod precedit de instrumẽto quod nõ est simile de igne respectu afflictionis damnatorũ. quia illa afflictio vel dolor educitur de potẽtia subiecti: ⁊ nõ habetur per creationem: sicut gratia vel caracter: vel dispositio ad gratiam. ¶ Ad quartũ dico ꝙ sacramenta nõ sunt proprie loquendo medicine peccati habẽtia aliquam actionem qua attingant gratiam vel dispositionem in anima ad gratiã. sed pro tanto dicũtur medicine quia ipsis adhibitis cõfertur a deo gratia expiatiua peccati ⁊ anime sanatiua quasi sanitas eius spiritualis. ¶ Ad quintum dico ꝙ sacramẽtum nõ habet realem relationẽ ad effectum seu ad gratiam. Non enim realiter sacramẽtum quando gratia inducitur ⁊ ita ad gratiã realiter nõ refertur sicut etiam ad non ens nõ est relatio realis: nec gratia ad ipsum sacramẽtum realiter refertur. Et preterea dico ꝙ nõ oportet ad hoc ꝙ aliqd de nouo realiter referat̃: ꝙ propter hoc aliquid absolutum de nouo in ipso adquiratur sicut declarari potest ⁊ in respectibus extrinsecis et intrinsecis. sed transeo.

Ex eplorũ solutõ

¶ Ad exempla dico ꝙ primũ de voce bene audibili non valet ad propositũ. primo quia accipit falsum. vox enim vel ser

mo bene audibilis non habet in se: nec recipit aliquam virtutem vel intentionem ab anima proferentis seu instituentis: vt per talem virtutē possit causare in anima vel intellectu disciplinam per modū talis instrumenti: sicut ponunt q autem nulla talē virtutem absolutam recipiat patet. quia anteq̄ imponatur ad significandum: nō habet talem virtutem: vt patet. per impositionem vero imponentis nō recipit aliquid absolutum reale positiuum in se ipsa: sed solum respectu rationis ad rem signatam: vt signi voluntarij ad signatum. Sermo igitur bene audibilis nō est causa discipline: sicut dicūt. sed pro tāto dicitur causa discipline quia sermone prolato immutatur sensus et fantasia. z vltimo intellectus ad cognoscēdum talem vocem secūdum se. et vlterius quia intellect⁹ nouit q talis vox vel talis sermo impositus est ad significandum talē rem. hinc est: q per vocem tanq̄ per signum rememorativum cognoscit rem conferendo signū ad signatū: de qua re oportet q habeat notitiam aliquam per propriam speciem vel fantasma: que causant conceptum eius: non autem ipsa vox per se z directe: nec ex aliqua virtute recepta in ipsa a proferente. Tūc enim a quocunq̄ z cuicunq̄ proferretur: haberet eandem virtutem: et generaret in anima disciplinam. quod patet falsum. Si enim gallico proferatur flamingum vel huiusmodi. nunq̄ propter hoc generabitur in ipso disciplina. sed oportet q prius doceatur talem vocem secūdū idioma flamingum significare talem rem. Secundo non est ad propositum. quia disciplina est aliquid educibile de potē tia anime vel intellectus. nō autem gratia ipsa vel caracter. et ita dato q exemplum esset verum: adhuc non valet ad eorum propositū. ¶ Ex quo etiā patet ad vnum aliud exemplum quod solet poni de fantasmate: quod agit in intellectum in virtute intellectus agentis. dicendum enim dato q in intellectum possibilem agat fantasmate: non tamē recipit aliquam virtutem absolutam ab intellectu agē te. immo nihil omnino: sed per virtutem propriam agit illud quod agit. nec debet dici instrumentum intellectus agentis: dicitur tamen agere in virtute intellectus agentis: quia nō agit in intellectum possibilem nisi concurrente intellectu agente tanq̄ principaliori z nobiliori agente. Preterea etiam dato q talem virtutem reciperet: et mediante ipsa ageret: non est simile in proposito: quia intellectio ad quam coagit fantasma: educitur de potentia intellectus. non sic gratia nec caracter.

¶ Ad secundum exemplum de celo satis dictū est in secūdo: q celum nec in virtute propria: nec ī virtute alteri⁹ seu ab alio recepta potest generare aliquod viuum attingendo ad animam. Tunc enim causa totalis equiuoca esset simpliciter innobilior suo effectu sicut omnino viuum viuo eo modo quo deductum est in secūdo. Hec valet responsio: q nō est inconueniens de causa instrumentali: sicut dictū est ibidem. Preterea dico q celum ab intelligentia motrice non recipit motum z situm: qui non est vis generatiua: sicut patet. Similiter etiam dato q sic esset: adhuc non est simile: quia forma viui ad cuius generationem posset attingere celum educeretur de potentia materie. non sic autem gratia de potentia anime quare z̄c. ¶ Ad aliud exemplum de semine satis dictum est in secundo z in tertio: q semē nō agit nisi dispositiue ad generationē. Similiter etiam q in virtute generantis hō potest ad generationem facere sicut est ibi deductum. dicetur enim q aliquid agat in virtute vel per virtutē alterius: quam non habet in se formaliter: est ignorare vocem propriam. sicut dicere q aliquid sit per formam alterius: sed bene per virtutem suam propriam: quam habet a generante a quo causatur de ciditur et seminatur que est forma sua vel qualitas: dispositiue agit. nec in tali actione proprie loquendo est instrumentum. Et non est simile de ipō et de sacramento vt in instrumento. quia dispositio illa ad quā agit semen de potentia materie vel subiecti educitur non sic dispositio ad gratiam quam ponunt vt caracter. ¶ Ad tertium exēplū qō implicatur eodē mō sicut dictū est de semine suo mō. calor eīm nullā virtutē recipit ad generandum carnē. nec vnq̄ attingere potest ad generationem carnis: nisi dispositiue. et tunc non est simile in facto: sicut dictū est pluries in premissis. Si dicas q aristo. dicit oppositum. dico q nō dicit sicut imponis sibi. sed bene dicit q calor est instrumētum anime ad generandū carnem. z hoc verum est extendendo nomen instrumēti ad agēs dispositiuum etiam per propriam formas. ¶ Ad auctoritates. Ad primā de aug. ad aliam de beda dico q illa vis non dr intelligi virtus aliqua super naturalis absoluta eis influxa. sed extendendo nomen hoc dixerunt. Sicut diceretur q bulla habet vim habendi prebendam: z q est littera magne virtutis. vel merellus elemosinam: sicut dictum est supra.

Ad auctoritates.

¶ Ad illa que dicuntur in secunda opinione planum est q primum deficit ibi: quia nō sic potest dici sacramētum causare gratiam sicut manus christi curabat infirmos. Nā secundum cōmunicationem ydiomatum hoc dicebatur. q verbū infinitēs manui erat idē supposito. licet non primo: sed tota humanitas primo. non sic deus insistens sacramēto est idem supposito cū sacramento. quia patet q verbum non est vnitum sacramento suppositaliter: nec etiam econuerso. Et preterea etiam sanitas infirmorū qua curabat christus educibilis erat de potentia subiecti. z ideo magis poterat conuenire manui vel creature: q̄ gratia vel caracter. ¶ Ad illud quod adducit contra virtutem instrumētalem quam ponunt alij gratis conclusionis concedo.

Ad motiuum tertie opinionis

Ad motiua scōe opinionis

¶ Ad motiuum tertie opinionis: quando accipitur ista ꝓpositio q omnis dispositio necessitans ad aliquā formam que nō est ratio recipiēdi ipsam: est per se causa effectiua eius. Ista ꝓpositio est dubia. Nam sicut dispositio necessitās ad aliquā formā que est dispositio receptiua manens etiā cum forma recepta nō est causa forme per se: nec compositi: sed accidens quoddā disponens materiā. q̄ nec est materia forme nec forma. q̄ forma non est composita ex materia: nec accidens est intrinsecum substantie. nec est pars intrinseca materie: etiā loquendo de materia in qua. q̄ tunc accidēs esset informabile a substantia. z cōpositum ex tali materia z forma non esset q se vnum q̄ ex substantia z accidente nō fit vnū per se. Similiter illa dispositio nec est efficiens: nec finis forme. patet. z non minus preeigitur ad formā q̄ dispositio que nō est ratio receptiua: vel dispositio receptētis manens cū forma recepta. ¶ Ad dexē plum de motu dico primo de motu comparato ad proprium terminū intrinsecum sibi: vel q motus nō est qñ terminus est: vel motus est: qñ ponitur terminus. z siue sic: siue nō sic. diceretur ab aliquo q motus non est per se causa effectiua termini. sed sunt duo effectus ordinate causati in passo: quorū vnus est passio de genere passionis: z alius est terminus ipsius motus. Et quicquid sit de hoc si ponatur q motus nō est: qñ terminus ponitur vtpote q̄ motus est in tēpore: z terminus in instanti. z instans non est cum tēpore precedenti: secure potest dici q motus non est causa effectiua sui termini sicut non ens non est causa effectiua alicuius entis. Et similiter diceretur de motu respectu termini sui extrinseci: sicut de ambulatione respectu sanitatis: nisi q talis motus nō est ipa productio termini talis: sed magis est productio vbi. licet talem motum cōcomitetur vel consequatur sanitas vel dispositio aliqua ad sanitatē: siue ad eodem agente sicut est motus: siue ab alio z hoc si ponat talis motus esse: qñ sanitas ponit. Si aūt non sit qñ sanitas vel dispositio ad ipsam ponitur: tunc dicendū est oīno q nō est causa eius. Ad philosophū si ponatur q sit ambulare qñ sanitas vel dispositio ad sanitatē ponit qñ dicit q ambulare est causa sanitatis. diceretur q non apparet necessitas huius dicti: sed bene apparet hoc q aliquo ambulāte cōtingit ipsum sanari vel disponi ad sanitatē. sed non sic q ambulatio sit causa effectiua illius sanitatis vel dispositionis alicuius absolute ad ipsam sanitatē z ita per se loquendo non est causa sanitatis effectiua. vel forte pro tāto dicitur ambulatio vel motio esse causa: q̄ per ambulationē que terminat ad vbi approximatur sanabile situāti: vel mutatur situs aliquox que inuentiūtur in corpore: quib⁹ sic situatis z approximatis agens sanitatē facilius causat sanitatē. vnde non dicitur ambulatio esse causa effectiua: nisi sicut approximatio vel elōgatio agētis ad passum: vel nisi populariter sēm modum loquendi cōmunem. ¶ Ad exemplū de merito quod est causa premij: dico q meritum precedens in via nō est causa premij: qñ ponitur in patria. q̄ tunc meritū nō est: sed precessit. Nec est dispositio necessitās. q̄ sicut nihil non disponitur: ita nihil vel nō ens nō disponit: positiue dico. sed deus est causa premij: nō aūt meritū ipsum. licet merito precedente. Si dicas q meritū est in acceptatione diuina. dico q meritum non est in seipso: sed acceptatio vel volitio diuina de merito bene est. z illa causat bene premiū. s. volitio dei: sed nō ipsum meritū qō iam nō est. Aliud essi est dicere q meritum causet premiū: z q̄ acceptatio diuina vel volitio eius causet premiū. q̄ illa non est meritū ipsum nec ecōuerso. Si vero meritum presens sit cū premio: sicut fuit vt puto in anima x̄pi: tunc nō currit illud impedimētum de non esse meritū: qñ ponitur premiū. Sed tū adhuc diceret aliquis q meritū non est causa premij. Accidit essi q meritū sit qñ ponitur premium. et nō est hoc per se. ideo z meritū per se nō est causa premij. Similiter premiū quod est gloria multoforti⁹ q̄ gratia causabile. est a solo deo per creationes. ¶ Ad rationem per quā probatur illa maior diceretur q forma per se nō dependet a tali dispositione precipue nō manente: nec in suo esse: nec in suo poni. q̄ illa dispositio nō est qñ forma ponitur: z habet prius esse. Si aūt ponatur simul esse cū forma qñ ponitur: adhuc nō dependet forma ab ipsa: sed ambe dependēt ab agēte: sicut duo effectus ordinati. nō autem vna ab alia: sicut effectus a causa: licet etiā per se ordinentur. Et ideo non videtur efficax illa maior. Ad minorē quicquid sit de maiore. dico q̄ sacramentū nō est dispositio necessitans ad gratiā qñ ponitur. q̄ tunc non est. vel si est: accidit q̄ sit. z patet. q̄ in instanti terminativo plationis verborum sacramentaliū ponit gratia: z tūc sacramētū est dispositio necessitans: non tñ est manens z existens. z ita non est possibile q̄ sit causa realis vera eius quod ponitur. Dices q verū est per aliquam actionē elicitam attingēdo ad gratiam: nec etiam causa in esse: sed in fieri tantum. Dico q non intelligo aliquam veram causam realem alicuius effectus que non sit ens quando ponitur effectus. Contradictio eīm plana est ponere nō ens esse causam. q̄ causa z effectus tanq̄ partes diuidunt ens. Et ponitur sit nō ens. Similiter etiā de causa in fieri nō intelligo illud dictū. aliquid eīm dicitur esse causa alicuius in fieri: qñ est causa q̄tū ad fieri illud: ponēdo illud in esse vel aliquid eius: licet nō sit causa in cōseruando: sed potest cōseruari sine illo. Et planum est q̄ etiā talis causa est in actu. qñ suus effectus: z illud quod causat ponitur in actu. Et sic dico in proposito. q̄ igitur accidit q̄ sacramētum sit in actu. immo non est in actu: qñ ponitur gratia: sicut ostēsum est supra. nō videtur mihi dicendum q̄ sacramētum sit per se causa effectiua realis gratie: vel eius quod habetur mediante sacramento. Ex predictis etiam patet q̄ omnes opiniones que ponunt sacramenta sic esse causas per seipsius gratie: non sunt vere.

qño ambulatio est causa sanitatis.

Ad motiua. 4. opi.

¶ Ad primum motiuum vltime opinionis dico q meritum non se habet ad premium: nec sicut causa eius: nec sicut effectus eius. z ponere q sit causa: est ponere cum aliis q sit causa effectiua: sicut dictū est supra. Secundo dico ad maiorē q licet sacramenta habeant efficaciā vel virtutē predictā: quam exposui supra a passione christi: eo modo quo dicetur infra. q̄ nō propria a passione: sed a diuina voluntate. nō oportet tamē q vniformiter vel eodē modo habeat gratia per sacramētū z per passionē christi. quia sacramentum non est actus meritorius sicut fuit passio christi. Et preterea dato q esset meritū: adhuc nō propter hoc esset causa: sicut dictū est supra. ¶ Ad scōm dico q nec passio christi nec sacramentum est causa effectiua gratie: et per cōsequens nulla causa. quia nō sunt quādo gratia ponitur ī effectu. Et bene cōcludit argumētū: q nō plus sacramentum est causa q̄ passio christi: sed nō q sit causa. Dices q immo causa meritoria licet minus principalis q̄ passio. dico q nō intelligo q causa meritoria cum nō sit meritū ipsum: sit vere causa sicut meritum respectu premij vt dictum est supra. vnde si meritum dicatur causa: hoc est equiuoce q̄tum ad vnā conditionem cause. q̄ est aliquid prius premio. sed nō propter hoc causat ipsum. z tunc ponendo q sacramētum sit causa meritoria: quod tñ nō est verum sicut probatum est supra: nō plus ponitur nisi q sa-

Ad dicta. 3. opi.

cramētum est aliquid prius exhibitū acceptatum a deo: vt recipienti cōferat deus gratiā. Et non est etiā attribuere aliquā causalitatem effectiuā plusq̄ alij attribuunt qui ponūt ibi diuinam assistentiam ad causandū gratiam. Et frustra laborāt sic ponētes: vt videtur. hec de tertio articulo principali.

Ad rationes principales.

Ad primum principale patet de illa virtute: et quid respōdendū est ad auctoritatē Augu. sicut de virtute bulle vel merelli: nisi q̄ adhuc dissimile est de istis. q̄ bulla z merellus manēt cum collatione prebende vel elemosine: sed sacramētum vt in pluribus nō manet cum collatione gratie. Et dico vt in pluribus. q̄ eucharistia bene manet in recipiēte cū collatione vel augmēto gratie. Tum etiā eucharistia ibi non habet perfectam rationē sacramēti: sed magis verba consecrationis z species habēt rationē sacramenti. et planum est q̄ verba nō remanēt cū corpore christi sub speciebus. nec per consequens sunt causa effectiua essendi ibi corpus xp̄i. ¶ Ad secūdum dico q̄ magister accipit causam large in sua diffinitione nō veraciter causam nec ꝓprie: sed modo supra dicto accipiēdo causam pro aliquo prout ad quod sequitur aliud. non ab illo sed ab alio etiā ita q̄ illud non causat ipsum: sed aliquid aliud. vnde licet ad sacramētum sequatur gratia ex institutione diuina. non tñ a sacramēto effectiue sed a deo. z ideo sacramētum nō est causa gratie. q̄ nō dat sibi esse.

¶ Ad tertium de differētia sacramētorū noue legis ad circuncisionem vel sacramentum veteris legis. patet supra quid sit dicendum. Nam in sacramento noue legis ad opus operatum consequitur gratia. in alio autem requirebatur fides vel deuotio operātis. z sic distingūtur. Distingūtur etiā aliter. q̄ multo perfectior cōfertur gratia in sacramēto noue legis q̄ in sacramēto veteris legis sicut patet. z ideo adhuc habēt preeminētiam super illud. Non aūt differunt per hoc q̄ vnum sit vere causa realis gratie: z aliud non. Magis tñ dicēdum est de sacramentis noue legis q̄ sint causa: q̄ de illis. q̄ ad ipsa opera operata cū intētione debita nō ponito obice in recipiente sequitur gratia. sed in aliis ad opus operantis sequebatur. licet bene z sacramentum z opus operantis puta deuotio vel fides requireretur. et ideo magis opus operātis potuit dici causa q̄ sacramentum.

¶ Distinctionis Prime. Questio Secunda.

Secundo q̄ro vtrū sacramētum ponit vel debeat diffiniri. ¶ Videtur q̄ non. primo sic. Oīe diffinibile est per se vnum. sed sacramētum non est aliquid per se vnū. patet. q̄ consistit in rebus z verbis que nō sunt vnum: nisi per accidens vel aggregationē. Nam ex permanētes z successiuo vel nō permanente non fit aliquid per se vnū. res autem permanēs est. z verbum successiuū ergo zc. ¶ Secundo sic. illud quod nō est per se in genere: nō est diffinibile. q̄ scōm boetium sola species diffinitur. species autē est per se in genere: sed sacramētum non est per se in genere. q̄ non est per se vnum: vt probatum est ergo zc. ¶ Tertio sic. si sacramētum esset per se deffinibile: tunc videretur illa diffinitio bona quā dat magister q̄ sacramentū est inuisibilis gratie visibilis forma zc. sed hoc est falsum. quia sacramentum nō est forma gratie: quia nec forma intrinseca nec exemplaris. Similiter non est gratia similis sacramento sicut nec spirituale corporali. Similiter non est causa sicut dictum est supra.

Boeti⁹.

¶ Contra. magister in littera videt diffinire sacramētū q̄ sacramentū est sacre rei signum. Et aliter: q̄ est inuisibilis gratie visibilis forma: vt eius similitudinem gerat: et causa existat.

¶ In ista questiōe sic ꝓceda.

¶ Primo inquiram de diffinitiōe z que sunt illa que proprie possunt diffiniri. ¶ Secundo ostendā ex predictis an sacramētum ꝓprie possit diffiniri vel an aliquid impediat ne sacramētū ꝓprie diffiniatur. ¶ Tertio an diffinitiones vel descriptiones que ponuntur de sacramento: ꝓprie sint vel conuenientes. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quātum ad primū articulū dico

Diffinitio quid.

q̄ diffinitio est oratio indicās quid est esse: sicut dicitur primo thopicorum: z hoc proprie accipiendo diffinitionē: intelligēdo ista descriptionem diffinitiōis sicut dicetur infra. ¶ Diffinitio enim vnomodo pōt accipi pro ratione dicēte quid nominis. z istomodo philosophus accipit diffinitionem iij. methaphisice qñ dicit q̄ diffinitio est ratio quā nomen significat. z hoc modo omne illud quod potest cadere in cōceptu etiā figmenta z impossibilia et negationes: z priuationes: z entia rationis possunt habere diffinitionem z hoc modo large z improprie accipiē diffinitio. ¶ Aliomodo accipitur diffinitio ꝓprie: z hoc modo est oratio indicās explicite tātū quiditatem alicuius rei positiue per se vnius in genere z cōuertibilis cum diffinito. q̄ autem sit oratio: ptz per philosophū. sexto thopicorū vbi dicit q̄ diffinitio non potest esse vnū nomē: sed debet esse diffinitio oratio longa z plurū nominū sicut dicitur octauo methaphisice. Similiter cū sit oratio indicans quid est esse: oportet q̄ illud cuius est diffinitio: habeat per se quiditatē z esse quiditatiuum. Ex quo ptz q̄ nulla negatio vel figmētum: vel priuatio per se est diffinibilis sed q̄ illa quiditas realis debet esse: nullū ens rationis tñ est ꝓprie diffinibile. vnde z intētiones secūde ꝓprie loquendo nō sunt diffinibiles accipiēdo ꝓprie diffinitionē sicut accipit philosophus septimo methaphisice. ¶ Tertio oportet q̄ illa quiditas sit p̄ se vna q̄ nec illorū que p̄ accidēs sunt vnū: est p̄ se quiditas. Unde z illorū que sunt vnū per accidēs: nō est diffinitio ꝓprie: sicut apparet septimo methaphisice. vnde homo albus nō diffinitur ꝓprie. sed de illa quiditate opz q̄ sit per se vnius entis in genere. opz em̄ necessarie q̄ oīne p̄ se diffinibile habeat genus z differētiam que sunt principia diffinitionis vel materiā z formā. Et planū est q̄ omne cōpositum ex materia z forma habet genus z differētia: licet nō ecōuerso. Et ꝓpter hoc dicitur q̄ sola species ꝓprie diffinitur. z planū est q̄ ois species habet genus z differentiam. ¶ Et ideo dico q̄ illud quod nō est in genere per se sicut contētum sub eo

que sunt diffinibilia z que non.

1. phisicorum.

nō est diffinibile ꝓprie. sicut materia nec forma: nec deus: nec differentia aliqua alicuius generis: nec generalissimū alterius generis. Sed vlterius dico q̄ oportet diffinitionem indicare quiditatē tm̄ ipsius diffiniti. z ideo q̄ individuum nō solum dicit vel includit quiditatem: sed etiam aliquid plus. dico q̄ individuū inq̄tum hmōi nō diffinitur. includit em̄ individuū differentiā individualem cōtrahentem ipsam quiditatē specificā z addentem aliquid supra ipsam vt dictū est in scō. Propter eādem causam nulla relatio nec aliquod accidens ponendo subiectū in eius diffinitione: diffinitur ꝓprie. Nec aliquid per additamētū. q̄ aliquid extra quiditatē includitur. sed opz q̄ sit conuertibilis cū diffinito z ecōuerso. q̄ si nō indicaret totā quiditatem cōplete z explicite: sed partem: z etiā non solū cōueniret diffinito: nec esset cōuertibilis cum ipso: nō esset diffinitio ꝓprie. vnde substantia aiata sensibilis nō est ꝓprie diffinitio hoīs: ne cōuertitur cū ipso: nec indicat etiā totā quiditatem hoīs: sed partē. Similiter etiā humanitas nō dicitur diffinitio. q̄ licet dicat totā quiditatē hoīs: non tñ explicite: sed cōfuse. Et ideo dicitur primo phisicorū q̄ diffinitū est cōfusum: sed diffinitio diuidit i singula. ¶ Sic igitur apparet ex predictis quid est diffinitio ꝓprie accepta. q̄ est oratio indicans vel significās precise quiditatē realem positiuam alicuius entis per se vnius in genere conuertibilis cum diffinito z per cōsequens explicita. Et consequenter apparet que sunt ꝓprie diffinibilia. Apparet etiā quomodo diffinitio large z improprie accipitur: z per cōsequēs que sunt large z improprie diffinibilia.

Nota.

¶ Aduertēdum est tm̄ q̄ aliqñ accipitur diffinitio pro oratione significāte rem diffinitam explicite. et isto modo dicta sunt premissa de diffinitione proprie accepta. Alio modo accipitur pro re explicite significata. z sic accipitur aliqñ quādo dicitur q̄ diffinitio est eadem diffinito z huiusmodi. hec de primo articulo principali.

Sacrm an ꝓprie diffiniri possit zc 1. opi.

¶ Quātum ad secundum articulum dicit vnus doctor q̄ non impeditur. sacramentum ne diffiniatur q̄ sit ens priuatiū vel negatiuum seu impossibile vel implicās cōtradictionē. Sacramētum em̄ cū sit signū voluntarium certum z efficax alicuius diuini effectus: quēvult causare in alia suscipiētis: est aliquid positiuū z nō est negatiuū vel priuatiuum seu implicans contradictionem seu figmentum. Deus em̄ potest instituere tale signū ad suum effectū. sicut homines signa imponūt ad suum effectū vel conceptū significandum. ¶ Non impedit etiam q̄ sacramētum nō est per se vnū sicut dicunt aliqui. Nā sacramentū q̄tū ad id quod est formale in ipso: est per se vnum: licet em̄ res z verba non sint tm̄ relatio signi que est formale in sacramēto: est per se vna: licet in pluribus fundamētis. Et hoc est possibile de respectu rationis q̄ sit vnus in pluribus fundamentis vel subiectis quicquid sit de respectu reali. vnde sicut si esset albedo vna formaliter in duobus subiectis. Ita sacramentum q̄tū ad suū formalē cōceptum est vnū per se: licet materialiter sint plura. De illo autē respectu rationis magis dicetur infra. ¶ Tertio nō ꝑpedit diffinitionē sacramēti vt dicūt aliqui sequaces istorū: z ipsi etiā videtur hoc dicere q̄ sacramē

tum q̄tū ad suum formale puta q̄tum ad illum respectum ordinis ad gratiā sic respectus rationis. Nam intētiones scde sunt entia rationis. et tamen diffiniūtur suo modo. q̄ alio modo logica nō esset sciētia: nisi vteretur diffinitionibus intentionū secundarum tanq̄ pro mediis in demōstrationibus suis. Et etiā suo modo sunt in genere logico: sicut species. z ita sunt diffinibiles diffinitionib⁹ in quibus inuenitur quid z quale per modum generis z differentie. z sic etiā in ratione sacramenti inuenitur ista suo modo: q̄ aliquid cōmunius vt genus puta signū: z aliquid cōtrahēs. z predicatū in quale: puta signū tale. s. efficax z certū z hmōi. vnde et patet q̄ sacramētum nō habet cōceptum simplicite simplicem sicut deus. Nec cōceptum ex se singularem. z ita abstrahit a conceptu singulari: sicut patet. z habet conceptū vniuersalem z cōmunem est igitur diffinibile vt videtur. ¶ Et tunc ponitur diffinitio sacramēti noue legis in cōmuni ꝓout extendit se z est ad oia sacramenta. z est talis. sacramētum est signum sensibile gratiam vel effectū dei gratuitū efficaciter significās ex institutione diuina ad salutem hoīs viatoris ordinatum. Ad cuius diffinitionis euidentiā notādum est q̄ deus potest aliquē effectū gratuitū causare in anima hoīs viatoris ad salutem: hoīs viatoris. hoc patet omni catholico ex oīpotentia diuina. scdo q̄ deus potest imponere aliquod sensibile signum ad significandum istū effectum inuisibilem. sicut etiā homo pōt imponere aliquod signū sensibile ad exprimendum cōceptum mētis interiorē. Cum aūt signū dicatur triplex: s. pronosticū rememoratiuum z demonstratiuum: quorū primum est futuri: scdm preteriti: tertium est presentis: deus quodcūq̄ istorū potest imponere ad significandum effectū suū: sicut z homo hoc potest. Tertio deus potest ordinare z determinare se ad cooperādū efficaciter ipsi signo ab eo sic instituto: causando effectū signatū per tale signum in suscipiēte: nisi adsit obex ipediens: sicut z homo etiā hoc potest. s. determinare se ad cooperādum signo per accidēs ostenso ab ipso viuendo pacifice: sicut pretēdit in signo. Sacramentum vero est tale signum sensibile demōstratiuū z certum non equiuocum vel fallax z efficax precedens signatū. q̄ licet signū esset certū si tñ sequeret signatū: nō esset efficax. z ita opz q̄ saltem natura precedat signatū et est signum institutū a deo ad significandum effectum gratuitū dei ad salutem hoīs viatoris ordinatum. ¶ In predicta aūt descriptione que datur de sacramēto eo modo quo solent intētiones scde diffiniri ponitur genus sacramēti. q̄ signum in plus em̄ se habet signū q̄m sacramētum. ponūtur aliqua loco differentiarum. q̄ est ex institutione diuina z efficax signum. z certū. non signū equiuocū vel falsum: sed certum z natura prius signato: ac per hoc efficax. Ponūtur etiā ibi alia duo: que debent poni in descriptione intentionum secundarum q̄ sunt additamēta duo. scz fundamentum ipsum relationis signi: que est formalis in ratione sacramenti et hoc est aliquid sensibile. puta res vel verba: in quibus materialiter cōstitit sacramentū. Et aliud quod est terminus talis respectus: vt signatum scz effectus dei gratuitus ad salutem hominis viatoris. vel etiā per istam vltimā clausulaz intelligitur finis ipsius sacramenti. ita q̄ in hac descriptione

Cōis diffinitio sacramēti noue legis.

Signuz triplex.

Diffinitiōis sacrī declaratio.

ponuntur omnes cause ipsius sacramenti. Pꝛimo id quod est formale in ipso scꝫ relatio signi ad effectum dei gratuitū. Scđo id qđ est materiale: vt sensibile aliquod fundās talē respectum. Et etiam terminus ibidē expꝛimitur. Tertio causa efficiens. ex institutione dei. qꝛ (sicut dicetur infra) solus deus potest instituere sacramentū. Nec signum sensibile habet rationem sacramēti: nisi ex institutione diuina. non ex natura vel pꝛopꝛietate rei. Quarto ponitur finis sacramenti. ad salutem hoīs viatoris. ⁊ ita est diffinitio integra ⁊ cōpleta. ¶ Est etiam eadem scđm rem cum illa: quam ponit magister: ꝙ sacramentum est inuisibilis gratie visibilis forma. vt eius similitudinem gerat. ⁊ causa existat. forma eñi accipitur ꝓ signo. sicut imago herculis dicitur forma eius. Inuisibilis gratie idem est qđ effectus dei gratuitus in aīa: quomodocūqꝫ debeat intelligi ille effectus. Quia nō debet semper intelligi ꝓ gratia inherente vel caractere: sed aliqñ pꝛo gratis dato ⁊ mirabiliter exhibito. vt ī eucharistia est corpus xpī. Sed eius similitudinem gerat ⁊ causa existat: hoc est idē cum hoc quod est significare efficaciter: nō sicut signum equiuocum vel falsum: nec sicut signum naturaliter sequens suū signatum: sed precedēs. Hec dicit iste de diffinitione sacramēti.

Magistri diffinitio.

Opinio doctoris

¶ Quantum ad istum articulū videt mihi ꝙ sacramētum pꝛopꝛie ⁊ per se diffiniri nō potest eo modo quo dictum est supꝛa de diffinitione: siue accipiatur q̄tū ad suum formale: quod est ratio signi: siue q̄tuꝫ ad suum materiale: que sunt res ⁊ verba. Quantum ad suum materiale planum est. qꝛ res ⁊ verba non sunt per se vnum vnitate entis per se diffinibilis: sed sunt vnum aggregationis vnitate. vel ordinis tm̄. ⁊ talia nō sunt per se diffinibilia. vij. ⁊ viij. metha. Si accipiatur q̄tum ad suum formale: non est pꝛopꝛie diffinibile qꝛ suum formale non est nisi respectus rationis signi ad signatū factus per actum dei intelligentis ista: ⁊ cōparantis hoc ad illud: vt signum ad signatum: habens ꝙ sit signum ex diuina volitione ⁊ ordinatione cōcurrente. Non eñi illud qđ est sensibile in sacramēto habet ex natura sua absoluta: ꝙ sit signum vel sacramentum: nisi in potētia tm̄ tanqꝫ fundamētum: sed habet hoc ex institutiōe diuina. Alioquin eñi a pꝛincipio fuissent sacramēta in actu: sicut ⁊ nature sensibiles verborum vel rerum. respectus aūt rationis ꝓpꝛie ⁊ stricte nō diffinitur. immo nec aliquis respectus. quia semꝑ in diffinitione respectus ponitur additamentum. ⁊ aliquid extrinsecū quiditati diffiniti. scꝫ terminus. Simiter etiā respectus rationis nō est ens reale positiuum vt ptꝫ. Et similiter dico de intētionibus secundis. ¶ Secundo dico: ꝙ impꝛopꝛie vel large accipiendo diffinitionem pꝛo ratione nominis ostēsa explicite: quocūqꝫ modo indicetur. quid est illud. qđ per nomen significatur. quomodocūqꝫ sit ens siue rei siue rationis tm̄. siue vnum per se siue nō: ⁊ sic de alijs: isto modo sacramētum diffiniri potest quātum ad suum formale. qđ est relatio signi cōcernēdo suuꝫ materiale: quod est illud: quod ponitur sensibile sacramēti. ¶ Circa quod est aduertēdum ꝙ cum sacramētuꝫ sit essentialiter signū et pꝛedicatione supeꝛioꝛis de inferiori: signum aūt essentialiter sit relatiuum ad signatum. sicut pater ad filium: impossibile est ꝙ formale in sacramento

Nota.

sit aliquid absolutum: sed opoꝛtet necessario ꝙ sit aliquid respectiuum vel respectus. sicut opoꝛtet. ꝙ formale patris vnde pater sit relatio. sed materiale potest esse aliquid absolutuꝫ. ⁊ illud absolutū est res ⁊ verbum: quoꝛū vtrūqꝫ sensibile. nō in quibus vel circa que fundatur iste respectus rationis: sicut super vocē significatiuā ad placitum fundatur ab intellectu respectu rationis signi ad rem significatam cōncomitāte voluntate imponētis: qua volita est talis vox significare talem rem. Unde nō est verum illud: quod cōmuniter solet dici distincte et simpliciter: ꝙ formale vel forma sacramēti sūt verba ipsa. vnde verum est tm̄ ꝙ in tota materia sacramēti quod cōplectitur ⁊ rem ⁊ verba. qꝛ expꝛessius significāt. qꝛ in signis obtinēt pꝛincipalitatem verba ipsa scđm augu. sunt pꝛincipalioꝛa. ⁊ ideo possunt dici forma vel formale sacramenti: vt cōparātur ad res: sed nō respectu sacramēti totalis vel in sacramēto totali. Si dicas ꝙ sacramentum est aliquid sensibile: ⁊ respectus rationis non est aliquid sensibile. ergo nō pertinet ad sacramentum intrinsece. dico: ꝙ sicut dictum est supꝛa sacramentū non est sensibile: nisi q̄tum ad suum materiale. nō autē q̄tum ad formale. sed q̄tum ad suū formale est signum ⁊ ens rationis. quare ⁊c. Sic igitur ptꝫ quo modo sacramētnm diffiniri vel potius describi potest. qꝛ non pꝛopꝛie nec stricte: sed large: sicut entia rationis vel intētiones secūde. Et hoc etiā innuit ille doctoꝛ finaliter licet pꝛius aliud dicere videatur. Hec de secundo articulo pꝛincipali.

¶ Quātum ad tertium articulū ponuntur plures descriptiones ipsius sacramenti. due ponuntur a magistro. ⁊ accipiuntur ab aug. x. de ciui. dei. Pꝛima est ꝙ sacramentum est sacre rei signum. Scđa est ꝙ sacramentum est inuisibilis gratie visibilis forma ⁊c. que superius est declarata: nisi ꝙ ibi accipit visibilis forma pꝛo sensibili forma in cōmuni: nō solum pꝛo forma sensibili per visum: sed ꝑ aliquos alios sensus. Et pꝛo tanto qꝛ visus inter alios est nobilioꝛ sensus: ⁊ plures differētias rerum nobis ostendit pꝛimo methaphi. Tertia est hugonis pꝛimo libꝛo de sacramentis parte. ix. ca. ij. dicētis ꝙ sacramētum est coꝛpoꝛale vel materiale elementum foꝛis sensibiliter pꝛopositum ex similitudine repꝛesentationis. ⁊ ex institutione significans ex significatione continēs aliquā inuisibilē ⁊ spiritualem gratiam. Quartā ponit vnus doctoꝛ que exposita est. ⁊ posita in arti. pꝛecedēti. Et de ipsa nihil plꝰ dico modo: nisi ꝙ multum cōuenit. ⁊ est quasi eadē cum diffinitione hugonis: vt ptꝫ intuēti. Similiter etiam qꝛ dubium videtur ꝙ sacramentum sit signum demonstratiuum gratie. qꝛ sicut dictum est supꝛa: pꝛecedit gratiā vel effectum. ⁊ nō est simul cum eo. potest tm̄ dici pꝛo tāto demonstratiuum: qꝛ quasi pꝛesentialiter. ⁊ statim sequitur gratia et reputat pꝛo pꝛesenti. ¶ Iste aūt descriptiones sunt cōuenientes oēs: pꝛecipue tres vltime de sacramentis noue legis in quibus ex opere operato confertur gratia vel habetur aliquis effectus inuisibilis. Et ideo illius dicuntur effectiua modo ex opposito in pꝛecedenti questione. Ita ꝙ oēs ille descriptiones vere sunt de signo sensibili instituto ad significādum efficaciter talē effectum. Tunc dico ꝙ nō extendunt se ad sacramēta veteris legis. Pꝛima vero descri-

Sacramēti descriptiones.

I. metha.

ptio nō est pꝛopꝛia: sed cōmunis ad omne illud per quod res aliqua sacra significatur. ⁊ ideo cōmunis ad oīa sacramenta cuiuscūqꝫ legis: siue legis nature siue legis scripte: siue legis noue. Et si ad aliqđ istoꝛum cōtrahatur: opꝫ ꝙ scđm posita in alijs modificetur: qꝛ magis est generalis ⁊ minus cōpleta q̄ȝ alie: sicut ptꝫ. Patent oēs descriptiones ex pꝛedictis: nisi ꝙ in diffinitione vel descriptione potiꝰ ipsius hugonis ponitur ex sanctificatione cōtinēs spiritualem gratiā vel inuisibilem: quod non est accipiēdum: qꝛ gratia contineatur. vel sit formaliter in sacramētis inherēdo eis. sed pꝛo tāto quia quasi virtualiter continent sanctificando creaturam eo modo quo dicta sunt cause a magistro: sicut dictuꝫ est supꝛa. Hec de tertio pꝛincipali.

ad rationes principales.

¶ Ad pꝛimum pꝛincipale argumētum dico ꝙ sacramētum pꝛopꝛie ⁊ stricte nō diffinitur quātum ad suum materiale. qꝛ nō est per se vnum. nec quātum ad suū formale: licet sit vnum per se eo modo quo ens rationis. qꝛ est ens diminutum non habēs quid simpliciter nec realiter. nec est aliquid absolutum. Dices ꝙ ille respectus rationis nō est vnus nec eiusdē rationis in verbis ⁊ re sacramenti. qꝛ ista fundamenta sunt diuersa ⁊ alterius ratiōis. Dico ꝙ pōt esse vnus respectus ratiōis etiā numero fundatus suꝑ diuersa fundamēta in oꝛdine ad vnū simplicē terminū quicqđ sit de respectibus realibus. Et sic est in ꝓposito. Et silr respectus eiusdē rōnis licet diuersi numero possint fundari in fundamētis diuersarum rationū ad diuersos terminos: sicut intētio scđa generis est eadeꝫ scđm speciem in anima ⁊ in planta: non obstāte ꝙ sint alterius rationis ⁊ termini ⁊ sic nō inuenitur in relationibus realibus vt videtur. Et pꝛeterea siue sit eiusdem rationis siue non: tm̄ non est ꝓpꝛie diffinibilis: sicut nec aliquis respectus realis. Nec est ꝑ se in genere aliquo saltem reali quare ⁊c. ¶ Ad scđm patet ex dictis ꝙ sacramētum nō est per se ⁊ stricte diffinibile sicut aliquid quod est per se vnū specie in aliquo genere reali ⁊ metaphisico. qꝛ nec habet quid verū ⁊ reale sed diminutuꝫ. diffinibile tm̄ est aliquo modo: sicut intentiones scđe ⁊ entia rationis q̄tum ad suū formale cōcernendo vel cōnotando suū materiale qđ est sensibile. Quātum vero ad suum materiale nō est per se diffinibile: sicut ptꝫ. ¶ Ad tertium dico ꝙ illa descriptio magistri si bene intelligat est bona eo modo quo dictū est supꝛa. Similiter etiā pꝛima licet nō sit cōuertibilis ⁊ ꝓpꝛia. qñ dicis ꝙ sensibile nō est simile spirituali. dico ꝙ verū est vniuoce. sed bene ꝓpoꝛtionaliter vel imitatiue per modum signi. Cum dicis vltra ꝙ sacramētum nō est causa. de hoc dictum est supꝛa. Ad illud in oppositum patet ꝙ sacramentum potest describi aliqualiter licet impꝛopꝛie diffiniri.

¶ Distin. Pꝛime. Questio. iij.

TErtio quero de institutione sacramētoꝛū: vtrū scꝫ pꝛo tempoꝛe cuiuscūqꝫ legis debuit vel necessariū fuit institui a deo aliquod sacramētum. ¶ Uidetur ꝙ nō. qꝛ tempoꝛe legis nature non legitur aliquod sacramentum coꝛrespōdens circuncisioni vel baptismo secūdum Greg. iiij. moꝛalium: ⁊ ponitur de cōsecratione. di. iiij. qđ apud nos valet aqua baptismi: hoc apud veteres pꝛo paruulis sola fides: vel pꝛo maioꝛibꝰ virtus sacrificij. sed si aliquod sacramētum fuisset necessarium pꝛo lege nature illud maxime fuisset necessarium. s. coꝛrespōdēs circūcisioni vel baptismo vt ptꝫ. ergo ⁊c. ¶ Secūdo videtur ꝙ sacramētum possit institui ab alio q̄ȝ a deo. qꝛ deus mediāte ministro dedit aliquā legem: puta legē scriptam per moysem. lex per moysem data est. Io. j. ergo similiter videtur ꝙ mediāte ministro possit instituere sacramenta. ita ꝙ creatura possit instituere sacramētum. ¶ Tertio videtur ꝙ nō alia sacramenta debēt institui in alia ⁊ alia lege. qꝛ si sic tunc sacramētum pꝛioꝛis legis deficeret a sua significatione aduenіente alia lege. hoc aūt nō est incōueniens. s. ꝙ illud quod deus imponit ad significandum cadat aliquando ⁊ frustretur a sua significatione. nam ⁊ voces quas imponimus ad significandum nunq̄ȝ cadunt a sua significatione. ergo ⁊c.

Grego.

Io. j.

¶ Contra in omni lege post lapsū fuit oꝛiginale peccatum ⁊ moꝛbus. ergo fuit necessarium remedium et medicina contra moꝛbum. sed sacramentum medicina est cōtra spiritualem moꝛbum ergo ⁊c.

¶ In ista questiōe sic pꝛcedā. ¶ Pꝛimo ostēdā ꝙ pꝛo qualibet lege ⁊ statu post lapsum debuerunt sacramēta institui: ⁊ cōgruum fuit. ¶ Secundo ostendam a quo debuerunt ⁊ potuerunt institui. ¶ Tertio que sunt illa. ⁊ quot et que sunt instituta specialiter in lege noua: ⁊ sufficientia et oꝛdo ipsoꝛum. ¶ Ultimo ad rationes pꝛincipales.

¶ Quātum ad pꝛimum dico ꝙ sacramētum fuisse institutum de facto nō potest per rationem pꝛobari qꝛ hoc est simpliciter contingens dependēs a diuina voluntate. ⁊ ideo accipit ex fide vel auctoꝛitate tradētium. Sed ꝙ congruū fuerit hoc. s. sacramentū aliquod institui sub omni lege post lapsum: ꝓbatur. Tum qꝛ cōgruum est effectum dei inuisibilē significari homini per aliqđ signum sensibile: ꝙ homo manu ducitur ex sensibilibus ad intelligibilia. Tale aūt signū est sacramētum eo modo quo dictū est supꝛa. Tum cōgruum fuit hoīes cuiuslibet legis ⁊ status in aliquo signo sensibili colligari ⁊ adiuuari. ꝑ cuius signi noticiā scirent se eiudē legis vel alterius: ⁊ mutuo se fouerent: ⁊ in cultu cōuenirent. Tum qꝛ cōgruum fuit hoīem qui peccauerat insensibilibꝰ circa aliquod signum sensibile exercitari: ⁊ sub illo humiliari: vt cōsequeretur remissionē peccati sui. Pꝛimā rationem tāgit magister in littera: ⁊ tertiam similiter ꝙ sacramētum est institutū ad eruditionē ⁊ exercitationem vel humiliationē. Secundā rationē tangit August. xix. cōtra faustum. In nullum inquit nomen religionis coagulari possunt. homīes: nisi aliquoꝛum signoꝛū vel sacramētoꝛum visibiliū cōsoꝛtia colligentur. ¶ Secundo dico ꝙ de facto fuit aliud ⁊ a sacramētum institutum. sub alia ⁊ alia lege. Et cōgruum fuit hoc: vt lex a lege per sacramēta distingueretur. Ad cuius euidentiam notādum est ꝙ sacramentum vno modo diuiditur quasi vox

De sacri istitutione.

August.

Sacri diuisiones.

in significationes.i.in sacramētum ꝓprie ⁊ improprie dictum. Alio modo quasi superius in sua inferiora.⁊ hoc tripliciter. Cum eñ sit sensibile signū significās aliquid: vel potest dici aliud ⁊ aliud sacramētum: quia aliud ⁊ aliud sensibile vel aliud ⁊ aliud: qꝛ aliā ⁊ aliā significationē habens. Et hoc dupliciter. vel simpliciter aliā. si respectum alteriꝰ ⁊ alterius significati. vel scd̃m quid aliā. qꝛ licet respectu eiusdē significati: tñ variato modo aliquo vel ex parte significati: vel ex parte significātis vel signi. ¶ Ad ꝓpositum dico ꝙ in qualibet lege nō fuerunt sacramēta improprie dicta distincta a sacramētis alterius sed pluribus legibus aliqua fuerunt communia: ⁊ durant in lege noua sicut genuflexione inclinationes. tunsiones pectoris: ⁊ talia multa sicut ⁊ prostrationes: ⁊ hm̄oi quibus significatur diuina maiestas in illo cui exhibētur. sed accipiendo sacramentum ꝓprie. s. prout est sensibile signum a deo institutū ad cōsequēdam gratiam in remediū peccati originalis precipue q̄tum ad propositum debuit esse aliud ⁊ aliud sacramentum in alia ⁊ alia lege. Aliud dico ⁊ q̄tum ad sensibile signum: ⁊ aliud ⁊ aliud q̄tum ad significationē. nō simpliciter qꝛ gratia per oīa significabatur ⁊ curatio morbi originalis: sed q̄tum ad significationis modum se tenentē ex parte significati sicut per modum perfectioris vel imperfectioris gratie significate. vel etiā modi significādi ex parte sign. qꝛ vnū signst magis efficaciter in perfectiori lege. ⁊ aliud minus in lege imperfectiori. Quod aūt sic decernit. s. ꝙ sacramētum perfectioris legis gratiā perfectiorem significaret. ptꝫ deus eñ ordinate ꝓcedit ab imperfecto ad perfectum. Et ideo lex posterior semꝑ fuit perfectior. ⁊ per consequens debuit habere ꝑfectiora adiutoria ⁊ remedia. Et ita gratia significata per sacramētum posterioris debuit et debet esse perfectior q̄ꝫ gratia alterius precedētis. Ex quo sequitur vltra ꝙ signū sensibile debuit esse aliud et aliud. qꝛ primū signum impositum ad significandum imperfectiorē gratiā non potuit significare magis perfectā. ⁊ si potuit: nō decuit ꝙ ad hoc imponeret: sed vnum aliud expressius ⁊ euidentius ⁊ perfectius. Hec de primo articulo.

¶ Quātum ad secundū arti.

A q̄ debuerūt ⁊ potuerūt īstitui sacramēta.

dico ꝙ loquēdo de sacramēto proprie: sicut loquimur in ꝓposito qd̄ est signū in quo infallibiliter nisi obex impediat: cōfertur gratia vel mediate ipso solus deus potest instituere sacramentum: ⁊ nulla creatura. Quod ptꝫ. Tū qꝛ sacramētum est certū signū gratie habēde in illo cui cōferꝛ ⁊ efficax aliquo modo siue ex opere oꝑato. siue operantis. Modo non est in potestate creature alicuius gratia. Nulla eñ creatura potest gratiā creare. ⁊ per consequēs ordinare nō potest ꝙ ineffabiliter conferatur recipiēti sacramētum: sed ipse solus deus. Tū qꝛ in eius potestate sacramētum instituere ⁊ solum in potestate eius: quo nō incipiēte non habet sacramētum effectū: ⁊ ita nō est signum efficax: nec per cōsequēs est sacramētū ꝓprie acceptū: sicut loquimur mō. sed hoc est verū de solo deo. qꝛ ī potestate soliꝰ dei est ꝙ ad tale signū cōsequaꝛ signatū: sicut ponere tale signatū. ¶ Sic igiꝛ dico ꝙ saltē principaliter soli deo cōuenit instituere sacramentum: ⁊ nulli creature: immo nec aliquo modo prout sacramētum est signum certū ⁊ efficax. licet bene posset a creatura institui q̄tum ad hoc ꝙ est esse signum practicū. Prius eñ ⁊ cōmunius est hoc q̄ꝫ esse signum efficax ⁊ certū. vnde nō omne signum practicum est certum ⁊ efficax: sicut ptꝫ de multis signis operationum humanarum que falsi hoīes pretendunt. que licet sint practica: non tñ certa. vnde nec opꝫ ꝙ ab instituēte a quo habet signum esse practicum habeat ꝙ sit signū certum. sed frequenter habet ꝙ sit certu ab alio cooperāte ⁊ ex volūtate alterius. ¶ Ad ꝓpositū applica de sacramēto ꝙ licet aliquis alius a deo saltē ministerialiter ⁊ vt causa scd̃a potuerit sacramētum instituere, vt signū practicum: non tñ vt efficax ⁊ certum. sed solus deꝰ vt probatū est. ¶ Ex quo patꝫ ꝙ aliquis apostolus: nec aliquis sanctus nūq̄ꝫ aliquod sacramētū instituit lꝫ bene sacramenta a deo instituta diuulgauerit: que diuulgatio institutionē presupponit. deus aūt instituit sacramētum vt in ipso sit alius ⁊ alius actus scd̃m rationē quo instituit sacramētum vt sit signum practicū: ⁊ vt sit efficax vel certum. Signū eñ aliquod falsi hoīs ad alium practicū est ex institutione alicuius presidentis in policia: vt iunctio manuum: vel hm̄oi ⁊ tñ non est certum: sed falsum ex defectu voluntatis falsi hoīs precedētis ipsum. qꝛ nō determinat se cooperari efficaciter tali signo ad hoc vt sit efficax ⁊ certum. Sed ad hoc vt signū sit certum ⁊ efficax specialiter sacrametum in proposito nostro: opꝫ ꝙ nō solum instituatur a deo ad significādum practice. sed cū hoc requiritur vnus alius actus. s. determinatio diuine voluntatis ad operandū signatū talis signi: vt sit efficax ⁊ certū. Hec de secundo articulo principali.

¶ Quātum ad tertium arti.

Que et quot sūt sacrā.

dico primo de sacramētis legis nature: ⁊ etiā legis et etiā scripte legis noue īproprie accipiēdo sacrā ⁊ large ꝙ ī qualibet lege fuerūt valde multa sacrā: que dicuntur signa sacre rei alicuius. sed accipiendo sacramētum ꝓprie pro sensibili signo a deo instituto: quo adhibito alicui confertur sibi gratia: nisi sit obex: et hoc vel ex opere operato: vel ex opere operantis: eo modo quo dictum est supra. In lege nature nō puto fuisse nisi vnum sacramētum correspōdens circuncisioni in lege scripta: ⁊ baptismo in lege noua: in remediū ⁊ medicinā cōtra morbū originalis peccati: quodcunq̄ꝫ fuerit illud sacramētum. qꝛ nescio bene. Per illud vero sacramentum subueniebatur potissime paruulis quibus nō poterat in fide parētū subuenire actus ꝓprius ad deletionem originalis. Tempore legis scripte fuit etiā tm̄ vnum tale: puta circuncisio de qua inferius apparebit. Similiter in lege noua vnū tm̄ sacramētū correspōdens predictis duobus: scꝫ sacramentum baptismi. Verum est tñ ꝙ in lege noua sunt alia sacramenia sex: in quibus confertur gratia efficaciter. Et in his excedit alias leges sicut patet.

ꝙ sūt.7. sacrā/noue legis.

¶ Sunt igitur septē sacramēta noue legis. scꝫ baptismus ⁊c̄. quorum sufficiētia sic accipitur. Nam cum sacramētum sit medicina ⁊ remedium contra culpā vel peccati seu culpe sequelā: scd̃m ista distinguntur. Nā culpa est duplex. vna originalis: contra quā est baptismus. Alia culpa actualis mortalis: cōtra quā est penitētia. Alia culpa actualis venialis cōtra quam extrema vnctio est. Pena vero vel sequela peccati quadruplex: scilicet ignorantia in ratione: cōtra quam est ordo. Inclinatio ad malum: contra quam est eucharistia: que nutrit in bono. Infirmitas in irascibili: contra quam est confirmatio. Concupiscentia in concupiscibili: contra quam est matrimonium.

Sufficiētia.7. sacramento: noue legis.

¶ Secundo modo accipitur sufficientia istorum sic. quia ad actum fidei adiuuat baptismus. Ad actum spei extrema vnctio. Ad actum charitatis eucharistia. Ad actum prudētie ordo. Ad actū fortitudinis confirmatio. Ad actum iustitie penitētia. Ad actum tēperātie matrimoniū. ⁊ sic habeꝛ septenarius sacramētoꝝ: sicut virtutum: ⁊ possunt ordinari sicut ⁊ virtutes. ¶ Tertio modo accipitur sic. qꝛ triplex est actus gratie ad quē ordinatur sacramētum: scꝫ purgare: illuminare ⁊ perficere. Necessarius est aūt triplex purgationis actus respectu triplicis mali: scꝫ culpe originalis. ⁊ sic est baptismus. Alius respectu culpe actualis. ⁊ sic est penitentia. Alius respectu male cōcupiscētie: ⁊ sic est matrimoniū. Actus vero illuminatiōis duplex est. vnus in via per gratiā ad quā institutus est ordo. Alius in patria per gloriam: ad quam debet homo attingere immediate in exitu suo vel in morte. ⁊ hoc fit per extremā vnctionem. Actus perfectionis duplex est etiā. vnus est ad resistendum malo terribili. Alius ad perficiendum in bono amabili. Ad primum ordinatur confirmatio. Ad secundum eucharistia. ¶ Aliter et pulchre accipitur sufficientia istorum sacramentorum. quia sicut in vita naturali primum est generatio. ⁊ sequitur postea nutritio ⁊ augmentatio. et corroboratio: ⁊ sanitatis perdite aliquādo restauratio. ⁊ hec quattuor pertinent ad personam singularem. Preter hec autem requiritur aliquid pertinens ad cōmunitatem quo scilicet aliquis instituatur in gradu necessario ad aliquem actum bonum cōmunitati. Ita spiritualiter ad completam vitaꝫ spiritualem in fidelibus christi oportet habere adiutorium aliquod ad generationem spiritualem in vita spirituali singularis persone. ⁊ hoc est sacramentum baptismi: quo aliquis primo habet vitam et gratiam. secundo est necessarium aliquid ad nutritionem huius gratie. ⁊ augmentationem: ⁊ hoc est sacramētum eucharistie. tertio aliquid ad roborationem. ⁊ hoc est sacramentum confirmationis. Quarto ad gratie perdite restaurationē: ⁊ hoc est sacramētum penitētie. Quinto ⁊ vltimo requiritur aliquod adiutorium: quo viator moriens vel exiens sufficienter disponatur ad vitam futuram. Nam ista vita ad aliā ordinatur: ⁊ in se perpetuari nō potest. ⁊ hoc est sacramētum extreme vnctionis. Et ista pertinent ad bonum singularis persone. Ad bonum autem cōmunitatis fidelium obseruātium legem christi requiritur carnalis multiplicatio ⁊ multiplicatio spiritualis que presupponit primam sicut gratia naturam. ⁊ ad primam est matrimonium institutum. ad secundam vero ordo. Et sic patet numerus ⁊ sufficientia sacramentorum.

Ordo sacramētorum.

¶ Ordo autem ipsorum patet. quia ⁊ si bonum cōmunitatis sit maius ⁊ diuinius ⁊ prius perfectione: tñ bonum singularis persone est prius generatione. sicut prior est homo q̄ꝫ domus vel familia. et domus vel familia prior ciuitate. Ideo sacramenta que ordinantur ad bonum persone quo ad nos preordinātur sacramētis: que ordinantur ad bonū cōmune: sicut ordinis et matrimoniȷ̄. Et inter illa que pertinēt ad bonū persone: prior est baptismꝰ. quia est sacramētum generationis in esse spirituali ⁊ intrantium. postremum est extrema vnctio: que est sacramentum exeuntium. confirmatio eucharistia ⁊ penitentia sunt progredientium. Inter que prior est cōfirmatio. quia est a gratie collate in baptismo roborationem vel conseruationem. Scd̃m est eucharistia que est ad gratie augmentationem. Tertium est penitētia que est ad gratie perdite recuperationem. Inter sacramenta vero ad bonū cōmunitatis ordinata prius est ordo: qꝛ per ordinem vel mediāte ordine matrimonium ministratur. Et vltimum sacramentum est matrimonium: sicut patet. Hec de tertio principali.

¶ Ad primum

ad rationes principa.

primum principale dicēdum ꝙ immo tēpore legis nature fuit aliquod sacramentum correspondens circuncisioni: licet non inueniatur bene expressum quale vel quod fuerit ipsum. Ad greg. responsio: ꝙ intelligit dictū suuꝫ. vel qꝛ sacramētum tale erat efficax ex opere operantis. et ita subueniebat fides operantis ipsis paruulis: qui non poterāt sibi subuenire per actum proprium: licet cum cōcurreret sacramentum. vel forte quia illud remedium non se extendebat ad omnes paruulos: sed solum ad mares: sicut nec circuncisio. ⁊ de illis verum est ꝙ subueniebat eis fides parentum sine tali sacramento. Dices ꝙ non est intentio gregorij. quia subiungit ꝙ pro adultis necessarium erat sacrificium igitur videtur ꝙ sola fides q̄tum ad actum vel habitum interiorem sufficeret pro omnibꝰ paruulis. et sic non erat sacramētum correspōdens. Dico ꝙ saltem pro paruulis necessaria erat fides parētum in aliquo signo exteriori protestatum: quod quidē non dicebatur sacrificiū: sed dicebatur magis sola fides. In adultis aūt bene oportebat ad salutē ipsorum vt aliqua sacrificia offerrent deo sicut apparuit de abel noe ⁊ abraham. licet illa sacrificia non essent sacramentum curatiuum originalis in recognitionem dominij vel huiusmodi. Et ita potest saluari Grego. Et patet in adultis noue legis ꝙ non sufficit ipsos esse baptizatos. sed si superuiuant ad aliqua alia de necessitate salutis obligantur. ¶ Ad scd̃m diceretur ꝙ licet deus possit docere creaturam mediāte creatura alia: non tñ sanctificare mediāte creatura. sed ipse solus per seipsum illuminat aīas sanctificando eas. Aliter dicitur ⁊ melius: ꝙ si deus solus fuit legislator: sed alius potuit esse preconisator: ⁊ fuit ipse moyses diuulgator. sic etiam deus solus fuit sacramētorum institutor: ⁊ alij potuerunt esse diuulgatores sicut apostoli: et abrahā diuulgator circuncisionis. ¶ Ad tertium dico ꝙ decuit sacramēta diuersarum legum ab inuicem distingui: sicut ⁊ leges suo modo quēadmodum dictum est supra. Et dico ꝙ decuit sacramentum prioris legis cessare ⁊ euacuari adueniente lege noua. quando dicis ꝙ voces imposite ad significandum a nobis non cadunt a suis significatis. dico ꝙ verum est: nec est eadem congruitas sicut de sacramentis. quia non sic res significate vel modi variantur sicut dictum est supra in sacramentis.

¶ Distinctionis Prime. Questio Quarta.

Darto quero de circuncisione vtrū conferret gratiam gratum facientem. ¶ Videtur q̄ non. q̄ illud quod tm̄ figurabat gratiam baptismalē: non conferebat gratiā. sed circūcisio cū esset sacramentum legis scripte: que tota fuit vmbra et figura futurorū bonorum: q̄ oīa in figura cōtingebāt illis: nō nisi figurabat. ergo ꝛc. ¶ Scōo sic. Sacramentum nō cōfert nec efficit: nisi illud qđ significat. sed circuncisio non significabat nisi deletionē vel amotionē peccati: et non alicuius largitionem vel appositionē. q̄ nihil ibi apponebatur: sed tantū amouebatur. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Circuncisio non poterat aperire ianuā. nullus em̄ ante passionē x̄pi potuit intrare regnū celoꝝ. ergo nō potuit tollere culpā: nec cōferre gratiam. q̄ nihil claudit ianuam nisi peccatum.

¶ Contra circuncisio tollebat peccatū originale. quia ad hoc fuit instituta. sed peccatum mortale non tollitur de facto nisi per gratiam. ergo conferebat gratiam.

¶ In ista questiōe sic p̄cedā.

¶ Primo ad euidētiā questionis de amotiōe culpe ꝛ infusione gratie p̄ circuncisionē inquirā: vtrū culpa possit amoueri vel remitti in aīa sine hoc q̄ infundatur gratia. ¶ Secundo inquiram vtrum circuncisio conferebat gratiam: ꝛ per quē modum. ¶ Tertio ad rationes.

¶ Quātum ad p̄imum artículum est vna opinio cōmunis q̄ deus de potētia absoluta etiā nō potest ab aīa tollere culpā vel sibi remittere: nisi infundēdo gratiā. ¶ Ad hoc adducuntur alique rationes. Prima est ista deus nō potest remittere vel tollere culpā: nisi aīa de immūda fiat mūda: de nō accepta accepta. de nō amica amica. ptz. sed ista nō possunt aīe puenire: nisi p̄ gratiā ergo ꝛc. ¶ Scōo sic. Impossibile est p̄uationem tolli ab aliquo: nisi ponat̄ habitus oppositus in ipso. hoc ptz per rationē p̄uatiue oppositorum. sunt quasi em̄ contradictoria circa subiectum aptū natum. ꝛ in eis non est medium nec secūdum affirmationem: nec secundum negationē. sed culpa ꝛ gratia opponuntur sicut p̄uatio ꝛ habitus. alioquin non esset repugnātia: quare nō possent stare simul. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Manēte deformitate culpe manet necessario imputatio eius ad penā. nec per cōsequēs remitti pōt. q̄ culpa reordinari non pōt nisi per penā. ꝛ non pōt esse dedecus iniustitie sine decore iustitie: vt ptz. sed deordinatio vel deformitas culpe nō tollitur nisi per gratiā: vt videt ergo non pōt culpa remitti sine gratia. ¶ Quarto sic. nō remittitur culpa nisi per mutationē factā in aliquo. quia impossibilis est transitus de contrario in contrarium: vel de contradictorio in contradictorium sine mutatione. sed hoc non est per mutationē dei. igitur per mutationem anime. sed mutatio terminatur ad aliquid absolutum. quod non videtur nisi gratia in proposito. ergo ꝛc.

Opinio doctoris

¶ Sed quantum ad presentem articulū dico primo q̄ possibile est culpam tolli sine gratia. ita q̄ non opꝰ deū infundere gratiā tollēdo vel remittēdo culpā.

¶ Scōo dico q̄ deus pōt remittere culpam: ꝛ deformitatē culpe vel peccati manētem nō imputare ad culpā nihil positiuum infundēdo habēti culpā.

¶ Tertio q̄ licet possit ita facere: tū de facto secūdum ordinationē sue volūtatis nō delet nec remittit culpā seu reatū culpe: nisi infundēdo gratiam.

¶ Primū p̄obo sic primo. In quocunq̄ statu vel qualicūq̄ deus potest facere hoīem ante peccatū: potest facere post peccatū sine positiuo infuso vel collato. Probatio. q̄ hoc nullā implicat contradictionē. sicut em̄ potest facere hoīem in rectitudine mere naturali aliqñ: sic pro semp. sed planum est q̄ status naturalis rectitudinis nō stat cum peccato vel deformitate peccati. ergo ꝛc. ¶ Secundo sic. Originalis iusticia que fuit habitus quidā supernaturalis non tm̄ gratia non est cōpossibilis deformitati culpe: saltē ipsa habita nō habetur deformitas culpe. sed deꝰ potest restituere homini originalem iustitiā vel dare sibi nō conferādo gratiā. et sic per cōsequens delere culpā non cōferendo gratiā. quare ꝛc. ¶ Tertio sic. rectitudo actꝰ opposita deformitati culpe pōt restaurari in actu absq̄ hoc q̄ infundatur gratia ab ipso deo. rectitudo em̄ illa cū aliquo actu recto naturali vel est idem actui alteri vel accidēs potēs superuenire actui precedēti cedente sua deformitate. sed talis rectitudo non stat cū deformitate culpe vt patz. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. deꝰ pōt facere illud qđ fit tota die. sed tota die tollitur peccatū ab aīa sine infusione vel collatione alicuius absoluti. ergo ꝛc. ptz minor. q̄ peccatum trāsit vel actus. ꝛ per cōsequēs deformitas vel culpa q̄tum ad suā deformitatem nō manet. ergo ꝛc. ¶ Quinto sic. Deus pōt hoīem peccatorē modo corrūpere vel adnihilare. ꝛ hoc facto potest ipsum reparare. sed planum est q̄ pōt ipsum reparare sine culpa: sicut pōt vel potuit ipsum creare sine culpa. ergo ꝛc. ¶ Sexto sic p̄bāt aliqui. subiectū nō redditur impossibile ad vnū oppositorū per hoc q̄ sit sub alio. ptz de oppositis p̄cipue quoꝝ neutrum subiectū sibi determinat. sed deus ante peccatū potuit facere hoīem sub sua rectitudine naturali sine gratia. ptz. q̄ non opꝰ q̄ deus creet hoīem in gratia. immo de primis parentibus tenēt multi q̄ non fuerūt creati in gratia igitur nō redditur impossibilis homo ad talē rectitudinem sine alio quocūq̄ infuso. p hoc q̄ fit sub peccato. sed absolute de peccato potest reduci ad suā rectitudinem naturalem vt videtur quare ꝛc. ¶ Sic ergo videtur q̄ culpa tolli potest ab aīa virtute diuina nō cōferendo gratiam ipsi aīe. ¶ Scōo dico q̄ culpa manens etiam puta actus deformis potest a deo remitti ꝛ nō imputari sine aliqua gratia collata. Hoc p̄bo sic. primo culpa est defectus iustitie debite imputatus ad penam. sed deus potest ex libertate sue voluntatis non imputare talem carentiam. q̄ potest debitum relaxare q̄ nō sit debita iustitia. ergo ꝛc. Secundo sic. hoc potest deus respectu hominis: quod potest homo respectu hominis suo modo. sed homo potest homini remittere culpā actus ex clementia et misericordia siue manēte siue nō manente deformitate: sed trāseunte. ergo ꝛ deus ipsi homini nō ipsa tando sibi culpam: tm̄ nihil largiēdo sibi de gratia. Tertio sic. sicut deus nihil vult extra se necessario sed mere cōtingenter. sed hoc habito potest nō imputare deformitatem culpe ad penam. ergo ꝛc.

¶ Quarto sic: deus potest quodcunq̄ meritū vel quemcunq̄ actum bonum nō imputare ad p̄miū. quia nō necessitatur simpliciter ex actibus nostris. ergo potest quēcunq̄ actum malum non imputare ad penam. et ita remittere non infundendo gratiā.

¶ Quinto sic. p̄ius est naturaliter remittere culpam: q̄ infundere gratiā ex parte saltem remittentis vt videtur. ꝛ ista sunt circa obiecta essentialiter distincta: vel non eadē essentialiter. sed tale p̄ius sine cōtradictione pōt esse sine posteriori. ergo ꝛc.

¶ Vltimo p̄obatur sic ab aliquibus. culpa vel dicit aliquid positiuū reale expellendū. aut dicit obligationē ad penā ex diuina voluntate. sed scōo modo clarū est q̄ tolli pōt vel remitti a deo nō infundēdo gratiam. similiter primo modo. quia si est ita: tunc sunt due mutationes essentialiter distincte. amotiō culpe ꝛ infusio gratie habentes quattuor terminos essentialiter distinctos: quarum vna est inter illud positiuum culpe ꝛ suam negationem ab esse culpe ad suum non esse. Alia vero a non esse gratie ad esse gratie: ergo deꝰ potest facere vnā sine alia: saltem primam sine secūda: puta amotionem culpe sine infusione gratie.

Resolutio.

¶ Sic igitur scōm predictas rationes dicitur q̄ deus potest amouere vel remittere culpam non infundendo gratiam. sicut deꝰ potest facere vnum hominem ante peccatū ꝛ per cōsequens sine peccato: ꝛ tm̄ sine gratia sed in puris naturalibus. Dices q̄ non oportet q̄ deus possit facere hominem in tali statu post peccatum sicut ante. Eodem enim modo sequeretur q̄ virginē postea corruptam posset iterato facere virginem post corruptionem ꝛ per cōsequens faceret q̄ nunq̄ fuerit corrupta. ꝛ sic faceret preterita non fuisse vel non esse preterita. cōtra aristo. vj. ethi. qui dicit q̄ hoc solo priuatur deus probando dictum solutionis.

6. ethic.

Dico em̄ ad hoc q̄ qualitercunq̄ hominē scōm formā aliquā positiuam. vel positiuū deus potuit vel pōt facere ante peccatum sine gratia: talem ꝛ post et tunc: non currit instantia. quia dico q̄ quicquid absolutum cuiusmodi est innocentia vel rectitudo naturalis scōm aliquos. importatum per virginitatem siue sit perfectio in mente: siue dispositio in carne totū potest reparare. sed vltra ista virginitas dicit quandam negationem actus preteriti: puta nunq̄ cecidisse in peccatum carnis: nec mente: nec carne. Ex quo aūt actꝰ p̄teriit. nō pōt deꝰ facere q̄n preterut. q̄ nulla factio pōt esse nō entis de aliquo nō ente. q̄ extēdēdo nomen factionis q̄libet factio vel est entis de nō ente: vel nō entis de ente: vel entis de ente. Preteritū aūt est nō ens. ꝛ ipsum nō preteriisse est aliud non ens. ꝛ ideo nō potest fieri de preterito q̄ non sit preteritum. ¶ Tertio dico quantū ad hunc articulum q̄ de potētia ordinata deus nō remittit nec remittere potest culpam mortalem siue originalem siue actualem sine infusione gratie. ordinauit enim sic q̄ quilibet de facto vel sit filius ire per culpam: vel filius gratie per gratiam. q̄ sit vel inimicus et in statu damnationis vel via: vel q̄ sit amicus et in statu vel via vite eterne. Et ideo ordinauit q̄ quilibet sit filius vel dextre per gram: vel sinistre per culpā. Is de potentia absoluta posset aliter vel potuerit: sicut ostensum est in precedentibus.

¶ Ad p̄imum aliorū dico q̄ anima potest fieri mūda eo modo ua. i. opi. quo mundicia dicit carentiam immunditie: dato q̄ deus nullam gratiam sibi infundat. quia potest tollit vel remitti culpa seu immundicia sine gratia. sicut potuit anima creari sine immundicia peccati. et etiam sine gratia. Quando dicis vltra q̄ sit accepta: et non nisi per gratiam: ꝛ similiter de amica dico sicut dixi distinctione. xvij. primi libri q̄ posset esse accepta etiam ad vitam eternam. et sic etiā amica sine caritate et gratia. Secundo dicitur aliter: q̄ nō oporteret animam esse acceptam vel amicam ad vitam eternam: dato q̄ remittatur sibi culpa. vel tollatur ab ipsa. sicut etiam nec homo in puris naturalibus esset amicus nec acceptus ad vitā eternam: licet etiam non esset inimicus vel odiosus deo. Sic diceretur q̄ anima talis non esset amica nec inimica. Sicut patet etiam dato q̄ aliquis remittat alteri offensam: non tamen propter hoc necessario recipit eum in amicum ꝛ participem bonorum suorum. ¶ Ad secundum de p̄uatione diceretur q̄ culpa vel non est p̄uatio gratie: et sic potest tolli sine gratia: vel si est p̄uatio: non est p̄uatio adequata: sed cum hoc vel iustitie originalis vel rectitudinis naturalis habitualis: vel actualis. et per quodlibet istorum potest tolli. et ita non oportet q̄ gratia infundatur. ¶ Ad tertium dicitur q̄ non oportet q̄ manente deformitate culpe: maneat imputatio eius ad penā. sed potest remitti et relaxari illa imputatio sine aliquo iniustitia. potest em̄ facere deus quicquid vult nō implicans contradictionem circa creaturam suā sine iniustitia. et quod vult bonum est ꝛ iustum est. licet non sit ita de facto modo sicut sonat auctoritas augustini.

¶ Ad quartū dicēdū q̄ sine mutatione p̄o varys institutibus pōt aliquis esse de nō accepto acceptus vel si nō: tm̄ non oportet q̄ illa mutatio terminetur ad aliquid absolutum: sed sufficit q̄ ad respectiū siue in ipso siue in alio.

¶ Quātum ad secundū artículum fuit opinio aliquorū q̄ i circūcisiōe nō cōferebatur gra. ꝛ de ista opinione videtur fuisse magister in presenti distinctione. ¶ Ad hoc aūt fuerūt moti aliquibus rationib⁹ ꝛ auctoritatib⁹. Prima ratio. q̄ cum circūcisio fuerit sacramētum legale: si g̃ cōtulisset gratiam: iam ex lege fuisset iustitia. ꝛ sic christus gratis mortuus fuisset sicut cōcludit apo. sto. ad galathas. ij. sed hoc est falsum. g̃ ꝛc. ¶ Secundo q̄ si circuncisio contulisset gratiā: tūc circūcisio fuisset reputata abrahe ad iustitiā. sed hoc nō est verū scōm apostolum: sed magis fides ei est reputata ad iustitiā. g̃ ꝛc. ¶ Tertio q̄ si circuncisio cōtulit gratiam ꝛ non sufficiebat fides post eiꝰ institutionē: sequitur q̄ populus qui natus est in deserto per. xl. annos in circūcisus fuit: sicut legit Josue. v. nō habuerit gratiā. ꝛ sic illi omnes qui mortui sunt ante circuncisionē vānati sunt. hoc aūt nō videtur cōuenies. quare ꝛc. ¶ Ad hoc etiā sunt auctoritates. Prima est glose sup illud ad romanos. iiij. Signaculū accepit circūcisionis. vbi dicit glosa q̄ in circūcisiōe petā solū dimittebantur. sed gratia nō cōferebatur. ¶ Scōa est augu. sup titulum psal. lxxiij. vbi dicit de sacramentis legis veteris. Alia inquit tantum permittebant et figu-

Circūcisio an cōferebat gratiā/ ꝛ quō. i. opi. cū rōnibus suis.

Ad galathas. ꝛ.

Josue. 5

Glos. ad Ro. 4.

Augustī.

Grego. ficabant. hec autem dant salutem scilicet sacramēta noue legis. ¶ Tertia est gregorij. 4. moralium vbi videtur q̄ sola fides paruulis veteris legis cō ferebat gratiam. fides enim non est diminuta in virtute respectu paruulorum legis scripte et legis nature: de quibus hoc dicit. quod enim apud nos facit aqua baptismi: hoc apud veteres in puulis egit sola fides. quare ꝛc. ¶ Et videtur ista via fuisse probabilis. quia nullum sacramentum debet conferre gratiam: vt videtur nisi sacramentum legis gratie. lex noua autem dicitur lex gratie sola. quia Joan.1. Jo. primo dicitur q̄ lex per moysen data est. gratia et veritas per iesum christum facta est ꝛc.

¶ Sed ista opinio a nullo tenet̄ modo. dicitur enim ab omnibus q̄ non solum in circuncisione remittebatur culpa originalis ꝛ etiam actualis: si tūc inerat. sed etiam conferebatur gratia. Sed hoc nituntur aliqui probare. quia impossibile est remittere culpam: nisi infundendo gratiam. Si igitur in circuncisione remittebatur culpa: videtur q̄ infundatur gratia sed istud motiuum nihil valet vt ostensum est supra. Nam in ista consequetia est fallatia consequentis. nisi forte arguatur de potentia ordinata peccatum enim pluribus modis amoueri potest vel remitti q̄m̄ per infusionem gratie: sicut dictum opi.doct. est supra. ¶ Dico ergo primo quantum ad hoc q̄ in circuncisione vel per circuncisionem auferebatur culpa. et hoc certum est et rationabile apud omnes. Deus enim nunq̄m dimisit populum suum sine remedio aliquo contra culpam: et precipue contra culpam originalem. sed hoc videtur fuisse remediū circūcisionis. ergo ꝛc. ¶ Secundo dico q̄ conferebatur gratia. Et hoc probo reuertendo ad vnum dictum supra. Nam licet deus posset remittere culpam sine gratia: tamen ordinauit nō remittere culpam sine gratia. voluit enim quemlibet esse filium dextre vel sinistre: culpe vel gratie. perditionis vel regni. Et ita sicut ordinauit q̄ in circuncisione releretur culpa: ita ꝛ q̄ cōferretur gratia vt videtur. ¶ Ad hoc sunt auctoritates etiam. prima est augu. August. de nuptijs et concupiscentia contra iulianum ad valerium comitem vbi dicit sic. Ex quo est instituta circuncisio in populo dei ad purgationem huius peccati veteris scilicet originalis valebat magnis et paruulis: sicut et baptismus valere cepit: ex quo institut⁹ est. ¶ Secūda est bede sup illud luce. ij. Bede. Postq̄m cōsummati sunt dies octo. Idem salutifere curationis auxilium circūcisio in lege agebat: quod baptismus in tempore gratie consueuit. In circuncisione ergo conferebatur gratia: non solum remittebatur culpa. ¶ Tertio dico de modo et perfectione gratie quam cōferebat q̄ multi sunt modi dicendi. dixerunt enim aliqui q̄ sic cōferebat gratiam q̄ tamen in modico vel minimo gradu: ita q̄ aduenienti ad circūcisionem in gratia ꝛ sine peccato mortali nihil conferebat de gratia: nec ipsam gratiam augmētabat. baptismus autem noster nō sic: sed in maiori et perfectiori gradu. et ipsam gratiā augmentabat in habente ipsam adueniente ad baptismum. ¶ Sed istud non videtur bene dictū: q̄ scilicet abraham non contulerit aliquid gratie circuncisio ipsa ꝛ augmentauerit gratiam. ei⁹. Nō igitur sic conferebat. Similiter etiam dato q̄ in mimo gradu cōferret: adhuc ille gradus aduenies alteri augmentaret ipsum. Similiter etiā baptismus licet conferat gratiā: non tñ cuilibet suscipienti conferret. et hoc si haberet gratiam tantam quantam de⁹ disposuit sibi dare. sicut de beata virgine si fuisset baptisata. Et similiter de ipsa circūcisione: que nihil contulit christo de gratia. habuit enim quantam gratiam potuit habere ab instanti sue conceptionis. quare ꝛc.

¶ Alij dixerunt q̄ ꝛ remittebat culpam: ꝛ cō ferebat gratiā. sed principalis effect⁹ suus erat remittere culpā: minus vero principalis et quasi secūdarius erat conferre gratiā: sed econuerso est in baptismo nostro. ¶ Sed istud etiā non videtur. quia agēs perfectum quod est deus: prius et principalius videtur intendere circa effectū suū positionem perfectionis q̄m̄ amotionē imperfectionis. Similiter etiā corruptio vel amotio alicui⁹ nō videtur intēdi nisi per accidēs. puta per positionē alterius quādo saltem ambo cōcurrunt. quare ꝛc. 2.

¶ Alij dixerūt q̄ circūcisio cōferebat gratiā quātum ad effectus gratie priuatiuos: nō quantum ad effectus positiuos ꝛ perfectiuos. vnde nō conferebat gratiā que sufficeret ad implendum mādata legis. ¶ Alij: q̄ cū hoc conferebat gratiam quātum ad aliquos effectus positiuos: sed nō quantum ad omnes: faciebat enim dignum vita eterna. Sed nō sufficiebat ad reprimendum concupiscentiā fomitis: nec ad implendum mandata legis. ¶ Sed ista etiam parum valēt. quia ex quo ponitur gratia positiue: nō est ratio quare nō ponatur ad omnes effect⁹ suos. Sicꝛ etiā modica ꝛ minima ad oēs effect⁹ charitatis: saltē in aliquo gradu: si tamē aliquos tales effectus habet. quare ꝛc. ¶ Alij dixerūt q̄ circuncisio conferebat gratiam aliter q̄m̄ baptismus. quia circuncisio ex solo pacto diuino in fide venturi vel passionis christi ex exhibēde: sed baptismus ex virtute supernaturali influxa sibi: ꝛ in frute passionis christi iam exhibite. ¶ Sz istud est superi⁹ reprobatū in prima questione: vbi ostensum est q̄ sacramētū noue legis non habet efficaciā illo mō. 4.

¶ Alij dicūt q̄ circuncisio in fide christi vēturi. et virtute passionis exhibēde conferebat gratiam ex merito congrui. sed baptismus in virtute passionis christi iam exhibite ex merito condigni. Et ita efficatiorē gratiam dat baptismus. quia per modum meriti de condigno. ¶ Sed istud etiam est superi⁹ improbatum. quia sacramentum noue legis efficaciam nō habet per modum meriti de condigno.

¶ Dico ergo aliter q̄ circūcisio conferebat gratiā imperfectiorem q̄m̄ baptism⁹ sicut enim lex christi euāgelica est pfectissima: quā tota trinitas disposuit dare ad salutē viatoris: ita habet sacramēta perfectissima ita q̄ baptism⁹ multo perfectiorē gratiā cōfert q̄m̄ faceret circuncisio. ¶ Secundo dico q̄ circuncisio cōferebat gratiā: et habet virtutē seu efficaciam ex opere operantis scz ex motu fidei saltem in formis relato in deū ad salutē circūcisi: ꝛ hoc vel a parētib⁹ seu ministrantibus circuncisionem: qui quantum ad hoc erant veri parentes: si circuncisus erat paruulus: cui nō poterat subuenire actus fidei proprie. vel ab ipso circunciso: si erat adultus. ita q̄ talis motus fidei relatus in deum ad salutē circuncisi poterat dici meritum de congruo respecto gratie. et susceptio circuncisionis in adulto cum tali motu fidei pro-

Alij modi dicēdi. 1.

Resolutio doct.

pie erat meritū gratie de congruo vt videtur. Et oportebat q̄ talis motus fidei interior ostenderet̄ in signo sensibili exteri⁹. Et hoc scdm ritū ꝛ modū circūcisionis pro masculis. nō sic aūt pro femellis: que nō circūdebātur. baptism⁹ vero noster cōfert gratiā ex opere operato: sicut ostēsum est supra de sacramētis noue legis. ꝛ ideo differunt a circuncisione. Sic ergo patet q̄ in circuncisione cōferebatur gratia ꝛ quomodo differenter a baptismo.

Ad motiua.1.opi. ¶ Ad primum in oppositū pro alijs dicō q̄ circuncisio cū esset sacramētū legale nō cōferebat gratiam. nec iustificabat ex opere operato: sicut nostra sacramēta perfecta: sed magis ex opere operātis siue parentū siue suscipientis. ¶ Et ideo ad scdm dicēdū q̄ circūcisio nō est reputata abrahe ad iustitiā: saltē principaliter. sed potius fides: licet sicut puto contulerit sibi aliquid de gratia. ¶ Ad tertium dico q̄ ita cōcludit cōtra remissionē originalis: sicut pōtra collationē gratie per circūcisionem vt patet intuenti. dico tñ ad hoc q̄ populus in deserto excusabatur a circuncisione. Tum potissime: quia super hoc erat dispēsatio diuina. Tum q̄ nesciebant qñ mouēda essēt castra. Tum q̄ nō erant mixti intra infideles. Et ita nō erat necessarium signum circuncisiōis distinctiuum ipsorum ab infidelibus: sicut in egipto. ¶ Ad illud vero quod dicit̄ q̄ illi qui fuissent mortui incircūcisi fuissent dānati: quia mortui sine gratia. dico q̄ probabile est dicere q̄ null⁹ ibi fuit mortuus incircūcisus: sed illi solū qui fuerāt circuncisi in egipto. vel si aliqui incircuncisi: idem iudiciū est de ipsis. ꝛ de paruulis decedētibus ante baptismū vel circuncisionē nisi pro tāto: q̄ a circuncisiōe pro tunc excusabātur ꝛ poterat fides propria vel parētum subuenire: sicut fit modo. ¶ Ad omnes auctoritates dici potest q̄ circuncisio non cōferebat gratiam eo modo quo nostra sacramēta ex opere operato: sed ex fide operātis. et ideo q̄m̄ erat ex fe: et vt distincta a fide operātis magis significabat: et promittebat gratiā q̄m̄ conferret ipsam. Sic etiā non conferebat ita perfectam gratiam sicut sacramenta nostra. Et sic etiam posset magister glosari in presenti distinctione: vbi dicit q̄ circuncisio non conferebat gratiam: verum est: vt baptismus. vnde et magister excipit circuncisionem ab illa regula aug. allegata superius. ¶ Aliter diceretur q̄ auctoritates intelligende sunt de quibusdā sacramētis improprie dictis: que erāt cerimonialia i lege. cuiusmodi erāt purificationes alique ꝛ ablutiōes: et oblationes alique que nō cōferebant gratiā per modū sacramēti: licet bene cōferretur in eis gratia qñ ex charitate implebātur scōz diuinum preceptū nō aūt intelligūtur de circūcisiōe. Si vero de circūcisiōe intelligātur sicut predictū est exponant̄. Ad auctoritatē greg. sicut in presenti questione.

Ad auctoritates.

Ad rōes principales. ¶ Ad primum principale dico q̄ circūcisio figurabat vel significabat gratiā ꝛ cōferebat. sed nō ita pfectam sicut baptismus. sicut etiam tempore legis scripte bene fuit gratia. sed non ita perfecta sicut tempore legis noue. Vel dicendū q̄ bene concludit q̄ circuncisio non conferebat gratiam ex opere operato: sicut sacramentum noue legis. sed ex fide operantis et pacto diuino. ¶ Ad secundum dico q̄ licet circūcisio quātum ad actum exteriorem non fieret apponendo: sed amouendo vel subtrahendo. significabat tñ aliquid apponendū spiritualiter in anima scz gratiam ipsam: per quam mūdaretur circūcisus a peccato originali si ipsum haberet. si aūt nō habebat: sed tam erat in gratia ille qui circūcidebatur: tunc non aufferebat peccatum: sed bene conferebat gratiam: et augmētabat sicut puto. et dictum est supra de abraham: licet magister videatur dicere oppositum. et aliqui in hoc concordant cum ipso: puto esse q̄ augebat gratiam circuncisi: nisi circūcisus habuisset tantū gradum gratie: quātum disposuerat ei dare: et tunc nihil contulisset tali. sed nō propter hoc fuisset falsum signum: sicut nec baptismus noster nihil contulisset beate virgini si fuisset baptisata post conceptionem filij dei. quia forte ex tūc habuit tantam gratiam q̄m̄ disposuerat sibi deus vnq̄m dare. Sacramentū enim quantum est in se. et ex se gratiam confert: nisi inueniat obicem: vel nisi inueniat preuēctionem gratie tāte: quantā est habiturus pro tūc ille qui suscipit sacramentū. Et istis duobus impedimentis occurrentibus non propter hoc est falsum signum: si non confert gratiam: sed semper est verum signum. ¶ Ad tertium de apertione ianue dicitur vno modo q̄ circuncisio q̄m̄ tum erat in se ꝛ per se apperiebat ianuam sicut et conferebat gratiam: per accidens tamen impediebatur. quia currebat circuncisio tempore quo nondū erat pretium emēde solutum per passionem christi. Alter dicitur: q̄ circuncisio licet conferret gratiam: et remitteret culpam. non tamen remittebat omnia pena: sicut baptismus et ita non aperiebat tamen. sicut nec penitētia modo apperit tamē illi: qui habet adhuc satisfacere de pena. sed si moreretur talis. descenderet ad purgatorium: et nō euolaret ad celum. Dicas quomodo tibi placet.

¶ Distinctionis secunde.
Questio vnica.

¶ Circa distinctionē secūdam quero. Vtrum sacramenta habeant efficaciam vel virtutem ex passione christi?

¶ Videtur q̄ nō. ex eo quod non est. non habet aliquid virtutem vel efficaciam. sed passio christi nō est. quia iam preterijt. ergo ꝛc. ¶ Secundo sic: si habēt efficaciam ab ipsa: aut vt futura: aut vt exhibita. Non vt futura. quia tunc sacramenta veteris legis eodem modo potuissent habere vel habuissent efficaciam: sicut nostra: vel magis. Non ab ipsa etiam q̄m̄ tum exhibita. quia tunc baptismus et eucharistia non habuissent efficaciam ante passionem christi exhibitam. quod non est verum. quia ante passionē christi fuerunt ista sacramenta ministrata. vt patet. ¶ Tertio sic. si a passione christi habent sacramenta efficaciam: hoc maxime videtur ratione illius vulneris lateralis christi: a quo fluxerunt sacramēta scōm Augusti. sed hoc non est verum. quia in illo vulnere nihil meruit christus. Nam christo iam mortuo vulnus illud fuit inflictum. Joan. decimo nono. ergo ꝛc. Similiter etiam sequeretur: q̄ gratia sacramentalis iam nō esset gratia. quia esset ex merito passionis christi. Joā.19

August. ¶ Contra magister in littera. et Augu. xv. de ciuitate capi. xxvj. vbi loquitur de archa noe dicens. ostium in latere arche profecto illud est vulnus: quando latus crucifixi perforatum est lancea. hoc quippe ad illum ingrediūtur viuentes. quia inde sacramenta manauerunt: quibus credentes innituntur.

¶ In ista questione sic pcedā.

¶ Primo ostendam: an omnia sacramenta noue legis fuerunt instituta ante passionem christi exhibitam. ¶ Secundo an omnia sacramenta habeāt efficaciam vel virtutem ex passione christi. ¶ Tertio per quem modum. ¶ Ultimo ad rationes.

Sacramēta noue legis ante passionē xpi instituta.

¶ Quātum ad primū dico: ꝙ passio xpi potest accipi vel pro morte sibi inflicta et doloribus preuijs et disponentibus ad ipsam sub pontio pylato per procurationem iudeorū: vel pro tota vita sua passibili in qua ab instanti sue conceptionis recepit miserias nostras et cepit pati ex tunc pro nobis. Si accipiatur passio primo modo dico: ꝙ aliqua sacramenta fuerunt instituta ante passionem christi. anteꝙ̄ scilicet christus traderetur iudeis: et occideretur sub pontio pylato vel etiā moreretur. si secūdo modo dico: ꝙ non ante passionem christi. sed aliqua fuerunt instituta inꝙ̄tū sacramēta sunt noue legis: dum viueret christus in carne passibili et mortali ab ipso christo passione iam incepta. id est vita passibili et mortali secundū miserias et penalitates nostras: quas assumpsit ipse christus et nullum ante. ¶ Potest ergo dici: ꝙ baptism⁹ fuit institutus a christo viuente. Nam sicut dicitur Jo.
Jo. 3. iij. Discipuli christi baptisabant. Et est planum ꝙ non baptisabant: nisi baptismo christi ab ipso instituto et ex auctoritate eius et precepto non sic tamē ꝙ tunc fuerit institut⁹: sed prius tempore proximo vel si tunc: tamen hoc non habetur ex auctoritate:
mat. vlt. sed preceptum fuit: vt diuulgaretur math. vlti. docete omnes gentes baptisantes eos in nomine patris et filij et spiritussancti. ¶ De eucharistia patet eius predicatio diffusa Jo. vj. sed institutio pa-
Jo. 6. tet in cena math. xxvj. et in alijs euāgelistis. ¶ De confirmatione patet vt videtur: ꝙ fuit instituta qn̄ christus imponebat paruulis manus. Unde et dicebat: sinite paruulos venire ad me. talium est em̄ regnum celorum. ¶ De penitentia dicunt aliqui: ꝙ fuit instituta Jac. v. cōfitemini alterultrū pecca-
Jaco. 5. ta vestra etc̄. Sed istud non valet quia Jacob⁹ nec aliquis sanctus potuit instituere sacramentum. sed solus deus: vt dictum est supra. patet etiam: ꝙ non est ad intellectum eius. subdit enim. Et orate pro inuicem vt saluemini. Et planuz est: ꝙ per illud nō intendebat nec instituere: immo nec diuulgare sacramentum. Si dicas ꝙ immo saltem diuulgare: tunc restat querere primum scilicet quando et vbi fuit instituta penitentia. et potest dici ꝙ Jo. xx. qn̄
Jo. 20. dixit christus: accipite spiritū sanctum. quorum remiseritis. peccata remittuntur eis etc̄. Et fuit pro-
Mat. 16 missum petro: quando dictum est sibi math. xvj. tibi dabo claues regni celorum. quodcunqꝫ ligaueris super terram etc̄. ¶ De extrema vnctione dicitur: ꝙ fuit instituta Jacobi quinto. Infirmatur
Jaco. 5. quis in vobis etc̄. Sed falsum est. sicut etiam dictū est supra de penitentia licet bene diuulgauerit ibi apostolus extremam vnctionem. Sed dicitur ab alijs: ꝙ fuit instiluta marci. vj. vbi dicitur ꝙ disci- Mar. 6.
puli vngebant oleo multos infirmos: et sanabantur. sed planum est. ꝙ non nisi auctoritate christi: qui iam instituerat sacramentum. Nec sequitur ex hac auctoritate ꝙ tunc fuerit instituta. Si dicas ꝙ non videtur intentio littere. quia infirmi curabantur. et istud sacramentum non debet confereri nisi morientibus. et exeuntibus non ad curandum corporaliter et superuiuendēdum. quere alibi: vbi habens iustitutionem eius. Et dico: ꝙ oportet dicere: ꝙ a christo fuerit istud sacramētum institutum. Nec potest dici institutum a iacobo ibi. Infirmatur quis in vobis etc̄. ¶ De sacramento matrimonij potest dici: ꝙ matrimonium inꝙ̄tum sacramentum noue legis, iustitutum fuit a christo math. xix. mat. 19.
Num legistis (ait christus) quia masculum et feminam fecit eos. supple deus. et dixit per os scilicet adam: ꝙ̄obrem relinquet homo patrem et matrem et cetera que ponuntur ibi: que videntur multum bene pertinere ad institutionē matrimonij. ¶ De sacramento ordinis videt̄ fuisse institutum math. mat. 26.
xxvj. hoc facite in meam cōmemorationem. et Jo. Joā. 20.
xx. accipite spiritumsanctum: quorum remiseritis peccata. Et hoc congrue. nam ordinati duplicem habent potestatem vnam respectu corporis christi veri. Et ideo dicitur. Hoc facite in meam commemorationem. aliam respectu corporis christi mistici: propter quod dicitur: quorum remiseritis peccata etc̄. Hec de primo articulo principali.

¶ Quātum ad secundū articulum dicitur: ꝙ sacramenta omnia que contulerunt gratiam: et conferunt: hubuerunt vel habent efficaciam vel virtutem a passione christi. sed differenter. Sacra an habeant efficaciā. et vnde.
quia sacramentum circuncisionis: quod precessit passionem exhibitam habuit virtutē vel efficaciam a passione christi exhibenda: et ideo minorem efficaciam habuit: et minorem gratiam contulit: et non nisi in fide vel ex fide operantis de christo venturo et passuro: sed sacramenta noue legis efficaciam habent a passione christi iam exhibita vel incepta. et ideo perfectiorem gratiam cōferūt et ex opere operato sicut dictum est supra. Hoc aūt declaratur sic. qꝛ homini facto dei inimico per culpam disposuit deus non conferre gratiam: nec remediū aliquod ad salutem: nisi propter aliquid sibi oblatum: quod esset sibi gratius et magis acceptū: ꝙ̄ offensa illa esset sibi displicens: et ingrata. Nichil autē potest inueniri deo gratius vel magis acceptum: ꝙ̄ offensa totius generis humani sit displicens: nisi aliquod obsequium persone magis dilecte ꝙ̄ cōmunitas offenderit per offensam illā vniuersalem ꝙ̄ debuisset esse chara: si non offendisset deum. Nō potuit autem genus humanum ex se habere tale obsequium. quia totum fuit inimicum de vna massa perditionis acceptum. Et ideo disposuit trinitas personam sic dilectam deo dare generi humano. ac ipsam ad hoc inclinare: vt trinitati offerret obsequium pro toto illo genere. talis autē persona non potest dici nisi christus cui non est ad mensuram datus spiritus Jo. 3. et tale obsequium est illud: in quo pat3 maxima charitas obsequētis: quod est offerre se vsqꝫ ad mortem pro iusticia. et honore diuino. Et ideo deus nullum remediū ad salutē cuiusmodi est quodlibet sacramētū: disposuit dare homini: nisi in virtute passionis christi. ¶ Ex quo etiam apparet: ꝙ sacramēta precedētia passionem christi minorem habebant efficaciam: ꝙ̄ sacramēta noue legis: que fuerunt instituta passiōe iam exhibita vel saltem incepta. Maius enim bonum conferri solet propter obsequiū iam exhibitum: ꝙ̄ propter obsequium exhibendū. sicut in nobis etiā est manifestum. ¶ Ex predictis scḋo apparet secūdū istos: quare circūcisio non apperiebat ianuā: et baptismus aperit. qꝛ baptismus habet efficaciam ex passione iam exhibita: in qua fuit solutum precium emende. nō sic aūt circūcisio. sed habuit efficaciam ex passione futura: et nōdum erat solutū precium. ¶ Similiter ex predictis patet: quomodo in opere reparationis humane per passionem christi fuit mīa summa dei dando talem ac tantam personam sic dilectam ipsi generi humano: vt pro ipō tale obsequium offerret. Similiter etiā fuit ibi summa iusticia. quia iustissimum fuit tale obsequiū acceptari a deo ad salutem hominis: vel ad id ad qḋ dispositum et ordinatum fuerat: cum persona offerens esset deo ita chara et dilecta. ¶ Sic igitur di-
Doctoris resolutio. citur et pulchre: ꝙ sacramēta omnia tanꝙ̄ remedia homini collata ad salutē efficaciā habent et virtutem a passione christi. Hoc aūt probatur. Tū quia sacramēta nō ordināntur ad salutē hominis: vel ad gratiam cōsequēdā: nisi a christo passo vel passuro pro salute hoīs. & nec ad gratiā vel salutē hoīs pñt attingere: nisi ex ordine ad passionē christi. Tū qꝛ deus non determinauit se infallibiliter cooperaturum sacramento: nisi mediāte passione christi preuisa vel exhibita et preacceptata. sacramēta autē non habent efficaciam: nisi ex determinatione diuine voluntatis. quare etc̄.

Per quē modū sacramēta hñt efficaciam a pass. xpi. ¶ Quantū ad tertiū articulū dicitur: quod sacramenta habent efficaciam a passione christi tanꝙ̄ a causa meritoria. Christus enim in sua passione vel per suam passionem vt acceptatam ab ipso voluntarie ad salutem generis humani scḋm beneplacitum diuine voluntatis. et ex maxima charitate meruit: vt sacramenta haberēt efficaciam et virtutem ad salutem hominis. Et isti variantur de illa virtute vel efficacia: sicut dictū est in prima questione: nec est modo repetendum. ¶ Ad hoc adducuntur due rationes. quia primū in vnoquoqꝫ genere est causa aliorum. Primū autem opus satisfactorium ad salutem hominis fuit passio christi. ergo ipsa est causa meritoria aliorum ad salutem hominis ordinatorum: et precipue sacramentorum. ¶ Secūda est. quia per passionem suam meruit christus: ꝙ sacramentum haberet efficaciam. vt patet. ergo passio est causa meritoria efficacie sacramentorum. Et addunt aliqui: ꝙ diuersimode sacramenta noue legis ab alijs. quia sacramenta noue legis per modum meriti de condigno habent efficaciam. quia ex passione iam exhibita vel incepta. sed circuncisio habuit efficaciā per modum meriti de congruo et ex passione futura vel exhibenda.

Resolutio doc. de efficacia sacrorū. ¶ Sed quātum ad materiam istorum duorum articulorum simul dico: ꝙ sacramenta habent efficaciam vel virtutem sane intelligendo: sicut dictum est in prima questione tam de sacramentis antiquis ꝙ̄ de sacramentis noue legis. ¶ Secundo dico: ꝙ a passione christi siue premissa siue exhibita vel incepta non habent efficaciam vel virrutem tanꝙ̄ ab aliqua per se causa ipsorum: nec effectus qui dicitur esse sacramenti: licet sacramentum etiam non sit per se causa vere et realis illius effectus: sicut dictum est supra. quia sacramenta nihil minus habent efficaciā siue sit passio christi: siue non sit. Et planum est: ꝙ ipsa non est modo. nec erat tempore sacramentorū antiquorum: quod autē non est: nullius est causa vere et realiter loquēdo de causa: sicut dictū est supra. ¶ Tertio dico: ꝙ extendendo nomen cause ad meritum: sic ꝙ meritum dicatur causa premij magis cōmuniter et vulgariter loquēdo ꝙ̄ veraciter ꝙ sacramenta habent vel habuerūt virtutem et efficaciam a passione christi sicut a causa. Nā passio christi fuit causa meritoria ipsorum. meruit enim christus per suam passionē vel in sua passione acceptata ab ipso ex charitate ad redemptionem humani generis propter honorem diuinum et scḋm bene-
placitum diuine volūtatis: vt talia sacramēta qua- No. hec.
lia fuerunt antiqua: ipsam precederent: et talia qualia sunt sacramēta noue legis ipsa3 cōcomitarent̄: vel etiam sequerentur: et diuersimode haberēt efficaciam vel virtutem quia aliqua ex opere operantis. alia vero respectu maioris et perfectioris gratie: et magis ex opere operato. Nec oportet: ꝙ talis causa sit: quādo ponitur effectus. quia nec est vere causa: sicut dictum est supra. nec aliud possunt argumenta concludere: que pro alijs sunt adducta. Si dicas: ꝙ passio christi licet non sit in se: est tamē in acceptatione diuina: qua deus ipsam acceptat ad efficaciam talium sacramentorum. et ita potest esse causa: dato ꝙ non sit in se. Dico sicut dixi supra ꝙ istud non concludit passionem esse causam: sed magis diuinam volitionem passionem christi ad hoc acceptantem siue futuram siue exhibitam. Et hec de scḋo et tertio articulo principali.

¶ Ad primum principale dico: ꝙ bene concludit: ꝙ a passione christi: sicut a vere causa et proprie non habeat sacramentum efficaciam vel virtutem. Ad rōes principales.
quia sicut bene arguitur passio christi non est: vel accidit: ꝙ sit: sacramento habente suam virtutem et efficaciam et effectum. Oportet autē sicut dicitur quinto metha. causam vere realiter esse: quando effectus ponitur inesse sed non cōcludit: quin sicut a causa meritoria que non est dicenda vere: causa: sed vulgariter tantum: sicut dictum est de merito respectu premij. ¶ Ad secundum dico: ꝙ a passione christi meritorie habent suam efficaciam: nō vt preterita vel exhibita vel vt futura: sed magis vt a deo acceptata in ordine ad hoc ꝙ sacramenta omnia tam vetera ꝙ̄ noua in quibus confertur gratia habeant efficaciam ad salutem hominis: pro qua pass⁹ est christus. Et differenter sicut dictum est de sacramētis antiquis et nouis. Tu dicis: ꝙ non inꝙ̄tum futura vel exhibita. cōcedo. sed quia dicitur vltra: ꝙ si haberent efficaciam a passione christi exhibita: tunc baptismus et eucharistia que fuerunt instituta ante passionem christi. Qui vellet dicere: ꝙ sacramēta noua habent efficaciam a passione christi exhibita vel vt exhibita: diceret: ꝙ passio christi licet non fuerit consummata et completa ante insti-

tutionē istorum sacramētorū:ꝙ saltem fuit inchoata et incepta et hoc ab instanti sue conceptionis: in quo assumpsit miserias ꝛ penalitates nostras.et hoc sufficit. ¶ Ad tertium de vulnere laterali dici potest: si christus meruit aliquid in ipso non ipso vulnere existente: sed per modum obiecti voliti et preacceptati a christo dum viueret. quia bene sciuit ipsum esse sibi infligendum. et hoc ex charitate scdm diuinum beneplacitū acceptauit.et ita a passione ratione illius vulneris possunt sacramēta habere efficaciā:sicut a causa meritoria. Si aūt dicatur:ꝙ christus in illo vulnere nihil meruit. qꝛ christus mortuꝰ erat:qn̄ fuit sibi inflictū: tunc non currit argumētum:qꝛ a passione quam substinuit christus:dum viueret:habēt sacramenta efficaciam et non ab illo vulnere. Et tunc respōdendū est ad auctoritatem Aug. adductam ad opposita ꝙ a latere christi similitudinarie scdm quandā expressam similitudinē fluxerūt sacramēta ꝙ̄tum ad principalia sacramētorū:puta ꝙ̄tum ad baptismū.cuius similitudo fluxit aqua. Et eucharistia cuius similitudo vel contentū potius fluxit sanguis.qꝛ in illo sacramēto cōtinetur vere sanguis christi sicut inferiꝰ apparebit. ¶ Ad illud quod ponitur vltimo dico: ꝙ licet gratia sacramentalis detur nobis ex merito christi:tn̄ bene est gratia. Nō enim datur ex merito de condigno illius cui datur. Aliter dicitur:ꝙ gratia sacramentalis nec aliquid quod nobis meruit christus est ita pure gratuita:sicut incarnatio christi et passio pro nobis:quam nō precessit aliqd meritum respectu eius de condigno.quare ꝛc̄.

¶ Distinctionis Tertie.
Questio vnica.

CIrca distinctionē tertiam quero. Utrum baptismus qui dicitur sacramentum noue legis:euacuauerit circūcisionem: ¶ Videtur ꝙ non. qꝛ math. v. dicitur:nō veni soluere legem:sed adimplere.sed circūcisio fuit de precepto legis mosayce.ergo non fuit euacuata per christum: nec per baptismum a christo institutum. ¶ Secūdo sic.si circūcisio fuit euacuata per baptismū: tūc circūcisio nihil valuit post institutionem baptismi. sed hoc est falsum:sicut patebit infra. Et gen̄.xvij. Data est circūcisio ipsi abrahe in fedus sempiternum ergo ꝛc̄. ¶ Tertio sic. nullus inferior habet auctoritatem vel potestatem reuocādi legē sui superioris.sed lex de circūcisiōe fuit lex diuina. ergo cum nō legatur alicubi in scriptura ab ipso reuocata:sequitur ꝙ a nullo sit reuocata. immo potiꝰ per ipsum confirmata. Unde et toto tempore vite sue mortalis scdm legem et cerimonias legis vixit. qd patet in cena sua de esu agni paschalis. quare ꝛc̄.

Mat. 5. Gen̄. 17. Joan. 5. Ad galat. 5.

¶ Contra Jo. iij. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritusancto ꝛc̄. ꝛ in pluribus locis de baptismo dicitur hoc.sed hoc nō esset: nisi baptismus euacuasset circuncisionē quia alias non esset baptismus necessarius.ergo ꝛc̄.
¶ Confirmatur per apostolum ad galathas quīto si circuncidimini: christus nihil vobis proderit. ergo ꝛc̄.

¶ In ista questione sic pcedā.
¶ Primo supposito ꝙ baptismus sit sacramētum noue legis inquiram de diffinitione vel descriptione eiꝰ. ¶ Scdo de materia ꝛ forma ꝟborū ipsius. ¶ Tertio de euacuatiōe circūcisiōis ꝛ aliorū legaliū ꝑ baptismū. ꝛ alia q̄ sunt pertinētia ad legē nouā.cuiꝰ baptismꝰ ē ꝑmū sacrm̄. ¶ Ultimo ad rōes.

¶ Quātum ad primū articulum magister describit baptismum. ꝙ baptismꝰ est tinctio. id est ablutio corporis exterior facta in aq̄ sub forma verborum prescripta. ¶ Ad cuiꝰ intellectum notandum est ꝙ sacramentum baptismi describitur hic magis ꝙ̄tuʒ ad suū materiale q̄ ꝙ̄tū ad suum formale. nam formale in totali sacramento sicut dictum est supra est respectus ratiōis: qui est respectus signi ad gratiam consequēdam. Materiale vero in sacramēto baptismi est ipsa ablutio in aqua:ꝛ verba determinata que dicētur infra: licet respectu ablutionis verba possint dici forma. quia verba inter signa optinent principatum scdm Aug. ij. de doctrina christiana.ꝛ quia verba etiam determinant ꝛ modificant ablutionem ipsam. Materiale igitur baptismi est ablutio in aqua naturali cum forma verborum prescripta et determinata.

Diffinitiōes seu descriptiones baptismi. August.

illud Jo iij. nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto: nō potest introire in regnū dei. ⁊ sit necessaria ad salutē hoīs viatoris cōsequendā: q̄ oīs persona viatrix humana alias non baptizata obligatur ad susceptionē baptismi. Et hoc in effectu si habet vsum rationis. ⁊ in effectu: cū potest ⁊ congruit. Si vero nō habet vsum rationis: sicut est de paruulis ⁊ amētibus perpetuo vel furiosis: dico q̄ obligatur nihilominus ad baptismū: vt salutē consequatur: ⁊ eternā dānationem effugiat. Differenter tñ obligātur primi ⁊ secundi. q̄ primi si nō recipiunt baptismum in effectu: cum possunt: vel saltē in affectu si nō possunt: peccāt mortaliter peccato actuali omittendo cōtra legē de baptismo. sed scōi non peccāt peccato actuali. vnde nec dānantur pena sensus sicut primi. sed tñ pena carētie diuinevisionis. ¶ Ex his cōcludo vnum: licet aliquis sanctificatus nasceretur: tñ adhuc ad baptismū obligaretur. sicut aliqui nati iam sanctificati sub circūcisione ad circūcisionem erāt obligati. sicut patuit de hieremia ⁊ Joāne baptista. Et hoc ostēdit exēplo ipse x̄ps legislator: licet ad hoc nō obligaretur qui ⁊ voluit circuncidi: ⁊ voluit etiā a Joanne baptizari. Nec frustra baptizaretur talis. q̄ in ipso gratia augeretur: ⁊ per ipsum mādatum impleretur. Si dicas: q̄ nō legitur beatā virginē. ⁊ apostolos aliquos fuisse baptizatos. et tñ fuerunt viatores. alias nō baptizati. Dico. sicut dicit glo. super illud Joannis xiij. qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet ⁊c. apostoli tūc fuerūt baptizati a x̄po et hoc fuit rationabile. nam x̄ps post illud factum fecit eos sacerdotes cōferens illis potestatē conficiendi eucharistiā. hec quotiēscūq; feceritis ⁊c. et hoc facite in meā cōmemorationem. Et cōferēdo eis etiā potestatē super corpus x̄pi mysticū: quod est ecclesia: accipite spiritū sanctum ⁊c. Jo. xx. baptismus aūt est primum sacramentum. q̄ est sacramentum intrātium quare ⁊c. Hec videtur necessarium: q̄ x̄ps cū apostolis super hoc dispensauerit. cum nec ex hoc fuissent magis grati nec perfectiores doctores fidei. immo minus perfecti. imperfectio: est em̄ magister moralis: qui nō vult opere implere: quod docet. Unde putādus est: q̄ voluit eos baptizari: sicut ⁊ ipse voluit baptizari. saltē baptismo Jo. ipse dico. Similiter supponēdum est de virgine beata: q̄ ipsa aliqñ fuerit baptizata p̄ter obligationē precepti x̄pi. q̄ nō fuit a preceptis diuinis exēpta. Missi forte dicatur: q̄ deus cū ea dispensauerit: qñ in cōceptione filij sui forte peruenit ad illā plenitudinem gratie: quā ꝓposuerat deus sibi dare. ¶ Q̄ autem oīs persona viatrix humana de cōmuni lege nisi cum ea dispēsetur ad baptismum teneatur: ptz. Tum q̄ oēs cum ad legē x̄pianā sint astricti: debēt recipere signum x̄pi: per quod ingrediātur obseruātiam legis. Tum q̄ quilibet viator debet esse mēbrum ecclesie militātis nō solum latēter sed etiā patēter q̄tum ad noticiā aliorum: ⁊ nō scādalizare alios actiue. quod tñ faceret: si baptismum nō reciperet: precipue adultus q̄tūcūq; sanctificatus. Tum q̄ alioquin videretur contemnere adultus. q̄ p̄o modico facto susciperet magnam gratiā. si baptizaretur. ⁊ ideo cōtēneret: si nō baptizaretur: vt videtur. quare ⁊c. ¶ Si dicatur cōtra predicta: q̄ paruulus baptizatus p̄ius baptismo flaminis vel sanguinis in vtero matris perseq̄ndo matrem cum prole p̄o fide saluatur: si moriatur sine baptismo. Et similiter adult⁹. Dico de paruulo q̄ si moriatur sic sanctificat⁹ vel baptizatus baptismo flaminis vel sanguinis: q̄ secum dispēsatum est de lege sacramenti baptismi: ⁊ saluatur. Similiter de adulto. sed oportet si non pōt habere vel recipere sacramētum baptismi in effectu: ⁊ q̄ saltē ip̄m habeat in q̄posito ⁊ affectu vel habuerit aliquando. Et iam q̄ ipsum nō cōtemnat: qñ sibi occurrit. Hec de primo articulo p̄incipali.

Blo. sup Joā. 13.

Jo. 20.

Quomō quilibet viator tenetur baptizari. ⁊c.

An oēs suscipientes bapt. recipiāt effectum eius.

¶ Quātum ad secūdum articulum: qui sunt illi qui recipiunt effectū baptismi. Dico primo de paruulis: q̄ de cōmuni lege oēs recipiunt effectum baptismi triplicē quo ad nunc scz culpe originalis remissionē caracteris impressionē et gratie infusionē. Dico aūt de cōmuni lege. q̄ si esset aliquis paruulus iustificatus ex vtero vel sanctificatus: suscipiēdo baptismum nō cōsequeretur primum effectū. ptz: q̄ baptismus preueneniretur q̄tum ad illū effectū. Nec cōsequeretur prime gratie infusionem: sed bene augmētationē. Consequeretur aūt caracteris impressionē. vt patz. ¶ Scōo dico de adultis oībus venientibus ad baptismum ratione vtentibus vel recipientibus ipsum: si non sunt voluntarij vel ficti actu vel habitu: sed magis sunt voluntarij nō ficti: q̄ aliquē effectum baptismi recipiunt: q̄ vel illos tres effectus scz culpe originalis remissionē: ⁊ per cōsequens actualis: si habent caracteris impressionē: et gratie infusionē. si vero originale non habent: nec actuale mortale: q̄ iam sunt iustificati per gratiā: dico q̄ saltem recipiunt caracteris impressionē ⁊ gratie augmētationem. Si aūt originale non habent sed actuale aliquod mortale precedēs receptionē baptismi. quod potest cōtingere: q̄ aliqñ fuerūt iustificati: ⁊ sic originale fuit eis remissum: sed a iustificatiōe p̄ actuale mortale ceciderunt: dico q̄ consequuntur illius actualis mortalis ⁊ venialiū si qua sunt: remissionem: ⁊ alios effect⁹: qui dicti sunt. Ista possunt declarari per adultos qui baptizabātur in primitiua ecclesia in diuersis statibus ⁊ gradibus. ¶ De nō vtentibus vero ratione si sunt ⁊ fuerunt perpetuo amētes: iudicādum est sicut de paruulis. Si autem aliqñ habēt vel habuerunt lucida interualla: iudicandum est de ipsis scōm q̄ se habent in illis lucidis interuallis ad baptismū: sicut de ratione vtentibus suo modo. Ad euidētiam vero predictorum de adulto consentiente et non ficto dicenda essent aliqua de dissentiente vel non consentiente et de ficto. sed ista dicentur in solutione primi argumenti. Hec de secundo articulo.

An oēs recipientes effectū bap. equaliter recipiāt ipsum.

¶ Quantum ad tertium articulum. an scz oēs recipiētes effectum baptismi: recipiant ipsum equaliter. Dicendum est breuiter: q̄ q̄tum ad culpe originalis remissionem ⁊ q̄tum ad caracteris impressionem oēs recipientes ilios effectus equaliter se habent oīno. equalis em̄ culpa est originalis in oībus habētibus. ⁊ nō est maior in vno vel minor in alio. sicut ptz. Similiter etiā eque perfectus caracter videtur esse in vno: et ita perfecte imprimi: sicut in alio: ⁊ in oībus indelebiliter in vno sicut in alio: sicut magis in ferius apparebit. ¶ Quātum vero ad effectum gratie est alio modo

Mām sicut probabiliter dicunt aliqui: cum ad effectum baptismi concurrāt causa principalis que est diuina voluntas: determinās se cōferre in signo baptismi vel cōsequenter ad ipsum causando gratiā in nō habente obicē ⁊ suscipiētē baptismum: ⁊ causa meritoria vt passio x̄pi: ⁊ suscipiens baptismum vel ministrās: q̄tum ad primū potest esse inequalitas gratie recepte in recipiētibus baptismū. q̄ licet deus forte determinauerit aliquē gradum certum gratie se collaturū in baptismo: sic q̄ nulli suscipiēti baptismum cōferatur vnq̄ minor gradus: et ille cōfertur semper ex vi sacramēti recipiēti sacramentum obicem nō habenti: ⁊ ex vi sacramenti non conferatur maior gradus: tamen quia deus aliquos baptizatos predestinauit ad maiorem gloriā et aliquos ad minorem: hinc est q̄ aliquando in baptismo recipit aliquando aliquis maiorē gratiā q̄ alius ex mīa ⁊ beneplacito diuine voluntatis vltra gradum illum quē determinauit se deus operari ⁊ creare infallibiliter ⁊ regulariter ad baptismum. licet ille vlterior gradus nō sit effectus baptismi sicut primus. dicitur tñ effectus: q̄ cōcurrit ad eandem gratiā numero cōstituendā in baptizato cum illo primo gradu: licet non ꝓpter hoc ꝓprie sit effectus. ¶ Ex parte etiaz cause meritorie potest esse inequalitas gratie quā meruit x̄ps per suā passionem scz ex parte passionis x̄pi. vel quia specialius oblata p̄o vno q̄tum ad intētionem x̄pi offerētis q̄ p̄o alio vel q̄ q̄tum ad executionē oblata in re et in effectu p̄o aliquibus p̄o aliis aūt non: nisi in preuisione diuina. primo modo potest esse inequalitas gratie in suscipiētibus baptismum. Nam x̄ps cum nouerit noticia visionis in verbo saltē omnes electos: ⁊ futuram gloriā ipsorum maiorem vel minorem quā disposuerat eis deus dare. potuit efficacius vel specialius offerre p̄o p̄priā passionē p̄o illis: quibus disposuerat deus cōferre maiorē gloriam: q̄ p̄o illis quibus disposuerat deus cōferre minorem gloriā. Et ita potest in baptismo cōferri adhuc maior vel minor gratia ex merito passionis christi. Scōo modo dicit: q̄ inequalē gratiā cōtulit circuncisio de cōmuni lege illi q̄ cōfert baptismus: q̄ baptismus maiorē ex merito passiōis iam exhibite q̄ circuncisio ex merito passionis exhibēde ⁊ future. Maior em̄ gratia ⁊ maius bonum cōferri solet ꝓpter officium vel seruitium iam exhibitum: q̄ ꝓpter exhibēdum vel futurū. ¶ Ex parte tertij: puta ex parte dispositionis ipsius recipiētis in adultis potest eē inequalitas gratie recepte. Magis em̄ disposito ⁊ deuotius accedenti ad baptismum ⁊ ipsum suscipiēti ceteris paribus videtur maior gratia cōferri. Et licet forte non ex vi sacramēti: tñ ex dispositione ⁊ ordinatione ⁊ liberalitate dei. Sed q̄tum ad paruulos est planum: q̄ ex parte eorum nō potest esse dispositio maior vel minor: sed bene ex parte ministrantis vel assistentium deuote magis vel minus ꝓ paruulis oīātium potest paruulis maior vel minor gratia impetrari vel in baptismo cōferri: ⁊ vni maior alteri minor. Sed cōparādo paruulos ad adultos dicitur: q̄ q̄ paruulus nullū habet meritū per actum ꝓprium adultus aūt habet meritum q̄tūcunq; tenuē voluntatem habeat suscipiēdi baptismum: dum tñ consentiat recipere: nec ponat obicē: etiā dato q̄ illo tpe receptionis baptismi peccaret venialiter q̄ hoc nō impedit effectū baptismi: nec receptionem gratie: ceteris paribus maiorem recipit gratiā: q̄ paruulus misi forte preces deuote ministrātis vel assistentium ꝓpōderarent dispositioni adulti per actum ꝓpriū. ⁊ tunc nō essent cetera paria. ¶ Sic ergo vt ptz ex dictis: potest dici: q̄ licet ex vi sacramēti et per se regulariter oēs illi qui recipiunt gratiam baptismalē equalem recipiant: tñ ex alijs causis secundum benignitatem dei ⁊ misericordiam potest gratia in recipientibus secūdum maius vel minus variari. Hec de tertio articulo.

Summatio predictorum.

¶ Ad primum argumētum principale concedo: q̄ non oēs adueniētes ad baptismū vel suscipientes ipsum q̄tūcunq; apparet exterius recipiunt effectum baptismi. Et primo dico de voluntario simpliciter: qui oīno dissentit: ita q̄ nulla ratione cōsentit: sed potius oīno dissentit: q̄ talis nō recipit aliquē effectum baptismi spiritualem. Deus em̄ non vult aliquē ascribere militie sue nec esse de familia sua inuitum. Non vult em̄ coacta seruitia. ¶ Scōo dico de dissentiēte scōm quid tñ cōsentiente simpliciter p̄o tōto: q̄ vult baptismum recipere. ⁊ fieri in ipso quod facit ecclesia: si aliquid faciat: etiā licet credat q̄ nihil faciat inductus ad hoc timore pene: cum tñ voluntas sua nō cogatur: sicut nec cogi potest: ⁊ ideo dicitur hoc simpliciter velle: licet scōm quid dicatur nolle: sicut de pisciēte merces in mari: de tali dico: q̄ aliquē effectum baptismi recipit: puta impressionem caracteris. nec ē rebaptizādus postea: cz est simpliciter baptizatus. ⁊ cum hoc cogēdus seruare legē christianā. ¶ Tertio dico de adulto nō cōsentiente nec dissentiente actualiter nec habitualiter seu virtualiter magis: q̄ talis non recipit effectum baptismi. Oportet em̄ q̄ cōsentiat actualiter vel cōsenserit aliqñ si est adultus: sic q̄ postea nō interuiniat dissensus. si aūt actu nō cōsentiat: nec vnq̄ cōsenserit: vel imediate dissenserit: licet aliqñ ante cōsenserit: reputatur habitualiter vel virtualiter dissentiens: ⁊ nō recipit aliquē effectum sacramenti: sed est simpliciter postea rebaptizandus: si cōsenserit. ¶ Quarto dico de paruulis q̄ nec cōsentiunt: nec dissentiunt q̄ simpliciter recipiunt effectus baptismi. Et potest ibi esse aliqua inequalitas: sicut dictum est supra. ¶ Ex his ptz: quomodo opz hominem esse cōsentientē: vt recipiat effectū baptismi. q̄ actualiter vel habitualiter seu virtualiter: sic q̄ ante susceptionem baptismi consenserit nullo dissensu interueniēte saltem deliberatiuo: ⁊ hoc loquendo de vtētibus ratione de priuatis. perpetuo vsu rationis sicut de paruulis est dicendum de habentibus lucida interualla: sicut de ratione vtentibus ꝓ illis lucidis interuallis: que in eis sunt attendēda vel expectāda ⁊ scōm q̄ se habent in illis: sunt facta ipsoz iudicāda. De fictis vero q̄ tangitur in argumēto: dico: q̄ fictus potest intelligi vno modo ille: qui pretēdit exterius se velle recipere baptismum: ⁊ tñ nō vult hoc interius: sed simpliciter vel habitualiter seu virtualiter vel actualiter dissentit. ⁊ iste nullum effectum baptismi recipit: nec est baptizatus: sed est rebaptizandus simpliciter cessante fictione: licet cogendus sit: ⁊ compellendus ab ecclesia seruare legem christi. quia ecclesia iudicando secundum exteriora de ipso presumit partē meliorem. scilicet q̄ consenserit: sicut exterius ostē

Ad rōes p̄incipales.

nota cōrelariū.

Fict⁹ q̄ et quō.

debat. Aliter potest dici fictus: qui vult recipere sacramētum: ⁊ ostendit exterius se esse dispositum ad hoc non tn̄ est dispositus: sed habet obicē sacramenti: puta vel qꝛ non credit: nec habet rectā fidē: vel quia habet aliquod peccatum mortale tunc in actu. ita ꝙ acualiter peccat mortaliter. vel qꝛ habꝫ aliquod peccatū preteritū de quo nullo modo atteritur: vel cōteritur: nec aliqñ attritus est vel cōtritus ⁊ de isto nō est dubium: ꝙ nō recipit gratiā sa
Sap. i. cramēti: licet bene possit recipere caracterē: qꝛ spiritussanctus discipline effugit fictum. Sapiētie. j. sed ipsa fictione sua dimissa ⁊ cessante per penitentiam. si primo stāte illa fictione recepit caractarē: potest dici: ꝙ recipit gratiā baptismalem. ⁊ habet baptismus effectum suum infusionē scꝫ gratie ⁊ remissionē oīs culpe precedētis baptismum: que nō erat causa fictiōis in baptismo. sicut si adultus ante baptismū cōmisit septē peccata mortalia. ⁊ veniens ad baptismū de sex tm̄ atteritur: de septimo nullo modo: sed forte actualiter sibi placet: illud septimum solū est causa fictionis eius in baptismo: opꝫ ꝙ vere peniteat de isto septimo ⁊ in se ⁊ inq̄tum fuit causa fictiōis in baptismo. qꝛ peccato nouo peccauit in illa fictione: faciēdo irreuerentiam sacramento. ⁊ recedente ista fictione que fuit impedimentum gratie baptismalis: deus confert gratiam baptismalē in remedium cōtra alia peccata: que fuissent tunc deleta in baptismo: nisi fictio occurrisset. Et ideo de illis alijs nō opꝫ habere verā penitētiā: nec forte nouā attritionē preter illā que habita fuit ante baptismum. sed solo impedimēto amoto deus causat effectum baptismi. scꝫ gratiam baptismalē sicut tunc causasset: si fictio non occur-
Cōtra p̄dicta. risset. ¶ Sed cōtra hoc obijcitur primo sic. penitētia delet non solū vnum peccatū: sed oīa que inuenit. qꝛ impium est a deo dimidiā veniā sperare: s̄m Aug. sed peccata que penitētia delet: nō delet gratia baptismalis. cum ergo penitentia deleat illud peccatū: quod fuit causa fictionis: videtur etiā ꝙ alia. Et sic gratia baptismalis non delet alia sex. sed magis gratia penitentialis: sicut ⁊ illud septimum. ¶ Scd̄o sic. penitentia est scd̄a tabula post
hieronymus. naufragium: s̄m Hieronymū. ⁊ per cōsequens sibi cōuenit delere oīa peccata: que inuenit post baptismum. sed oīa illa septē peccata vel octo inuenit in isto post baptismum. qꝛ nō recipit gratiā in batismo. ergo oīa delet: nō igitur gratia baptismalis. ¶ Tertio. qꝛ nulla videtur ratio quare sicut gratia baptismalis delet illa sex: quare non possit delere septimum: quod fuit causa fictionis vel pecca-
Solutio tum ipsius fictionis. quare ⁊c̄. ¶ Ad primum dicitur: ꝙ penitētia q̄tum est de se nisi preueniatur ab aliquo perfectiori vel priori in delēdo peccata delet oīa peccata que inuenit. sed in ꝓposito preuenit a baptismo: qui prius fuit collatus. ⁊ ideo delētur illa peccata priora: que nō fuerunt causa fictionis per gratiā baptismalē: ⁊ illud aliud quod fuit causa fictionis per penitentiā. ¶ Contra hoc arguit. qꝛ prius natura delet illud qd̄ fuit causa fictionis per penitētiā: q̄ꝫ baptismus habeat effectum. sicut prius natura tollitur fictio ⁊ impedimētum: q̄ꝫ sequatur effectus. ergo in illo priori cum non sit sperare a deo dimidiā veniā: ⁊ non deleatur vnū peccatum sine alio: videtur ꝙ oīa delentur per penitētiam: ⁊ nullum per gratiā baptismalē. ¶ Ideo dicitur aliter: ꝙ penitentia vera perfecte reconciliat deo. ⁊ ideo nullū peccatū relinquit. sed tn̄ nō omne peccatum quod infuit per se loquēdo curat: sed illud solum: quod est obiectū penitētie: de quo scꝫ penitens penitet. q̄ñqꝫ autem oportꝫ omne peccatum quod deletur esse obiectū penitentie: vtpote si omnia illa peccata sint cōmissa post baptismū. Quandoqꝫ autem nō opꝫ: vt in proposito. Nō igitur per virtutem penitentie dimittuntur hec oīa peccata: sed in penitēte partim dimittuntur per penitentiā et partim per baptismum: sicut predictū est supra. Et sic nō habetur ibi dimidia venia: sꝫ tota a deo. Non tn̄ tota p penitētiā. qꝛ non oportuit de oībus peccatis que inerāt penitere. Et scd̄m hoc esset dicendum: ꝙ illa que delētur per gratiam baptismalem: delētur ⁊ q̄tum ad culpā ⁊ q̄tum ad penam. nec de eis oportet habere nouā cōtritionem seu attritionem: nec cōfessionem: nec satisfactionem: sed solum de illo septimo: quod deletur per penitētiā. quod fuit causa fictionis in baptismo. Per idem ptꝫ ad scd̄m. ¶ Ad tertium dicitur: ꝙ non pari ratione delet baptismus illud septimū: sicut alia sex: licet illa septem precederēt baptismum. quia illud septimum fuit causa fictionis. non autem alia sex. Si autem non fuisset causa fictionis ⁊ impedimenti effectus baptismi seu gratie baptismalis potuisset per baptismum deleri: sicut alia sex. quare ⁊c̄. ¶ Ad scd̄m principale de iustificatis ptꝫ quid dicendum. ¶ Ad tertiū etiā patꝫ de magis ⁊ minus disposito. ¶ Ad illud in oppositum de inequalitate mininistri patet etiam quid dicendum.

¶ Distinctionum Quinte ⁊ Sexte. Questio Prima.

Circa distinctiōes quintam et sextam quero vnā questionem primaꝫ scꝫ. Utrū solus sacerdos cum intētione actuali possit aliquem alium a se baptizare? ¶ Et videtur ꝙ sic. solus sacerdos potest cōsecrare eucharistiam. ergo similiter baptizare. ¶ Scd̄o sic. de intentione actuali. quia non minus requiritur actus interior sacerdotis q̄ꝫ exterior. sed actus exterior requiritur: puta prolatio verborum ⁊ ablutio simul. ergo actus interioris intentionis actualiter requiritur. ¶ Tertio sic. quia videtur: ꝙ possit seipsum baptizare. qꝛ potest alium baptizare. ergo ⁊ seipsum. cū sit eiusdem rationis: potest eñ abluere seipsum cū verbis prolatis loquendo ad seip̄m: sicut ad aliū. ergo. ⁊c̄.

¶ Contra ꝙ non solus sacerdos possit baptizare. de consecratione distinctione. iiij. Romanus vbi dicitur: ꝙ spiritus dei ministrat gratiam baptismi etiam si paganus sit qui baptizat. ergo paganus potest baptizare et multofortius quilibet christianus. Similiter etiaꝫ videtur: ꝙ bonus angelus possit baptizare: quia potest ecclesiam dedicare: quod est maius: sicut patuit de sancto michaele: qui ꝓhibuit episcopo suā ecclesiā dedicare. qꝛ ipsam dedicauerat. quare ⁊c̄. De cōsecratione disti. 4.

¶ In ista questiōe sic p̄cedā.

¶ Primo inquiram: quis potest baptismum ministrare siue de facto siue de iure. ¶ Secundo inquiram. vtrum in baptisante requiratur actualis intentio simul cum verbis et ablutione vel qualis? ¶ Tertio an aliquis possit seipsum baptizare: vel an plures eundem: seu idem plures simul? ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quātum ad primum articulum dico de facto scd̄m legem communem a deo institutam pro statu vie quodlibet humanum suppositum habens vsum rationis potens abluere et verba sacramentalia baptismi proferre potest baptizare. ¶ Dico primo humanum suppositum. quia suppositum angelicum siue bonus angel⁹ siue malus non posset baptizare: nisi sibi committeretur a deo scd̄m dispēsationem. Unde si bonus angelus baptizaret in corpore assumpto: supponendū esset: ꝙ hoc esset ex diuino precepto. et ille esset simpliciter baptizatus: nec esset rebaptizandus. Sicut positum est supra exemplum de ecclesia beati michaelis ab ipso dedicata. ¶ Si vero malus angelus baptizaret: non esset presumendum: ꝙ vere baptizaret. quia fallax est ⁊ mendax. nisi super hoc specialis reuelatio de diuina ordinatione haberetur. Unde dico ꝙ de lege cōmuni instituta a christo solum humanum suppositum baptizare potest. ¶ Secūdo dixi pro statu vie. quia scd̄m legem etiam a christo institutam cum ipsum sacramentū baptismi sit: in quo cōmunicant sibi viatores aliquod humanū suppositum extra viam simpliciter puta beatū vel damnatum non posset baptizare. licꝫ posset hoc ex concessione speciali. ¶ Tertio dixi potens abluere manualiter. ⁊ hoc vel mouendo aquam dispergēdo puerum vel mouendo alium ad aquam puta immergendo. Et ideo dico ꝙ mancus nec aliquis impotens sic manualiter abluere aspergendo vel immergendo pōt babtizare. ¶ Quarto dixi ꝙ possit proferre verba. et ideo nullus mut⁹ potest baptizare. immo nec aliquod sacramentum ministrare cuius ministratio consistat in fieri illius sacramenti. ad differentiam eucharistie. de qua patet ꝙ vnus mutus posset eam alicui de facto porrigere vel ministrare. ¶ Sed vltimo potest exponi illud habens vsum rationis. quia requiriur intētio aliqua sicut dicetur in ministro. et ideo nullus amens perpetuo potest de facto etiam baptizare: sed bene si habet lucida interualla in illis interuallis. Ratio autem precisa omnium istorum vel plurium est. quia sic a christo constitutum est. ¶ Ex hoc concludo ꝙ quilibet homo siue fidelis: siue infidelis: siue bonus: siue malus: siue hereticus: siue scismaticus: siue precisus ab ecclesia: siue toleratus siue vir: siue mulier: habens vsum rationis potēs abluere et verba illa proferre: intētiōe faciēdi qd̄ facit ecclesia pōt de facto baptisare ⁊ vere. De iure ꝟo dico ꝙ nisi in casu necessitatis manifesto vel ꝓbabilit apparēte null⁹ p̄cisus ab ecclesia: nec scismatic⁹ nec heretic⁹: nec excōicatus: ⁊ hmōi vt infidelis quicunqꝫ potest baptisare: immo nec fidelis aliquis: nisi solus sacerdos: vel sacerdotes ipsi ab ecclesia tolerati. ipsis namqꝫ commissa est de iure solennis dispensatio sacramentorum: vt ministris christi: et quasi principalibus in ecclesia ad quos pertinet ascribere aliquos per baptismū ad militiam vel familiam christi. sed in casu necessitatis possunt de iure multi alij non solenniter saltem baptisare: sicut fideles laici etiam: et multofortius clerici. Et quicunqꝫ qui nō sunt ab ecclesia precisi: sed tolerati. Hec de primo articulo principali.

Quis pōt bapt. ministrare et quomō.

Correlariū de potētib⁹ baptisare.

¶ Quātum ad secūdum articulum dicitur ꝙ intentio potest esse duplex scilicet habitualis ⁊ actualis. Sed videtur mihi ꝙ tertiū membrum potest addi: scilicet virtualis. Dicitur autem intentio habitualis: que habetur in habitu aliquo: vel in potentia seu potestate alicuius: qualem potest habere dormiens aliquis: qui nunq̄ꝫ actualiter vsus est habitu quem habet: nec vtitur ipso. Uirtualis dicitur intentio quam habet aliquis de aliquo: licet ipsum actualiter nō intendat. quia ipsum aliquando prius intendit et efficaciter sic ꝙ ad illam intentionem actualem efficaciter cōsequitur prosecutio illius intenti. Sicut aliquis vadens ad ecclesiam ex intentione audiendi missam: et quam prius habuit in domo sua: licet actualiter non cogitet de missa in via: tamen dicitur habere intentionem virtualem. quia efficaciter sequitur talis motus ex intentione priore actuali quam habuit: quomodocūqꝫ intelligatur hoc. quia non puto: sicut etiam dixi supra: ꝙ non ens sit vere causa alicuius entis. Intentio vero actualis dicitur ipse actus intendendi aliquid formaliter in existens: ⁊ actualiter intendenti. ¶ Ad propositum dico ꝙ in baptisante non sufficit intentio habitualis quā potest habere dormiens. vt videtur. quia act⁹ baptisandi est actus human⁹ requirens aliquādo vsum vel actum rationis in ministrante. ¶ Secundo dico ꝙ sufficit intentio virtualis qualis exposita est prius: vt scilicet consequenter ad actum intendendi precedentem efficaciter sequatur motus baptisandi ⁊ actus. quod magis patebit per illud qd̄ sequitur. ¶ Dico eñ tertio ꝙ nō necessario requirit intētio actualis in baptisante: sicut nec in alijs sacramētis ex parte ministrātis. Deus eñ nō obligauit ministrātē ad nō distrahi in actu baptisandi. qꝛ nō est oīno in potestate ei⁹. Nō eñ est in ptāte nostra: quib⁹ visis tāgamur tertio de libero arbitrio. Alioquin eñ a simili nihil meretur aliquis in aliquo actu: nisi cum actu intenderet omnia ad meritum requisita: quo videtur esse falsum. ¶ Secundo dico iuxta hoc: ꝙ nec requiritur cū prolatione verborum: nec in pricipio: nec in medio. nec in fine aliqua intentio actualis de necessitate: sed sufficit virtualis intentio ministri. sic ꝙ intendat facere quod facit ecclesia: siue credat aliquid facere siue nō. Et non sufficit intentio aliorum: sed necessario requiritur intentio ministri. Hec de secūdo articulo principali. ¶ De verbis tamē dico: ꝙ oportet ea simul proferri cum ablutione: et hoc vel simultate totali vel partiali: puta principij: medij vel termini cuiuscunqꝫ istorum: cum quocunqꝫ alterius. Si enim omnia verba perfecte proferrentur ante ablutionem: vel ablutio fieret totaliter ante verba nihil fieret. Oportet enim verbum accedere ad elementū et sic est sacramentum.

Que requruntur in baptisante.

3. de libe. arbi.

Uerba qñ ꝓferēda.

¶ Quantū ad tertiū articulum dico primo: ꝙ nullus pōt seipsum baptisare. ⁊ huius ratio est institutio xp̄i: q̄ ⁊ ab alio voluit baptisari: ⁊ hoc īsinuauit

Aliquis an seip̄m potest baptisare.

Dat. vltimo. math. vltimo. Baptisantes inquit eos in alia persona non dixit baptisantes vos ꝛc. Unde discipulos vel baptisantes exprimit in persona vna: ꝛ baptisandos in alia. ¶ Secūdo dico: ꝙ vnus potest plures baptisare proferendo verba: et aspergendo ipsos aqua: licet non nisi occurrente necessitate debeat aliquis plures simul baptisare. Quod autem hoc possit fieri: videtur per factum apostolorum qui plures simul baptisabant. quia aliquando tria milia in die: sicut in die penthecostes legitur ꝙ apposite sunt anime circiter tria milia. Nec oportet semper exprimi ad necessitatem baptismi personā baptisati in numero singulari dicendo ego baptiso te. sed imminente casu necessitatis potest proferri in numero plurali: sicut videtur innuere christ⁹. Baptisantes inquit eos. verum est tamē: ꝙ cessante necessitate debet quis seruare formam ecclesie: dicendo egō baptiso te ꝛc. et singulam personā baptisare. ¶ Tertio dico: ꝙ hoc est probabile: sicut etiam vnus sacerdos potest plures hostias simul consecrare: licet sit in aliquo dissimile: sicut patet intuenti. quia siue vna hostia consecrecur: siue plures: semper dicuntur verba in singulari. quia idem est corpus christi sub vna vel pluribus. non sic in baptismo. quia nō est eadem numero gratia in omnibus. Nec etiam persona eadem ad quam sermo dirigitur in baptismo. ¶ Quarto dico ꝙ cū essēt plures baptisationes passiue et plures ablutiones sicut plures persone baptisate. Et correspondenter secūdum me in baptisante essent plures baptisationes actiue. Oportet enim relationes numerari secundū numerum vel multitudinem respectuū. vt videtur. vnde siue ablutio actiua siue passiua dicatur sacramentum: quod magis puto de passiua. nam suscipiens ipsam dicitur suscipere sacramentum. planum est ꝙ ibi essent plura sacramenta et plures baptismi. Et verba prolata dicēdo ego baptiso vos: plurib⁹ verbis singularib⁹ equipollerēt. ¶ Ultimo dico quantum ad hoc ꝙ in casu necessitatis sicut tactum est supra: liceret vti tali forma. ego baptiso vos: baptisando plures simul: licet nō sit forma ab ecclesia determinata. quia illa est in singulari data. Non enim videtur verisimile: ꝙ cum ecclesia habeat in sua potestate formam ipsam quātum ad hoc ꝙ alicui velit precludere viam salutis. quod tamen fieret: si non liceret vti predicta forma in plurali. Ego baptiso vos ꝛc. in casu necessitatis. puta quando manifeste pateret vel probabiliter timeretur: ne aliqui baptisandorum morerentur: anteꝯ singuli per seipsos possent baptisari sigillatim. Si enim non liceret vti predicta forma dicendo ego baptiso vos: prius deberet baptisans dimittere eos mori: ꝯ sic baptisare. quia nullus debet peccare propter salutem alterius procurandam. Non enim sunt facienda mala: vt veniant bona. ¶ Forte tamen diceretur et probabiliter ꝙ in principio ecclesie dispensative fuit factum: ꝙ in forma poneretur vos in plurali propter multitudinem baptisandorum et paucitatem ministrorum: sed non sic modo. quia nec eadem causa currit modo: nec cadit modo dispensatio in forma tradita in singulari. vnde nec ecclesia hoc habet in sua potestate modo. Et ita oportet ꝙ proferatur forma in singulari. alioquin nihil fieret. Quod ergo semel occurrat modo casus: simul ꝙ sint multi baptisandi: nec possint expectare sine periculo et sint pauci ministri. diceret ꝙ postꝯ plures simul baptisari sub forma singularis numeri: sicut plures hostie consecrari. licet enim sit idem corpus christi: ibi tamen sunt plures hostie consecrate: ad quarum quamlibet referuntur verba singularis numeri. Accepit panem ꝛc. hoc est ꝛc. et sic etiam de pluribus baptisatis suo modo. ¶ Sed contra hoc videtur quia non fuit necessaria in primitiua ecclesia dispensatio illa de forma pluralis numeri: sed potuit sufficere forma singularis numeri: dicendo ego baptiso te: vel baptisetur seruus christi: vel huiusmodi. Et ideo videtur dicendum ꝙ vel sufficit forma in singulari: et tunc non fuit illa dispensatio necessaria. vel non sufficit et tunc fuit necessaria. Et ecclesia adhuc simili casu et causa occurrente habet in sua potestate sic baptisare plures simul sub forma in plurali. ¶ Secundo quantum ad istum articulum dico ꝙ plures possunt eundem baptisare dicendo verba quilibet: et abluendo. Hoc videtur probabile. Tum quia secundum dominum innocētium de officio misse plures sacerdotes possunt simul eandem hostiam consecrare: sicut consecrante papa simul consecrant omnes episcopi et presbyteri: cardinales astantes sibi: et proferunt quilibet verba illa sacramentalia: et intentione conficiendi et formaliter non solum materialiter: vel ratione solemnitatis: sicut aliqui dicunt. secundo quia si vnus proferret verba: et ablueret. et intentione baptisandi ipse baptisaret. ergo pari ratione quilibet. quia non videtur ꝙ vnus impediat alium. quare ꝛc. ¶ Secundo dico ꝙ ibi essent plures ablutiones tam actiue ꝯ passiue de genere actionis vel passionis. Quod plures actiue patet. quia secundum me ablutio actio est in abluente. Quod plures etiam passiue: patet. quia oportet passiones in passo multiplicari secundum agentia: sicut relationes secundum extrema. Et tunc posset dici ꝙ materialiter essent ibi plures baptismi licet forte vn⁹ tantum formaliter. quia in omnibus istis fundatur tantum vnus respectus rationis: qui est signi ad gratiam signatam: etiam vnus numero. et hoc est possibile bene. sicut dictum est supra. vnde patet ꝙ idem non est pluries baptisatus: nec baptismus in ipso iteratur.

Plures simul an possint eūdē baptisare.

¶ Contra hec tamen instatur. Primo sic. quia eiusdem effectus non videtur esse plures cause totales in eodē ordine. sic autem esset in proposito. quia eiusdem baptismi vel effectus baptismi plures essent cause agentes: puta plures baptisantes: quorum quilibet faceret totum. ¶ Secundo quia aut omnes simul haberent effectum: aut non simul: sed non potest dici ꝙ simul quia possibile est ꝙ verba non omnino simul proferantur a diuersis. imo difficillimum esset ꝙ simul proferrentur. Nec potest dici ꝙ non simul. quia videtur ꝙ ille qui prius profert verba: et terminat habet effectum. et sic alius qui posterius verba terminat: nihil facit. vel si ille qui vltimo terminat: cō sequitur effectum: tunc prior nihil facit.

Contra predicta.

Mota.

¶ Ad primum dico ꝙ quicquid sit de causis: que sunt vere et realiter et proprie et per se cause: tamen de causis ministerialibus cuiusmodi sunt ministri baptismi ꝯtum ad effectum eius cuius nō sunt vere ꝛ realiter cause: multominus ꝯ sacramentum: nō est impossibile ꝙ eiusdem effect⁹ sint tales cause plures totales ꝛ in eodem ordine: vt videtur scōm beneplacitum dei instituentis. Si dicas quid dicēdum est de per se effectibus sensibilibus ipsorum baptisantium. Dico ꝙ alia et alia verba numero a diuersis proferuntur. Similiter etiam respectu diuersorum abluētium sunt diuerse ablutiones passiue in abluto. Et ita de istis patet ꝙ non est idem effect⁹ duorum agentium totalium in eodem ordine. sed aliter est de gratia vel effectu baptismi: sicut immediate est predictum. ¶ Ad scōm dico ꝙ proprie loquendo verba nō sunt per se causa: nec realiter causa effectus baptismi: sicut nec baptismus ipse: siue simul proferantur. siue nō. sed ꝙ habeatur gratia: hoc est ex diuina institutiōe. Et tunc dici potest ꝙ licet de lege cōmuni effectus sacramenti habeaꝝ in instanti terminationis verborum sacramentalium ab vno prolatorum: tamen deus instituit ꝙ quādo plures sic baptisant: vel prosecrant ꝙ quando vnus cōsecrat vel baptisat: ꝛ prosequitur effectum: quicūq; sit ille: ꝙ omnes alij etiam prosequūtur: siue cōpleuerint verba: siue nō: dum tamen inceperint vnde nō requiritur cōpletio omnium verborum apud omnes: sicut quādo solus baptisat vel prosecrat: sed statim cōpletis verbis ab vno habetur effectus ab omnibus. qui inceperint saltem verba proferre anteq; ille finierit. Melius est tamen ꝙ omnia simul fiant ꝯtum possunt fieri bono modo. Et in tali casu predicto ita potuit deus ordinare ꝙ verba incōpleta vnius cōplenda tñi ita haberent efficaciam sicut verba cōpleta alterius. Hec de tertio articulo.

Ad primum dico ꝙ quicquid sit de causis ministerialibus cuiusmodi sunt ministri baptismi ꝯtum ad effectum eius cuius nō sunt vere ꝛ realiter cause: multominus ꝯ sacramentum: nō est impossibile ꝙ eiusdem effect⁹ sint tales cause plures totales ꝛ in eodem ordine: vt videtur scōm beneplacitum dei instituentis. Si dicas quid dicēdum est de per se effectibus sensibilibus ipsorum baptisantium. Dico ꝙ alia et alia verba numero a diuersis proferuntur. Similiter etiam respectu diuersorum abluētium sunt diuerse ablutiones passiue in abluto. Et ita de istis patet ꝙ non est idem effect⁹ duorum agentium totalium in eodem ordine. sed aliter est de gratia vel effectu baptismi: sicut immediate est predictum. ¶ Ad scōm dico ꝙ proprie loquendo verba nō sunt per se causa: nec realiter causa effectus baptismi: sicut nec baptismus ipse: siue simul proferantur. siue nō. sed ꝙ habeatur gratia: hoc est ex diuina institutiōe. Et tunc dici potest ꝙ licet de lege cōmuni effectus sacramenti habeaꝝ in instanti terminationis verborum sacramentalium ab vno prolatorum: tamen deus instituit ꝙ quādo plures sic baptisant: vel prosecrant ꝙ quando vnus cōsecrat vel baptisat: ꝛ prosequitur effectum: quicūq; sit ille: ꝙ omnes alij etiam prosequūtur: siue cōpleuerint verba: siue nō: dum tamen inceperint vnde nō requiritur cōpletio omnium verborum apud omnes: sicut quādo solus baptisat vel prosecrat: sed statim cōpletis verbis ab vno habetur effectus ab omnibus. qui inceperint saltem verba proferre anteq; ille finierit. Melius est tamen ꝙ omnia simul fiant ꝯtum possunt fieri bono modo. Et in tali casu predicto ita potuit deus ordinare ꝙ verba incōpleta vnius cōplenda tñi ita haberent efficaciam sicut verba cōpleta alterius. Hec de tertio articulo.

Ad pnci patia argumēta.

Solu.

¶ Distinctionū. v. et. vj. Questio Secunda. distin. vj. specialiter concernens.

Secundo quero ꝯtum ad distinctionē sextā spaliter: vtrū in baptismo imprimatur caracter. ¶ Videt ꝙ nō. qz circūcisio nō imprimebat caracterem. ꝯ nec similiter baptism⁹: qui succedit circūcisioni in remediū cōtra idē originale petiū. Antecedens patet sim cōmuniter lo-

quētes. Et similiter per rationē. quia ille caracter quē imprimisset circūcisio: fuisset eiusdē rationis cū illo quem imprimeret baptismus. vt videtur: sicut et gratia collata pertrūcq; ponitur eiusdē rationis. et tunc sequeretur ꝙ vel circūcisus nō esset baptisandus. quod est falsum: sicut patuit in primitiua ecclesia ꝙ cōuersi ex iudeis quibus valuerat circūcisio: baptisabantur. Vel sequitur ꝙ duo accidentia eiusdē rationis: puta duo caracteres: quorum vnus esset circūcisionis: et alter baptismalis simul essent in eadem anima vel subiecto: quod est impossibile de duobus accidentibus eiusdē rationis: vt patet. v. metha. ꝯ ꝛc. ¶ Secūdo sic si caracter imprimit: aut imprimit in essentia aut i potētia. nō in essētia aie. qz caracter si ponaꝝ disponit ad gram: gra autē est in volūtate: sicut dictū est in scō. Est eiñ idem cū charitate: q̄ est virtus appetitiua. Nec in potentia. qz vel in vna: vel in plurib⁹. non in vna tantum. qz configurat toti trinitati: ꝛ assimilat. Nec do scōm vnam potentiam nō configuratur anima toti trinitati: vel tribus personis: sicut nec in vnica potentia consistit imago. ergo ꝛc. Nec in pluribus. qz vnum accidens nō est simul in plurib⁹ subiectis distinctis. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. caracter si imprimitur: aut est delebilis: aut indelebilis. Nō delebilis. qz manet cū pctō mortali. Si autē esset delebilis: deleretur per peccatum mortale: sicut ꝛ gra. Nec indelebilis. qz est accidēs aie per accidēs. nō per se ex principijs aie: vt patet. ꝯ separabile. ꝛ per cōsequēs delebile vel non indelebile. ergo ꝛc.

5. metha.

Contra quodcunq; sacramētum nō irrabile imprimit caracterē: sed baptismus est sacramētum iterabile. ergo ꝛc.

¶ In ista questione sic procedā. ¶ Prio supposito vel declarato qd dr̄ per nomē caracteris: inquirā an baptism⁹ imprimat caracterē: qui sit aliqua vera forma realis. ¶ Scōo an caracter debeat poni i essentia aie: vel i potētia. ¶ Tertio an caracter sit indelebilis: ꝛ per ꝓns an sit baptism⁹ irreiterabilis. ¶ Ultio ad rones principales.

Quid p nomē caracteris itelligit. Ad heb. primo.

¶ Quantum ad significatio/ nem hui⁹ nois caracter. dico ꝙ trāsferēdo verbū e verbo caracter significat idē in greco qō figura: in latino. ꝛ sic etiā patet ad hebreos primo: ꝙ vbi habetur ibi. Et figura substātie ei⁹ habetur caracter in greco loco figure. Et hoc modo etiā vocam⁹ figuras quib⁹ ife significātur: vel scribūtur caracteres. hoc modo etiā figuras incātatox vel magorū caracteres vocam⁹. ꝛ similit caracterē bestie i apocalipsi. generali⁹ autē ꝛ min⁹ proprie accipit caracter pro signo. Et hoc modo qcūq; signū alicui⁹ caracter dici pōt. vnde ꝛ ablutio baptismalis pōt dici caracter gratie ꝛ multa alia. ¶ Sed his omnibus pretermissis de caractere: theologi in ꝓposito nostro vocāt caracterē aliquā formā realē spūalē aie impressam in sacramēto vel mediāte sacramēto nō iterabili. Et ista forma habet aliquas ꝓprietates que dicunt ꝓprietates caracteris. Et ēm caracter forma assimilatiua alteri habenti similē formā vel similē caracterē. Et scōo distinctiua a nō habēte ꝛ iste due sunt rationes cōes omni forme vel figure. Tertia cōditio vel ꝓprietas est ꝙ caracter ē signū rememoratiuū susceptiōis sacri in habēte ipsum;

Proprietates caracteris:

Quarta ꝙ est signum conformatiuum vel configuratiuum christo vel deo : a quo habetur ipse caracter. Quinta conditio vel proprietas ꝙ est signum obligatiuum signum obligationis ipsius recipientis ad obseruationem legis illius cuius est illud sacramētum:in quo suscipit caracterem. Sexta conditio est ꝙ est indelebilis:eo modo quo dicetur infra.quia post impressionem eius semper manet in anima. ¶ His suppositis : dicunt aliqui ꝙ non est ponēdus talis caracter in anima sic impressus per baptismum. Nec est rationabile ipsum ponere in ipsis baptisatis. Tum quia videmus ꝙ in alijs rebus consecratis non est aliquid reale nouum ꝑ cōsecrationem ipsorum:sicut patet in calice vel ecclesia cōsecrata:vel vestibus sacerdotalibus ⁊ hmōi. ergo in illis que recipiunt sanctitatem formaliter ex sacramēto per gratiam:multominus requiritur aliquid aliud a gratia realiter impressum. Tum q꞉ frustra ponitur et poneretur. quia talis caracter. nec est necessarius ad effectum sacramēti: puta ad gratiam. nec ex parte agentis dei. quia per se sine tali caractere potest immediate causare gratiam. nec ipse caracter est causa effectiua gratie nec ex parte gratie:vt dispositio quia anima seipsa disposita est sufficienter ad receptionem gratie sicut et caracteris:vt videtur.nec est necessarius ad alios effectus:qui attribuuntur caracteri : puta ad assimilandum. ⁊ huiusmodi.quia omnes illi effectꝰ puta assimilari.distingui.obligari. conformari et rememorari possunt baptisato conuenire ex hoc solū ꝙ baptismum recepit.vnde ille qui baptismum recepit:in hoc assimilatur alteri qui etiam recepit:similiter obligatur christo.et aliquo modo cōformatur sibi : sicut aliquis professus in religione ꝑ actū professiōis preteritum obligatur prelato.⁊ omnia ista sibi possunt cōuenire sine aliqua alia forma reali impressa.vt patet etiam in multis alijs exemplis Plura autē non sunt ponenda sine necessitate:nec sequenti rationem : nec sequenti fidem. De effectu rememoratiuo etiam videtur ꝙ ad ipsum non requiratur talis caracter.q꞉ non ex pte dei : cū deus sine tali signo posset bene cognoscere baptisatum recepisse sacramentum. ¶ Nec ex parte proximi cognoscentis signatum ex signo. Tum quia proximus tale signum spirituale non cognosceret in via: sicut patet. Nec etiā faceret aliud tale signum in patria ad maiorem honorem habētis ipsum vel ad specialem.quia christus ⁊ beata virgo cum sint maximi honoris.tale signum non habent: christus nō fuit baptisatus baptismo imprimente caracterem. nec fuit confirmatus sacramento confirmationis. nec fuit ordinatus etiam quia non fuit sacerdos ꝑ sacramentū ordinis. ¶ Nec beata virgo etiā fuit baptisata forte. Similiter etiam maior gloria est beato habuisse actum charitatis meritorium in via ꝙ̄ suscepisse sacramētum.et tamen beatus nullum habet signum impressum in beato rememoratiuū. ¶ Nec etiam in damnatis est ponēdum tale signū rememoratiuum ad maiorem cōfusionem.quia maior est confusio damnato cecidisse a caritate.et tamen nullum signum huius ponitur in eo quare ⁊c. Tum quia non videtur ꝙ deus det aliquod donū spirituale suscipienti sacramētum vel baptismum in peccato mortali:sicut ficto.et tamen sibi conferretur caracter:si poneretur ergo nō est ponendus.

Baptismus an īprimat caracterem ⁊c. 1.opinio.

¶ Si dicatur ꝙ non est donum gratum faciēs:sed gratis datum. Et ideo bene datur existenti in peccato mortali. Contra. quia donum tale gratis datum datur ad aliquam vtilitatem ecclesie:sicut donum linguarum ⁊ huiusmodi:que nulla est in proposito. vt videtur. Tum quia nec scriptura sacra: nec fides: nec sancti cogunt ponere talem caracterem:nec augu. videtur ipsum posuisse: sicut accipiunt alij in proposito.nec magister etiā sententiarū locutus est de caractere isto modo. quare ⁊c.

¶ Dicunt ergo isti:ꝙ non est ponendus talis caracter supradictus:qui sit aliqua forma supernaturalis spiritualis impressa anime et infusa alia a gratia gratum faciente:licet bene in baptisatis vel cōfirmatis:vel ordinatis ponēdi sunt caracteres aliqui : hoc est signa aliqua distinctiua ipsorum a non baptisatis ⁊ huiusmodi. scđm actus suscipiendi talia sacramēta ⁊ aliqua sensibilia facta circa ipsos que non sunt facta circa alios non baptisatos. Et hoc modo intelligunt omnes auctoritates de caractere:si de ipso aliquid dicere videantur. ¶ Si dicatur ꝙ immo requiritur:et est ponendus caracter in baptisato ad effectum inducendum quādoqꝫ posterius tempore in baptisato: sicut in ficto priꝰ baptisato cessante fictione ponitur gratia mediante caractere quem recepit in baptismo. Cōtra primo quia tunc caracter nec requiritur ad effectum baptismi puta ad gratiam ex parte agentis:nec etiā ex parte anime:sicut deductum est supra. Preterea secundo.quia ita deus potest assistere ad causandum talem effectū gratie tunc sine caractere:sicut a pricipio astitisset : si suscipiens non fuisset fictus. Et confirmatur.quia cessante fictione non cōfertur illi baptisato habenti caracterē gratia: nisi per penitentiam. sed planum est ꝙ per veram penitentiam sine tali forma vel caractere datur gratia.vt patet. quare ⁊c.

Resolutio.1. opinionis.

¶ Alia opinio est.

ꝙ necessarium est ponere ex dictis sāctorum caracterem:eo modo quo dictum est supra. Sic ꝙ sit aliqua vera forma realis impressa anime in baptismo. ¶ Ad hoc adducuntur auctoritates et postea persuasiue rationes. Prima est dionysij de angelica hierarchia ca.ij. vbi loquens de materia baptismi vel baptismo dicit ꝙ aduenienti ad baptismum datur a sacerdote sacrum signaculum.hoc autem non videtur nisi caracter spiritualis. ¶ Secunda est august. contra donatistas de baptismo paruulorum libro sexto. vbi dicit satis eluxit ouē que foris dñicum caracterem acceperat venientē ad salutem ab errore corrigi ⁊c. ¶ Tertia est damasceni libro quarto capitulo primo vbi dicit ꝙ ꝑ baptismum datur nobis regeneratio et sigillum: sed illud sigillum caracter est:quare ⁊c. Et hoc modo etiam videtur magister loqui de caractere.

2.opinio — Dionysi. — August. — damasce.

¶ Ad hoc sunt rationes. Tum quia baptismꝰ est sacramentum irreiterabile quod non esset nisi imprimeret aliquid indelebile perpetuo manens. et per consequens aliquid spirituale in baptisato aliud a gratia. Tum quia ad formam perfectam cuiusmodi est gratia sacramentalis:congruum est ponere in aīa dispositionē spūalem cuiusmodi est caracter vel aliquid loco caracteris in alijs sacramētis nō imprimentibus caracterē. ¶ Tū q꞉ nō est dicēdum deū instituisse sacramēta vana in lege noua que perfecta est. Et ita congruum est ꝙ sacramēta sua a nullo recipiātur vere quin aliquē effectū habeāt ⁊ spiritualem effectū. sed non semper habent gratiā. patet in ficto baptisato. ergo saltem caracterem vel aliquid loco eiꝰ. ¶ Tertia q꞉ congruit receptū ad familiā christi distingui a non receptis per aliquid sibi intrinsecū et manens.tale autē distinctiuū in suscipiēte baptismum ⁊ intrante familiam christi non videtur nec ponitur:nisi caracter. videtur ergo ponendus omnino caracter.

Rōes.2. opi.

¶ Tertia est positio

que videt̄ mihi ad presens tenēda:ꝙ licet ex fide:nec ex scriptura sacra:nec ex dictis sanctorum: nec per rationē cogentem possit efficaciter probari caracter esse aliqua forma realis ⁊ suprenaturaliter impressa ⁊ spiritualis alia a gratia:quēadmodum cōmuniter est sermo de caractere. tñ potest poni ⁊ ponendus est vt videtur ƀm intētionem ecclesie et doctorum ipsius: qui magis videntur ipsum concessisse ꝙ̄ negasse. imo nec ipm caracterem negauerunt:sed potius concesserūt doctores vsqꝫ nūc. ¶ Ad hoc autē ꝑcipue mouet me: ꝙ sicut habetur extra de hereticis cd abolendā sentiendum est de sacramentis ecclesie:sicut sentit romana ecclesia. Romana autem ecclesia videt̄ sentire caracterem imprimi anime in baptismo: sicut dicit innocentius tertius extra de baptismo ⁊ eiꝰ effectu.maiores.qui inquit ficte accedit ad baptismū: caracterem suscipit christianitatis impressum. Et planum est ꝙ talis gratiam non recipit. Et ibidē in fine subdit.tunc caracterem sacramētalis imprimit operatio:cum obicem voluntatis cōtrarie non inuenit obsistētem. vnde hic precipue in vltimo dicto videtur expresse loqui de caractere:sicut est sermo cōmuniter de caractere ꝓ aliquo impresso spirituali in anima ipsa. Et ideo licet non habeā cogentem rationem nec auctoritatē sancti:nec possit hoc euidenter deduci ex fide. pono tamen caracterem in anima sic realem.

3.opinio. quam tenet doct. — Extra d̄ here. — Extra d̄ baptis.

¶ Et ad motiua

prime opinionis vno verbo potest dici ꝙ non concludunt esse irrationabile ponere sic caracterē:licet non sit absolute necessarium: quin bene possint omnia saluari:et quin deus posset oīa facere sine caractere si vellet:sicut etiā posset iustificare ⁊ saluare sine sacramēto quocūqꝫ. quia suam potentiā nō alligauit sacramētis nec caracteribꝰ. Et multa ponūtur nō irrationabiliter : que tñ non est necessariū simpliciter ponere:sicut patet. Ad singula tñ potest breuiter respōderi. ¶ Ad primum de alijs rebus sanctificatis:dicēdum ꝙ licet nihil reale recipiant: tñ possent aliquid recipere preuiū sue sanctificationi. ⁊ aliquādo recipiunt multa ipsoꝝ: puta inunctionem aliquā vel aspersionē: vel hmōi. Et oporteret ꝙ omnia talia sic reciperent. si sic deꝰ ordinasset sicut de caractere ordīauit respectu gratie:qua formaliter sanctificatur creatura rationalis vel intellectualis : ⁊ hoc in tribus sacramentis caracterem imprimētibus. ¶ Ad scđm de frustra dico ꝙ non frustra ponitur caracter:licet nō sit nesessarius ad gratiam que est effectus sacramenti: nec ad alios effectus : sicut nec frustra ponitur sacramentum:licet absolute loquendo non sit necessarium ad aliquem effectum spiritualem baptismi: nec ad caractarem:nec ad gratiam. quia deus sine sacramento posset immediate totum facere. iđ ⁊c. ¶ Ad tertium dico ꝙ peccāti mortaliter bene dat deus aliquod donum spirituale gratis datum : nō autem gratum faciens.nec oportet ꝙ illud donum sit ad manifestationem spiritus in ecclesia:sicut donum linguarum vel hmōi. sed potest esse aliquod latens intrinsecus:sicut est caracter. ¶ Ad quartum dico bene ꝙ sicut mihi videtur nec scriptura nec fides immediate : nec auctoritates sanctorum cogunt:sed sufficit ad hoc auctoritas ecclesie : que hoc sentire videtur:sicut superius est allegatum.

Ad rōes 1.opi.

¶ Ad motiua alterius

opinionis etiam dico ꝙ non cogunt ponere caracterem aliquid reale impressum anime sicut ponunt. ¶ Ad dionysium dico ꝙ scđm veritatem et intentionem textus sicut patet ibidem per translationem et expositionē vercellensis. illa auctoritas nō est ad propositum. Nā ibi non exprimit dionysius caracterem. similit̄ etiā signaculum sacrum accipit pro impositiōe manuū sacerdotis:que fiebat aduenientibus ad baptismū anteqꝫ baptisarētur. Et precipiebat hierarchia id est sacerdos in primitiua ecclesia : vt ⁊ ipse ⁊ eius receptio scriberētur. Et hoc longe ante baptismū fiebat scđm ritum grecorum. Ex quo patet ꝙ non intellexit dionysiꝰ sicut imponitur sibi in predicta auctoritate. ¶ Ad august. dico etiam:ꝙ nō intellexit caracterem pro aliquo effectu spirituali : sed puto magis pro signo aliquo corporali : cuius est susceptio baptismi. Et in eadem serie dicit ꝙ lupi insigunt caracterem lupis. ¶ Ad damasce. dico etiam ꝙ non est ad propositum.nam ipse nec exprimit ibi caracterem:nec per sigillum quod ibi exprimit:videtur aliquid tale intelligere. Nihil enī plꝰ habetur:nisi ꝙ baptismus vel regeneratio sit sigillum:non autem ꝙ per baptismum fiat in nobis aliquis caracter alius vel sigillum. ¶ Ad magistrum eodem mō pōt exponi de signo aliquo sensibili:q̄đ est ipsum sacramētum. vel aliquid sacramēti.tamē hoc forte nō videtur in intentionē magistri q꞉ tūc quicūqꝫ baptisaretur exterius.reciperet caracterē et ideo negaretur dictū magistri. q꞉ non est tante auctoritatis. ¶ Ad primam cōgruentiam patet ꝙ non cogit. si enim concluderet: sequeretur ꝙ ponendus esset caracter in omnibus sacramentis sicut et gratia. que est forma perfecta. dico ergo ꝙ licet gratia sit forma perfecta tamen anima sine peccato seipsa est ad ipsam sufficienter disposita : nec requiritur necessario aliqua formali alia dispositiua. ¶ Ad secundam patet ꝙ non.quia sacramentum penitentie non potest dici vanum vel vacuum et tamen ficto aduenienti ad ipsum nichil confertur:nec caracter:nec aliquid loco caracteris. alioquin fictione cessante reciperet talis gratiam penitentialem.et non oporteret ipsum reconfiteri. ⁊ ita diceret de baptismo : dato ꝙ nihil imprimeret nisi gratiam.et nihil simpliciter conferret ipsi ficto: tamen non esset sacramentum vanum nec vacuum. ¶ Ad tertiam patet ꝙ nō oportet alicui ascripto de nouo ad familiam alicuius principis aliquam nouam formam de nouo imprimi qua distinguatur ab alijs:qui non sunt de eadem familia. sꝫ sufficit ꝙ aliquem actum fecerit: vel susceperit : quem alij non fecerunt vel susceperunt:dato ꝙ ille actus non sit forma manens. vel etiam sufficit ꝙ placeat

Ad motiua ij. opinionis.

dño ipsum ascribere sue familie: sicut patet. Sic in proposito. Hec de primo articulo principali.

caracter vbi ponẽdus. ¶ Quãtum ad secundũ articulũ dico quod aliqui ponũt caracterẽ in essentia aĩe. quia caracter est dispositio ad gratiã. et gratia secundum
1. opinio. ipsos est in essentia anime: nõ in potẽtia. Sed fundamẽtum. s. quod gratia sit immediate in essentia: improbatũ est ĩ secundo. et potest improbari: sicut de charitate cum qua est idem: sicut dictum est in secũdo. ¶ Preterea et si caracter sit dispositio ad gratiã: sequitur magis quod sit in voluntate: sicut et gratia. ¶ Tertio quia licet ponatur ab aliquibus esse dispositio ad gratiã. non tñ ex natura rei: sed secundum voluntatẽ dei. et ideo nõ oportet quod sit in eodem subiecto cũ gra: sed sufficit quod sit aliqd preuiũ gratie in quocũque subiecto ponatur. nõ est eñ ratio recepti.
2. opinio ¶ Alij dicũt quod caracter est dispositio ad gratiã. et est in intellectu qui est prior voluntate. gratia autẽ est in volũtate. Et quod caracter sit in intellectu probãt quia caracter est effectus baptismi: qui est sacramẽtũ fidei fides autẽ ad intellectũ pertinet. ¶ Sed istud etiã nõ videtur. quia in eodem est dispositio: et illud ad quod disponit vel forma ipa. patet de omnibus dispositionibus ex natura rei: cuiusmodi est caracter secundum eos. sed gratia secundum eos est in voluntate. igitur et caracter.
5. opinio ¶ Tertij ponunt quod est in duabus potẽtijs in intellectu scz et volũtate. et cũ hoc in essentia aĩe. quia cõfigurat et cõformat totã animã trinitati. et hoc est possibile. quia aĩa et sue potẽtie ad inuicem: siue ad aĩam cõparate nõ differũt nisi secundum rationẽ. Sed hoc est improbatũ in pmo. distinctione. iij. vbi ostensum est de potẽtijs aĩe quod differunt realiter ab inuicem et ab anima. quare etc.
Opinio doctoris ¶ Dico ergo quod probabile est dicere caracterem esse ĩ volũtate sicut in subiecto immediato. Tum quia disponit ad gratiam. Et licet nõ ex natura rei: sed ex voluntate dei sic ordinãtis. tñ non videtur probabilius posse poni alibi. Tum quia caracter est signum obligatiuũ ad obseruationẽ legis. ad voluntatẽ autem precipue pertinet hominem obligare: sicut et obligari queadmodũ et dñari. ideo etc. Hec de secũdo articulo principali.
caracter an indelebilis. ¶ Quantũ ad tertiũ dico primo quod caracter simpliciter et absolute loquẽdo de potẽtia dei non est indelebilis. patz. tũ quia est anihilabilis cũ sit creatura. Tum quia nihil deus de necessitate cõseruat: sicut nec aliqd de necessitate creat: nec caracterẽ nec aliquid aliud. Tum quia aĩa ipsa que est subiectũ eius: cum sit prior naturaliter ipso. et essentialiter distincta ab ipso: põt esse sine ipso: ita post infusionẽ eius sicut ãte. ¶ Dico tñ secundo quod secundum potẽtiã dei ordinatam indelebilis est post sui infusionem. Deus eñ ordinauit nũquam ipsum delere ab anima quantumcũque peccatrice et dãnata. Nec est incõpossibilis culpe: sicut gratia est incõpossibilis secundum cõmunẽ modum loquẽdi: quã quidẽ gratiã deus anihilat propter demeritũ culpe. et nõ dicitur gratia indelibilis sicut patz.
Bap. an irreiterabilis. ¶ Tertio dico quod baptismus et oĩa sacramẽta caracterẽ imprimẽtia sunt irreiterabilia nõ quia caracterẽ imprimãt: sed quia christus sic instituit. Non eñ video quare si caracter est forma augmẽtabilis: nõ posset sacramentum reiterari et caracter augmentari: sicut gratia. vel si non est forma augmentabilis: quare nõ possent simul esse in anima plures caracteres eiusdẽ rationis. Sed aliter ordinauit deus scz quod baptismus et confirmatio et ordo sint irreiterabilia: nec habeant circa aliquem effectum nisi semel. Et assignatur cõgruentia de baptismo. quia est in remediũ peccati originalis per se primo: quod non habetur nisi semel etc. Similiter etiã cũ baptismus remittat culpam et penã si iteraretur daretur hominibus facilitas venie et occasio et intentiuũ delinquendi. Hec de tertio articulo principali.

Ad rões principales. ¶ Ad primum principale dico quod circuncisio nõ imprimebat caracterem. Non tñ hoc sequitur de baptismo qui est perfectior et efficatior. tñ dato quod imprimeret caracterem: põt ad argumentũ cõtra hoc respõderi: quod nihilominus circũcisus prius cui valuerat circuncisio: erat baptisandus. et poterat baptisari. vel quia caractares circuncisionis et baptismi sunt alterius rationis: sicut et sacramenta. sicut etiam ponimus modo de caracteribus diuersorum sacramentorũ: vel quia duo caracteres eiusdem rationis ex ordinatione diuina possunt esse simul. Nec est impossibile hoc de duobus accidẽtibus etiã absolutis sicut dixi in tertio: vel quia licet caracter circũcisionis eẽt indelebilis nõ adueniẽte baptismo: cedebat tamẽ adueniẽte baptismo ex ordinatione diuina. ¶ Ad secundum patet ex dictis quod caracter est in voluntate: licet aliquo modo conformet toti trinitati: nõ tamen vsquequaque per modum imaginis: sed cuiusdam analogice imitationis alterius ab imagine. ¶ Ad tertium patet quod caracter simpliciter loquẽdo de potentia dei absoluta est delebilis: tamen de facto et de potentia dei ordinata est indelebilis. Ad illud in oppositum patet quod non cogit: licet baptismus sit irreiterabilis. quia ex ordinatione christi sine caractere diceretur hoc prouenire. quare etc.

¶ Distinctionum quinte et sexte.
Questio Tertia.

TErtio queritur: vtrum caracter sit forma realis absoluta vel respectiua. ¶ Videtur quod respectiua caracter est signum quoddã rememoratiuum vel conformatiuum: sicut dictum est supra. sed signum essentialiter est relatiuũ ad signatũ. ergo etc. ¶ Secundo sic. caracter nõ est magis absolutũ quam scia: sed scia per se et qditatiue
Phũs. est relatiua et virtus etiã. Primũ patz de scia. v. meth. Et secundum. vij. phisicorum. ergo etc. ¶ Tertio sic. si caracter esset forma absoluta: eẽt de gñe qlitatis: et ptineret ad aliquã eius spẽm: vt videtur. Nõ eñ est substantia nec quãtitas: sicut patz. sed nõ est in pma spe. quia non est principiũ bene vel male operãdi moraliter: sicut habitus. Indifferẽter eñ stat cũ bona opatione vel mala. Silr nõ est in secunda. quia nõ est naturalis potentia: sed magis aliqd supnaturale. Nec in tertia. quia nõ est passio: nec passibilis qlitas: vt sunt qlitates sensibiles. Nec in qrta. quia nõ est in quantitate: nec ipsam cõseqtur: vt patz. Est eñ forma spũalis. ergo etc.
¶ Contra caracter ẽ dispõ ad grãm. sz respectus vel aliqd respectiuũ nõ dispoit ad grãz. ergo nõ ẽ aliqd respectiuũ: sz absolutũ.

¶ In ista questione sic pcedã. ¶ Primo ponam vnã opinionẽ cum suis motiuis de ista questiõe: quod nõ est rationabile ponere caracterem aliquid absolutum. ¶ Secũdo ponã aliã ponendo quod caracter sit forma absoluta. et adducã rationes aliquorum ad hoc. et ostendam quod nõ cõcludũt. ¶ Tertio inquiram ad quod genus absolutum caracter pertineat: an ad qualitatẽ: et ad quaz speciem qualitatis. ¶ Ultimo ad rationes.

Quod caracter nõ ẽ aliqd absolutum. ¶ Quãtum ad primũ est vna opinio quod nõ est rationabile ponere quod caracter sit forma absoluta: sed debet poni aliquis respecus realis: vt videtur
1. opinio. eis. ¶ Ad hoc est ratio prima talis. sicut non sunt plura ponenda sine necessitate rationis vel fidei sequenti fidem vel rationem: ita nec ponẽdum est aliquid esse perfectius sine necessitate fidei vel rõnis sed nulla apparet necessitas nec fidei: nec rationis: quare caracter ponatur aliquid absolutũ. sed sufficit ipsum essa aliquid respectiuum vel respectũ vt videtur. ergo etc. ¶ Secũdo sic. si caracter poneretur aliquid absolutum in anima: sequeretur quod esset delebilis. quia posset ab aĩa separari sicut et qdlibz accidẽs absolutũ a subiecto. sed hoc est falsum: ergo etc. ¶ Tertio sic. illud quod est per se et essentialiter signum: est aliquid respectiuum sicut dictũ est supra de sacramẽto. quia signũ per se et essentialiter dicit aliquid respectiuũ vel respectum ad significatum: non aũt accidentaliter. alioquin posset intelligi signum nõ intelligendo signatum. sed caracter est essentialiter signum vel sigillum. ergo etc. ¶ Quarto sic. si caracter esset absolutum: aut hoc esset: quia est terminus mutatiõis in anima: aut quia est principiũ assimilandi: aut quia est principiũ distinguẽdi. aut quia est principium operãdi vel aliqd faciẽdi: aut quia est dispositio ad gratiã: aut quia est principium rememorãdi. sed nullum istorũ concludit quod caracter sit aliquid absolutum quiditatiuum nõ quia ad respectũ põt mutatio realis terminari: puta saltẽ ad respectum aliquẽ extrinsecus aduenientẽ. vt ad vbi: qui nõ necessario sequitur possessionẽ
5. phisic. fundamẽti et termini. patet. v. phisicorum. similiter etiã planum est quod aliqua forma realis respectiua prius naturaliter acquiritur in passo quam forma absoluta. Prius eñ adquirit in passo passio de gñe passionis: que est prior natura ipo termino. Similiter etiã ad propositum magis: oportet agẽs prius approximari passo et ecõuerso: quam agẽs agat. alioqn nũquam erit actio: sicut nec prius. sed per istã approximationẽ nihil absolutum nouũ prius ipo respectu adquiritur in aliquo istorum. ¶ Et cõfirmatur hoc. quia agẽte existẽte in dispositione proxima et passo etiã si interponat impedimẽtũ: nõ erit actio si amoueatur: erit actio de nouo in agente. et tñ nihil nouum absolutũ fit in agẽte. nec in passo. dico inquantum est terminus huius relationis istius: que est actio: licz bene inquãtũ recipit formã. que causatur ab agente. ergo similiter ad pdicta: licet de nouo acquirat caracter in anima: etiã per mutationẽ aliquã: non tñ oportet quod sit aliqd absolutũ: vt videtur. sed sufficit quod dicat aliquẽ respectũ realẽ extrinsecus aduenientem.
5. phisic. ¶ Cõfirmatur hoc per philosophũ. v. phisicorum qui licet neget motũ vel mutationẽ in ad aliquid: quod est quartũ genus: ad quod pertinẽt respectus accidẽtales intrinsecus adueniẽtes: nõ tamẽ negat motũ vel mutationẽ in vbi: qui est respectus extrinsecus. Similiter secundum non arguit. s. quod caracter sit assimilatiuũ habẽtis ad habẽtẽ aliũ caracterẽ: et per cõsequẽs fundamẽtum relationis realis quia respectus põt esse fundamẽtũ relationis realis sicut patet per euclidẽ. v. geometrie: vbi dicit pportionalitas est habitudo duarũ pportionũ. et ita in pportione que est relatio fundatur pportionalitas que
Euclides. 5. geometrie. est alia relatio. Sup vnã relationẽ etiã fundatur similitudo ad aliã eiusdẽ speciei: vnde nõ solum fundatur similitudo super qualitates de predicamento qualitatis: sed etiã super alia habẽtia rationẽ et modũ qualis. Et hec in alijs generibus inueniuntur: sicut et differẽtia substãtialis dicit qualitas. v.
5. metha. metha. Et idẽtitas bene inuenitur etiã in accidẽtibus. ita eñ vnũ accidẽs est idem sibijpsi: sicut vna substãtia. Nec oportet pcedere in infinitum: sicut nec in accidẽtibus absolutis: licz vnũ bene sit subiectũ alterius: sicut quãtitas est subiectũ qualitatis. Similiter etiã ita bene habẽs vnã relationẽ distinguitur a nõ habẽte cõsimilẽ: et assimilatur habenti cõsimilem: sicut per aliquã formã absolutã. ¶ Similiter quartũ non cogit quod sit forma absoluta. s. quod sit principiũ operãdi et potestas quedã agendi vel patiẽdi seu recipiẽdi. nõ eñ caracter est talis potestas: sicut imaginatur. quia sine caractere absolute loquẽdo habens caracterẽ posset agere vel recipere quicqd agit vel recipit. non est eñ potestas actiua vel passiua proprie loquẽdo et ex natura rei: sed pro tanto dicitur potestas actiua vel passiua. quia habens ipsum ex ordinatione diuina est idoneus ad ministrãdum aliquid vel suscipiendum. Et de tali potestate nõ oportet quod sit forma absoluta: sicut patet etiã in rebus humanis illã quam aliquis prepositus vel balliuus vel officialis et prelatus et huiusmoi habet potestatem exequendi officium suũ iudicãdo et sententiando: et excõmunicãdo et huiusmoi. et tamen nullã formam absolutã ex hoc recipit: sicut patet. immo nec aliquam formã realem: sed solum est voluntas instituentis: vt iste faciat sic: et instituens ratificat factum huius et non alterius. Et ideo nec valet factum alterius. Similiter etiam nec quãdo aliquis de nouo fit miles vel de familia alicuius principis quare etc. ¶ Sic in proposito de habẽtibus caracterem potest dici quod non oportet ipsum esse formã absolutam. Similiter etiam nec aliud arguit. scz quod sit dispositio ad gratiam. Non est enim dispositio ex natura rei: sed solum ex volũtate dei sic instituẽtis quod sit aliquid preuium gratie in anima suscipientis tale sacramentum imprimens caracterẽ. Et similiter non oportet quod omnis dispositio ad absolutum precipue quãdo non est ratio recipiendi: sit absolutũ: licet bene quãdo est ratio recipiẽdi. quia ratio recipiẽdi aliquid absolutũ nõ põt esse respectus. ¶ Similiter vltimũ non cũcludit quod caracter sit absolutũ. s. quia signum rememoratiuum. quia omne ductiuum in notitiam alicuius preteriti potest esse signum rememoratiuum vt patet. hoc autez potest conuenire alicui alteri ab absoluto ita quod super aliquam relationem realem: cuiusmodi poneretur caracter: potest fundari relatio signi: et precipue in proposito. quia ista relatio hic non est nisi respectus quidam rationis: sicut nec in voce imposita ad significandum. Si dicas quod caracter est aliquid

cõformatiuum ⁊ obligatiuũ. dicitur ꝙ ista nõ concludunt ipsum esse aliquid absolutum manens: sicut patet ꝙ aliquis faciens alteri homagium: obligatur. ⁊ aliquis professionẽ faciẽs in religiõe obligatur dño suo vel prelato illius religionis. et illa obligatio non fundatur in aliqua forma noua absoluta et manente. Sic etiam in proposito diceretur.

Resolutio.1.opi. ¶ Dicunt ergo isti ꝙ non oportet. nec est rationabile ponere caracterem aliquid absolutum: sed potest poni respectus realis extrinsecus aduenies a diuina voluntate qualiscũq; sit ille respectus. quo quidem respectu recepto ab anima ipsa est disposita ad agendum vel recipiẽdum aliquid in ecclesia. et vocant aliqui istum respectum presentie vel coassistentie hominis ad deum: vt potens est scõm ordinationem diuinam ministrare vel suscipere aliquos actus sacramẽtales. Hec de primo articulo.

Secũda opio cuꝫ suis rõnibus. ¶ Quãtum ad secũdum articulum videtur mihi dicendũ: primo ꝙ caracter est forma absoluta sicut gratia suo modo. ⁊ non est respectus seu forma relatiua. ¶ Ad hoc autẽ adducunt aliqui rationes volentes probare efficaciter ꝙ hoc sit necessarium. Tum quia caracter adquiritur in anima per aliquam sui mutationem. quia nõ per mutationẽ dei. sed mutatio nõ terminatur nisi ad aliquid absolutũ. Nec potest dici ꝙ mutatio terminetur ad gratiã. qz baptisatur aliquis qui nõ recipit gratiam: sed tantũ caracterem. patet de ficto baptisato. ¶ Tum quia caracter est fundamentũ multarum relationum realiũ: puta assimilationis distinctionis ⁊ hmõi. sed relatio non est fundamẽtum relationis. Tũc enim esset processus in infinitum. ¶ Tũ quia relatio nõ est principium agendi vel patiendi aliquid seu recipiẽdi multominus ꝯ terminãdi actionẽ: sed caracter est potestas ⁊ principium agẽdi vel recipiendi aliquid in ecclesia: puta conuenienter ministrandi vel recipiendi aliqua sacramẽta. ¶ Tum quia in quolibet sacramẽto suscepto habetur aliqua relatio de nouo. si ergo caracter non est nisi relatio sequitur ꝙ quodlibet sacramẽtum imprimit caracterem. hoc autem est falsum quare ⁊c. ¶ Iste rationes noncogunt. Ad primaꝫ enim diceretur ꝙ ad respectũ intrinsecus aduenientem nõ est mutatio primo: sed solum presupposita mutatiõe in subiecto vel in extremo penes aliquid absolutum. sicut supra dicebatur loquendo saltem de lege cõmuni ⁊ modo vel processu naturali. ſz ad respectum extrinsecus aduenientem cuiusmodi poneretur caracter: potest esse mutatio nullo absoluto acquisito de nouo: nec in subiecto illi⁹ respect⁹: nec in extremo: sicut etiam patet de motu ad vbi.

Solutiones rõnũ preceb. ¶ Ad secundã dici potest ꝙ relatio vna realis bene est fundamẽtum alterius relationis realis: sicut arguebatur supra pro prima opinione. Nec sequitur ex hoc processus in infinitum. Et multo fortiꝰ ipsa potest esse fundamentum respetus vel relationis scõm rationem. ⁊ potest bene esse processus in infinitum in respectibus rationis. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ caracter proprie loquẽdo nõ est potẽtia actiua vel passiua seu receptiua: sed sicut dicebatur supra: pro tãto dicitur potestas: quia habẽs ipsum ex ordinatione diuina idoneus est ad ministrandum sacramẽta. nõ ꝙ sit ratio agendi vel ministrãdi seu recipiẽdi. nã oẽm actũ quẽ posset aliqs exercere vel recipere cũ caractere: posset absolute loquẽdo sine caractere: ita ꝙ caracter nihil facit ad hoc in ratione potẽtie actiue vel passiue hoc statim patet scõm eos de episcopatu: qui scõm ipsos non est ordo: nec in ipso imprimitur aliquis caracter. ⁊ tamen planum est ꝙ episcopus aliqua sacramenta potest ministrare: que non posset simplex sacerdos. quare ⁊c. Et preterea non est inconueniens forte ꝙ aliqua potẽtia actiua sit relatio vel etiam passiua. vnde multi ponunt potentias anime esse respect⁹: sed non curo. ¶ Ad quartum dico ꝙ destruit primum. nam si in quolibet sacramẽto imprimitur aliquis respect⁹: sicut dicis cum in quolibet sacramẽto non imprimatur caracter scõm te: sequitur ꝙ respectus acquiratur sine aliquo nouo absoluto: nisi fingas ꝙ in sacramẽtis non imprimentibus caracterẽ aliquis ornatus spiritualis imprimatur equalens vel correspondens caracteri: ⁊ disponens ad gratiam. et tunc non video cum talis ornatus sit indelebilis: quia non habet causam demeritoriã eo ꝙ potest imprimi ⁊ stare cum peccato mortali: quare inꝯ non debeat dici caracter vel possit: et quare etiam cessante fictione in illis qui ficti recipiunt ipsum ornatum ⁊ talia sacramẽta: nõ possit habere effectum gratie cõsequẽtem: sicut et caracter. ⁊ per consequẽs talia sacramenta essent interrabilia: sicut ⁊ sacramenta caracterem imprimentia: quod nõ est verum. Diceretur etiã ad rationẽ dato ꝙ in quolibet sacramento aliquis respectus acquiratur: non tamen talis respectus qualis caracter poneretur scõm conditiones caracteris superius numeratas. ¶ Dico ergo quantum ad hunc articulum ꝙ nec efficaci ratione: nec cogente auctoritate habetur ꝙ caracter sit forma absoluta. nã ad omnia que caracteri attribuuntur: sufficeret respectus aliquis. vt videtur. sed tamen dico ꝙ conuenientius est ponere ꝙ sit forma absoluta. Tum quia hoc magis est consonum intentioni doctorũ et cõmuniter loquentium de caractere ⁊ dignitate sacramenti vel caracteris. Tum quia multo facilius et conuenientius et manifestius saluantur illa que attribuenda sunt caracteri ponẽdo ꝙ sit aliquid absolutũ ꝯ ꝙ sit respectus: vt patet intuẽti.

Doctoris resolutio.

¶ Et ideo respondeo ad rationes illorum de prima opinione. Et dico ad primã ꝙ licet non appareat necessitas simpliciter ad ponẽdũ caracterẽ esse aliqd absolutũ: tñ maior cõgruentia est ad saluãdũ ea que dicũtur de ipo ꝙ ponatur aliquid absolutũ. et ideo cõgrue potest poni. ¶ Ad scõm dico ꝙ licꝫ caracter simpliciter ⁊ absolute loquẽdo de potẽtia dei sit anihilabilis: ⁊ sit etiã separabilis ab aĩa: ettum ad hoc nõ dicitur indelebilis: tñ de potentia dei ordinata ⁊ de facto indelebilis est sicut dictũ est in questione precedẽte. ¶ Ad tertiũ dico ꝙ caracter nõ est signũ quiditatiue loquẽdo ⁊ per se primo mõ: nec per cõsequẽs aliqd respectiuũ vel relatiuũ per se primo mõ: sicut pater vel filꝫ ⁊ hmõi: sed tãtũmodo denominatiue. ⁊ isto modo omne ens ꝯtũcũq; absolutũ põt eẽ respectiuũ. qz põt fũdare aliquẽ respectũ. ¶ Ad quartum et omnia que dicuntur in illa deductione: dico ꝙ bene ꝓbatur ibidem ꝙ oĩa possunt saluari de caractere dato ꝙ nõ sit aliquid absolutum: sed tamen non ita conueniẽter nec euidẽter secundum intentionem doctorum

Ad rõnes 1.opi.

Cõtra pcedẽtem opi.

et loquentium de caractere. Et ideo probabilius ponendum est ꝙ dicat aliquid absolutum. Hec de secundo articulo principali.

ad qđ genus absolutũ caracter pertineat. ¶ Quantum ad tertium articulũ dico primo ꝙ cum nõ sint nisi tria predicamẽta absoluta. ſ. substantia ꝯtitas ⁊ qualitas: ⁊ caracter nõ possit dici substantia sed accidẽs: nec possit dici ꝯtitas: vt patꝫ. qz forma spũalis opꝫ ꝙ si dicit aliquid reale creatũ absolutum ꝙ sit qualitas. Est igit de predicamento qualitatis. Nec obstat ꝙ est forma supernaturalis nõ educta de potentia materie: nec per consequẽs ꝓprie corruptibilis. qz corruptibile ⁊ incorruptibile lꝫ nõ sint eiusdem generis phisici. qz vnum nõ est trãsmutabile in aliud: bene tñ sunt eiusdẽ generis predicamẽtalis ⁊ methaphisici. sicut ptꝫ de angelo ⁊ substãtia corruptibili que pertinẽt ad idem genus substãtie. Similiter etiam virtutes theologice que sunt infuse ad idẽ genus qualitatis pertinẽt cũ naturalibus acquisitis. quare ⁊c.

caracter ad quam speciẽ q̃litatis pertineat. 1.opi. ¶ Sed ad quã speciem qualitatis pertineat dubium est. Et dicũt aliqui ꝙ potest poni in quattuor speciebus qualitatis. in prima que est dispositio. qz disponit ad gratiã. vel que est habitus quia inheret immobiliter. qz indelebiliter: vel qz est quidam decor spiritualis delectãs intellectũ vel aspectum in patria. In scda specie que est potentia. qz est principium agẽdi aliquid vel recipiẽdi. In tertia scõm ꝙ est principium assimulandi. In quarta scõm ꝙ est principium cõfigurãdi et figura quedã vel sigillum spirituale. Hec est inconueniens vt dicunt ꝙ eadẽ res simplex simul sit in diuersis specie bus eiusdẽ predicamẽti: sicut nec est ipossibile ꝙ sit eadem res simplex in diuersis predicamentis: sicut ptꝫ de sciẽtia que est in predicamẽto qualitatis. qz in prima specie. vt ptꝫ in predicamentis. ⁊ tñ est in predicamẽto relationis: ⁊ ponitur inter per se relativa quinto methaphisice capto de ad aliquid. quare ⁊c. ¶ Sꝫ si species qualitatis ille quattuor sint vere species ipsius qualitatis: siue sint subalterne: siue specialissime videtur mihi impossibile caractere per se reponi in illis quattuor speciebus. Et probo hoc sic. impossibile est aliquam formam simplicem ⁊ vnã essentialiter per se reponi in aliquibus pluribus speciebus essentialiter distinctis. patet. quia tunc illa forma esset vna essentialiter ⁊ nõ vna. sed caracter est vna forma simplex indistincta essentialiter vt ptꝫ. Si autem ille sunt vere species qualitatis: ptꝫ ꝙ essentialiter distinguntur: ⁊ sunt essentie distincte. nam differentia specifica vnius speciei essentialiter distinguitur a differentia alterius sicut a differentia sibi opposita ⁊ incõpossibili in eodẽ ergo ⁊c. vnde puto ꝙ sicut est impossibile ꝙ idẽ sit homo ⁊ asinus simul: ita ꝙ sit per se in diuersis speciebus cuiuscunq; generis. ¶ Similiter etiã nulla ratio adducta cogit de aliqua illarũ specierũ. puta nõ de dispositione. qz caractre non est dispositio ex natura rei ad gratiã vt ad habitum. Tunc eñ caracter posset fieri gratia: sicut illa dispositio sit habitus. Et pari ratione ptꝫ ꝙ non est habitus. ¶ Similiter etiã non sequitur ꝙ si habitus est de difficili mobilis: ꝙ omne illud quod est de difficili mobile sit habitus. sed est fallatia consequentis. ptꝫ eñ ꝙ nigredo cozui est qualitas de difficili mobilis: ⁊ tñ nõ est habitus de prima specie: vt ptꝫ. ¶ Similiter etiam de scda ratione. pro secunda specie ptꝫ ꝙ nõ concludit. nam sicut dictũ est supra: caracter non est vere ⁊ ꝓprie principium agẽdi aliquid vel recipiendi. ¶ Similiter de tertia non opꝫ ꝙ sit de tertia specie: dato ꝙ sit ratio assimulandi. qz hoc cõuenit etiam omni forme ꝙ ipsa est ratio assimilãdi habẽtem alteri habenti cõsimilem formã. ¶ De quarta etiã ptꝫ ꝙ non cõcludit. qz caracter nõ est ꝓprie loquendo ſgillum vel figura circa quãtitatem: sed hoc methaphorice dictum est per quandã similitudinẽ. non opꝫ autem ponere res in genere vel in specie ex methaphoris. Tunc eñ ꝓs qui methaphorice dicitur leo. petra. vitis. agnus ⁊ hmõi: poneretur in speciebus oĩm istorũ. Et in specie lucis: quia dixit. Ego sum lux mundi Jo.viij. quare ⁊c. videtur mihi ꝙ melius potest poni in prima specie ꝯ in alia sicut dispositio formalis ⁊ perfectio ipsius anime non tñ talis dispositio que fiat habitus sed habens aliquã similitudinem cum habitu. qz permanet ⁊ indelebilis est eo modo quo dictum est supra. Et licet istud nõ possit efficaciter probari: non tñ potest efficaciter improbari. Nec ad ista habentur cogentes immo nec multum probabiles ratiões. Et ideo dimitto multa que de hoc possent dici gratia breuitatis.

Jo.8.

2.opi. ¶ Alij vero ponunt ꝙ caracter est in secũda specie qualitatis: ⁊ habet similitudinẽ cum potentia passiua. qz est aliquo modo principium agendi aliquid vel recipiendi. ⁊ reducitur ad modum potentie naturalis: licet sit potẽtia supernaturalis de qua aristoteles nihil scivit: nec de ipa exemplificauit: nec intẽdit. Non curo de isto modo dicendi. teneo me cum primo.

ad rões principales. ¶ Ad primum principale pz quomodo caracter ꝙ se primo modo ⁊ essentialiter nõ est signum: sed denoiatiue tñ. ¶ Ad scõm de scientia ⁊ virtute alia dictum est ꝙ sciẽtia est aliquid absolutum: ⁊ quomodo est relatiuum. nec est modo repetẽdum. ¶ Ad tertium dico ꝙ caracter pertinet ad genus ⁊ primã speciem qualitatis. Ad illud: ꝙ nõ est principium bene vel male operãdi. dicitur ꝙ bene cõcludit ꝙ nõ est habitus naturaliter acquisitus. Aliter dicitur ꝙ nec aliquis habitus est principium operandi: sicut dictum est in quarto. dicitur tamen acquisitus habitus principium faciliter operãdi. quia ipso habito operãs agit factiliter. non sic aũt de infuso põt dici.

¶ Distinctionis Septime.
Questio Vnica.

¶ Circa septimã distinctionem quero vtrum confirmatio sit sacramentum noue legis necessarium ad salutem ⁊ irreiterabile. ¶ Videtur ꝙ nõ sit sacramentũ noue legis. qz non cõfert gratiam. Illa enim gratia aut esset eadem cum gratia baptismali. Et tũc bis eadem gratia conferretur semel per baptismum: ⁊ alio semel per cõfirmationem. aut alia gratia: ⁊ tunc duo accidentia eiusdẽ rationis essent simul in eodẽ subiecto: quod est falsum. ergo ⁊c. ¶ Secundo videtur ꝙ nõ sit necessariũ ad salutem. qz sine confirmatio-

ne potest baptizatus saluari. nã baptismus aperit ianuã: sicut ptꝫ. ergo ⁊c. ¶ Tertio videtur ꝙ non sit irreiterabile: sed iterabile. Est eñ data confirmatio contra pusillanimitatem: ⁊ ad robur in confitendo fidẽ christi: sed aliquis pluries indiget robore vel roboratione: sicut pluries potest esse pusillanimis. ergo ⁊c.

¶ Contra q̃tum ad primum magister in littera. Cõtra scđm quia cõfessio fidei ad quam ordinatur hoc sacramentum est necessaria ad salutem. quia corde creditur ad iustitiam. ore autem confessio fit ad salutem. Contra tertium. quia imprimit caracterem.

¶ In ista questiõe sic ꝓcedã.

¶ Primo supponẽdo ꝙ cõfirmatio sit sacramentum noue legis: sicut notũ est apud fideles ponam descriptionẽ hui⁹ sacramẽti: ⁊ que sit forma ⁊ materia ⁊ minister eius. ¶ Scđo inquirã an sit necessarium ad salutem. et nobilius sacramentum q̃ baptismus. ¶ Tertio an sit irreiterabile ⁊ imprimat caracterem. ¶ Ultimo ad rationes.

cõfirmationis descriptio.

¶ Quãtum ad primum dico:

ꝙ cõfirmatio suo modo posset sic desribi q̃tum ad suum materiale: sicut magister supra descripsit baptismum. s. ꝙ cõfirmatio diceretur vnctio alicuius cum crismate sancto sub forma verboꝝ prescripta. Sed nõ curo. ¶ Pono aliã descriptionem ex qua apparebunt multa de isto sacramento. potest ergo dici ꝙ cõfirmatio est sacramẽtum noue legis cõsistens in vnctione hõis viatoris aliqualiter consentiẽtis vel saltem nõ dissentientis facta in fronte in figura crucis cum crismate sanctificato a ministro idoneo simul cum intẽtione debita inungẽte ⁊ certa verba ꝓferente: significãs efficaciter ex institutione diuina vnctionẽ aĩe per gratiã roborãtem ad confitẽdum cum fiducia nomen christi vel fidem.

¶ In ista vero descriptione ponitur genus huius sacramẽti q̃ñ dicitur sacramentum noue legis. Et habet istud genus septẽ species: sicut ptꝫ. scđo dicitur ꝙ cõsistit in vnctione ad differẽtiam baptismi et alioꝝ sacramentoꝝ que in vnctione nõ cõsistunt.

Confirmatiõis materia.

¶ Sed dicitur ꝙ cũ crismate sanctificato ab episcopo vel alio si sibi talis sctĩficatio possit cõmitti. qꝛ hec est materia ꝓpria cum qua dꝫ fieri ista inunctio. Et debet esse istud crisma cõfectum ex oleo ⁊ balsamo: ⁊ nõ quocũq̃ oleo: sed oleo oliue. qꝛ illud anthonomatice dicitur oleum. Et illud sic instituit xp̃s. ¶ Si aũt dicatur ꝙ apostoli cõfirmantes tali materia nõ vtebãtur: nec inungebãt: sed imponebant manus. Similiter etiam in alijs sacramẽtis. pluribus nõ requiriꝶ materia sanctificata.

Apostoli quõ cõfirmabãt

¶ Dico ad primum ꝙ vel apostoli nõ ministrabãt sacramentum cõfirmationis: nec cõfirmabant sacramẽtaliter: sed equipollẽter cõferendo spiritum sanctũ per impositionẽ manuum: vel ꝙ dispẽsatiue a deo habebãt hoc pro tp̃e ꝙ sufficiebat pro signo sensibili impositio manuũ qꝛ ad impositionẽ manuũ sequebanꝶ aliqua signa sensibilia: vt descensus spũs sancti in aliquo signo sensibili: ⁊ hmõi: ⁊ donũ linguarũ. sed a tp̃e aploꝝ cessantib⁹ talib⁹ miraculis necessariũ fuit ⁊ ordiatũ a deo ⁊ ab ipsis etiã aplis diuulgatũ vt in tali materia ministri cõfirmarẽt. ⁊ in tali forma que dicetur infra: licet non habeatur hoc expresse in scriptura de alijs aliquibus sacramentis: quoꝝ materia nõ sanctificatur. ptꝫ. qꝛ xp̃s tactu sue carnis mundissime sanctificauit eã: vt de materia baptismi: puta de aqua. Nec etiã oportet aquã sanctificare qꝛ baptismus est sacramentũ magne necessitatis: et excluderetur salus aliquorum. ¶ Sequitur ꝙ vnctio illa debet esse hõis viatoris: sicut dictum est de baptismo vel ablutione baptismali. Sed aliqualiter cõsentiẽtis q̃tũ ad adultos eo modo sicut dictum est in baptismo. Uel non dissentiẽtis: q̃tum ad paruulos vel perpetuo amẽtes seu furiosos vel priuatos vsu rationis.

Ubi ⁊ q̃ modo dꝫ fieri confirmatio

¶ Sed dicitur vltra ꝙ ista vnctio debet fieri in frõte cõfirmati. ⁊ hoc rationabiliter. qꝛ in frõte apparet principalier signum timoris vel audacie: ⁊ similiter signum verecundie: sicut ptꝫ. iiij. ethicoꝝ. *4. ethic.* Ista autẽ sunt duo impedimẽta: que possunt impedire actum cõfessionis fidei. s. timor vel verecundia. Sed in figura crucis que correspondens est forme verborũ: de qua dicetur infra. alioquin eñ diceretur falsus. Hoc etiã cõgruum est. qꝛ illud cõfusibile quod videtur in fidelibus in fide xp̃iana est crux ⁊ crucifixio xp̄i: propter qđ dicebat nos predicamus xp̃m crucifixum: iudeis quidẽ scãdalum gentibus vero stultitiã. Ideo ne cõfirmatus erubescat hoc cõfiteri: signaꝶ in modũ crucis: que est vexillum xp̄i summi regis ⁊ christianoꝝ: qđ debet vehere miles confirmatus.

a quo dꝫ fieri cõfirmatio.

¶ Sed a ministro idoneo dicitur. Minister autem idoneus dicitur scđm aliquos solus episcopus ab ecclesia toleratus nõ precisus vel degradatu. Episcopus dicitur qꝛ scđm cõmunem doctrinã ⁊ modum obseruandi simplex sacerdos qui non est episcopus non potest cõfirmare: saltẽ non cõfirmant simplices sacerdotes diebus istis. ¶ Quod autem beatus Gregorius concessit simplicibus sacerdotibus cõfirmare scribẽs ad ianuariũ sicut habetur distinctione. lxxxv. peruenit. ⁊ recitat magister in littera presentis distinctionis dicunt aliqui ꝙ hoc fuit ad vitãdum scãdalum. Sed hoc non est verum. qꝛ si soli episcopi hoc possunt: tũc fuisset error in doctrina. vtilius aũt scãdalum nasci permittitur q̃ veritas relinquatur. non eñ sunt facienda mala: vt veniãt bona. ⁊ ita nõ est dicendum ꝙ hoc fecerit beatus Gregorius. ¶ Alij dicunt ꝙ beat⁹ Gregorius nõ cõcessit sacerdotibus cõfirmare: sed oleo vngere: quasi cõfirmarent: non tñ vere confirmabãt. Sed hoc est cõtra textum decretoꝝ vbi supra. *Tex. decretorũ.* vbi diciꝶ ꝙ cõcessit vt sacerdotes baptizatos crismate in fronte vngerent. ⁊ similiter beat⁹ Gregorius cõcessit illud: pro cuius substractione erant aliqui scandalizati. ⁊ illud erat confirmatio vera. ¶ Alij dicunt ꝙ beatus Gregorius cõcedendo illis sacerdotibus posse cõfirmare fecit eos episcopos q̃tum ad istũ actũ. ⁊ hoc potuit facere sicut habens plenitudinẽ potestatis super corpus xp̄i misticũ. Et ita simplices sacerdotes hoc nõ possunt. ¶ Alij ꝟo dicũt ꝙ oĩb⁹ sacerdotib⁹ licuit a principio cõfirmare: ⁊ oẽs fuerunt pares: ita ꝙ nõ erat differẽtia inter sacerdotes ⁊ episcopos. Et hoc ꝓbatur primo per auctoritatẽ Hieronymi super epistolã ad titum. *hieronymus.* et ponitur in canone dinstinctione. xcv. olim inquit idẽ presbyter qui ⁊ episcopus anteq̃ diabolico instinctu scismata in religione fierent: ⁊ diceretur in populis ego sum pauli. ego cephe. ego autẽ apollo: cõmuni presbyteroꝝ consilio ecclesie regebãtur. postq̃ aũt vnusquisq̃ eos quos baptizauerat: suos putabat: non xp̄i. In toto orbe decretum est vt vnus de presbyteris superponeretur: ⁊ scismatũ semina tollerẽtur. Et parum post: sicut presbyteri sciunt se ex cõsuetudine ecclesie: ei qui sibi prepositus fuerit esse subiectos ita episcopi nouerint se magis ex consuetudine q̃ dispensationis dominice veritate presbyteris esse maiores et in cõmuni debere ecclesiã regere. ¶ Secundo ꝓbatur hoc ꝑ eundem hieronimum ad euandriũ presbyterum. *hieronymus.* legimus inquit ꝙ apostolus perspicue doceat eosdem esse ep̃os: quos presbyteros. Et ponitur distinctione. xciij. vnde ⁊ ibidẽ dicit hieronimus ꝙ alexandrie presbyteri a marco euangelista vsq̃ ad dyonisium ⁊ aliquos alios ep̃os presbyteri eligebant ex seipsis vnũ et in excellentiori gradu collocabant quẽ vocabant episcopum: quomodo si excercitus faciat imperatorẽ. dyaconi aũt eligebãt vnum quẽ industrium nouerant: ⁊ archidiaconum nuncupabant. similiter idẽ hiero. *Idem.* Et ponitur distĩctione. xcv. et est sup illud verbum pauli noli negligere gratiam que data est per impositionẽ manuũ presbyteri. Quoniã ait presbyteri ep̃i nominãtur secundũ ꝙ dictum est ad episcopum: noli negligere gratiam que data est tibi ⁊c. sic ergo omnes sacerdotes a principio potuerunt cõfirmare. qꝛ oẽs fuerunt pares episcopis in ptãte ministrãdi sacramenta. tamen postea ꝓpter multitudinem sacerdotum cõstitutum est et ordinatũ ꝙ superiores cõstituti inter presbyteros cõfirmarent: ⁊ nõ alij sacerdotes: lꝫ absolute loquendo hoc possent. Et tunc beatus gregorius concedendo illis sacerdotibus subiectis ianuario ꝙ possent cõfirmare dispẽsauit cum eis sup illa ordinatione relaxando eã quãtum ad ipsos: vt licite possent hoc facere: qđ alias licite non poterant: licet absolute possent. Et in hoc nõ concessit eis aliquã potestatẽ nõ conuenientẽ ipis sed ꝓhibitionẽ positã sup hoc reuocauit.

Communior mod⁹ circa predicta

¶ Quicquid sit de isto modo vltimo dicendi: tenetur tamẽ cõmunius ꝙ etiã a principio ecclesie fuit distinct⁹ gradus episcopi ⁊ sacerdotis simplicis: saltẽ quãtum ad ministrationẽ aliquoꝝ sacramentorũ: sicut videtur in ꝓposito de cõfirmatione ⁊ etiam de ordine. Et ꝙ fuerit distinctio taliũ graduum: ꝓbaꝶ distinctione. xxj. in nono: vbi diciꝶ ꝙ loco apostolorum surrexerunt episcopi. Sꝫ loco septuagĩta duorum surrexerunt presbyteri ⁊ ipsoꝝ vicem gerunt: licet bene inter illos fuerint aliqui dyaconi vt stephanus ⁊ aliqui ad apostolatũ assumpti: sicut mathias saltem vnus. Et ꝓbatur etiã per hieronymũ *hieronymus.* vbi supra distinctione. xciij. Dicit eñ quid enim facit accepta ordinatione episcopus: qđ presbyter non facit. Et scđm glosam intelligitur. per consecrationem intelligit alia que videnꝶ p̃cipue aliqua sacramenta. Tunc dicendũ est ꝙ episcopi possunt hoc sacramentũ ministrare: ⁊ non simplices sacerdotes. Et tũc exponẽde sunt ille auctoritates hieronimi sicut glosa exponit ꝙ forte a principio nomina erant communia ⁊ quasi synonima: ⁊ administratio idest gubernatio ecclesie cõis: sed nõ dispẽsatio quorũcũq̃ sacramentoꝝ. Et tunc vlteri⁹ dicendum est ꝙ iuxta tertium modũ dicendi: quãdo beatus gregorius cõmisit vel cõcessit illis presbyteris cõfirmare ꝙ eos episcopos ordinauit quãtũ ad istum actum: sicut ⁊ potuit facere habens plenitudinem potestatis. hoc tamen dubiũ est: cum non inueniatur eos in sua p̃sentia ordinasse: sed tantũ in absentia cõmisisse. Et similiter si episcopat⁹ imprimit caracterem: quomodo partitur potestas ei⁹

Qꝛ solus ep̃s cõfirmare pt.

¶ Episcopus ergo solus est idoneus minister et potest cõfirmare. Hoc ptꝫ extra de sacra vnctione per frontis. Et de consecratione distinctione. iiij. prebyteri ⁊c.

De ep̃o degradato.

¶ Sed potest ne hoc episcopus degradatus: dicunt aliqui ꝙ sic de facto: licet non de iure. qꝛ quantũcũq̃ degradetur: tñ semper manet episcopus. ¶ Alij dicunt ꝙ nec de facto nec de iure. qꝛ non manet apud eum potestas super corpus xp̄i misticum: sed simpliciter tollitur ab eo auctoritate pape. qui simpliciter in sua dispositione habet talem potestatẽ ⁊ ita nõ potest crismare. qꝛ simpliciter priuatus est tali potestate. sicut etiam nec potest aliquis absoluere aliquem de aliquo super quo nõ habet potestatẽ: vel respectu cuius priuatus est potestate.

De ep̃o suspẽso.

¶ Secus est aũt de suspenso. Nã suspẽsus nõ priuatur potestate: sed sibi ꝓhibetur ne sua potestate vtatur. et hoc ad tp̃s. Et si facit: factum est. tñ grauiter peccat. qꝛ facit contra inhibitionem suspẽdentis ipsum. Secus est etiã de sacerdote vel episcopo degradato: qui semper potest de facto cõficere corpus xp̄i. nam talis potestas super corpus xp̄i verum cõsequitur caracterem indelebilẽ. ⁊ per cõsequens semel collata auferri nõ potest: sed alia bene super corpus xp̄i misticum quare ⁊c. ¶ Ista opinio multum est probabilis. Tamen qꝛ quecũq̃ teneatur bene ponitur in descriptione sacramenti quod ab idoneo ministro confirmãdus inungatur.

¶ Sed dicitur vltra ꝙ a ministro inungẽte simul et ꝓferente ꝟba cũ debita intẽtione. Et vniformiter possunt declarari ista: sicut in baptismo dicebatur.

Uerba ĩ cõfirmatione dicenda.

¶ Sed que sunt illa verba qꝛ certa dicitur ꝙ hec est forma verboꝝ sacramẽtalium in confirmatione. signo te signo crucis: cõfirmo te crismate salutis. In nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti.

¶ Alij vtũtur hac forma cõsigno te signo crucis. confirmo te crismate sanctificationis. In noĩe patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Et tenẽda est quelibet istarum formarũ in ecclesia in qua est cõsueta: ⁊ ab ecclesia romana tollerata. Illa eñ verba sic variata non variãt nec impediunt effectum sacramenti.

Efficacia cõfirmatiõis

¶ Sed vltra dicitur ꝙ cõfirmatio ex institutione diuina efficaciter significat: ⁊ in hoc tãgiꝶ relatio signi efficacis instituti a diuina voluntate que conuenit omni sacramẽto sicut dictum est supra. Sed additur ꝙ significat vnctionem aĩe per gretiã. ecce correlarium huius signi. s. gratia vngens. ¶ Sed vltimo additur ꝙ per gratiã roborãtem ad actum confessionis fidei. qꝛ ad istum actum specialiter dicitur hoc sacramentum roborare quomodocũq̃ intelligatur. Hec de primo articulo principali

cõfirmatio an nobilior baptismo. ⁊c.

¶ Quãtum ad secũdum arti

culum dico primo ꝙ per se loquẽdo de his duobus sacramẽtis accipiendo quodlibet ipsoꝝ precise secundum illud quod pertinet ad ipsum: baptismus est nobilius sacramẽtum. Tum qꝛ cõfert maiorem gratiã. Tum qꝛ aperit ianuam. s̃m quid tñ confirmatio est nobilius sacramẽtum. Tum qꝛ sibi determinat nobiliorẽ ministrum. Tum qꝛ etiã habet nobiliorem materiã. Tum qꝛ etiã constituit in gradu altiori in ecclesia: cum sit in statu militis: si non nisi

Confirmatio an necessaria ad salutem.

presupponēdo baptismum. ¶ Scđo dico ꝙ sacramentum cōfirmationis nō est necessarium ad salutem simpliciter loquēdo : ita ꝙ sine ipso non possit aliquis saluari: sicut est baptismus : sed scđm quid puta adulto ad nō contēnendum: ꝛ etiam ad suscipiendum tpe. ꝛ loco oportuno. qꝛ alioquin contēnere videretur. Et hoc est quod dicitur de consecratione distinctione. v. oēs fideles post baptismū per manum episcoporum impositionem spiritum sanctum suscipere debent vt pleni christiani inueniantur. quare ꝛc. Hec de secundo articulo:

Confirmatio an imprimat caracterem.

¶ Quantum ad tertium articulum dico primo ꝙ cōfirmatio imprimit caracterem. ꝛ puto ꝙ alterius rationis a caractere baptismali ꝛ ordinis. Ista aūt tria sacramenta. s. baptismus cōfirmatio ꝛ ordo conferre dicuntur caracterem. qꝛ cōstituunt fideles in aliquo gradu determinato triplici in ecclesia militāte. Sicut eñ in policia tēporali dicuntur aliqui habere gradum certum: eoipso ꝙ de populo assumuntur ad familiam principis ꝛ vlteriorē gradum: qñ promouentur ad militiā: vt defendant rem publicā: ꝛ adhuc vlteriorem: qñ ad ducatū promouētur sub rege: ita ꝙ habent potestatē assumēdi alios ad familiam principis: vel etiā ad militiā q̄tum ad aliquos: ꝛ habent alios regere vel gubernare ꝛ instruere non autem habēt aliqui certū gradum eoipso ꝙ in curia principis comedūt vel bibunt: nec qꝛ filios ꝛ filias procreant in terra principis : nec qꝛ post offensam ad gratiā recōciliātur: siue q̄tum ad graues offensas siue q̄tum ad leues: vt ptꝫ sic in ꝓposito suo modo. Per hoc eñ constituitur aliquis in certo gradu in ecclesia militāte in curia xp̄i. qꝛ per baptismū assumitur ad familiā christi eoipso est seruus ꝛ famulꝰ christi: sed in vlteriori cōstituitur: qꝛ per confirmationem. fit miles christi ad cōfitendum secure fidē christi ꝛ constanter tanq̄ bonus miles et defensator fidei ꝛ reipublice christiane. sed vlterius adhuc in gradu vlteriori qñ efficitur dux alioꝝ et habēs potestatem assumendi alios ad familiā christi : vel etiam faciendi milites. et hoc est per sacramentum ordinis includendo episcopatū: etiam si episcopatus sit ordo: et cōferatur in ipso caracter de quo videbitur infra: non autē cōstituitur in gradu speciali per hoc ꝙ suscipiendo sacramentum eucharistie manducat ꝛ bibit: nec per sacramentum matrimonij: per qđ deputatur ad procreationē prolis nec ꝑ hoc ꝙ per sacramentum penitentie reconciliat̄ ad gratiam post graues offensas : vel per extremam vnctionem de venialibus peccatis. et ideo tria prima sacramenta imprimunt caracterem et signum speciale datum a hierarchia. i. a principe in militia christi ab episcopo vel sacerdote. Alia vero quattuor caracterem non imprimunt.

Qꝛ sacr̄m cōfirmationis nō reiterat̄.

¶ Ex quo patet sicut dictum est supra de baptismo ꝙ confirmatio est sacramentum initerabile: sicut ꝛ alia similia caracterem imprimentia. Nec potest habere effectū suum circa eundē suscipientem plusq̄ semel: nō qꝛ sit hoc necessarium eoipso ꝙ imprimit caracter est sed qꝛ christus sic instituit ꝛ ecclesia hoc diuulgauit de cōsecratione distinctione. iiij. nobis visū est confirmationem sicut et baptismū iterari minime debere. ¶ De pena vero iterantium hoc sacramētum dicit vnus doctor ꝙ in iure nō inuenitur irregularitas inflicta iterantibus ip̄m. et ideo non videtur sibi ꝙ iterans cōfirmationem sit irregularis siue ministrando: siue suscipiendo: secus est de baptismo de quo inuenitur bene expressum ꝙ iterās baptismum scienter ꝛ aduertenter de facto ꝙ. s. iste qui nunc baptisatur fuit alias baptisatus incurrit irregularitatem ipso facto. Dicunt etiā canoniste ꝙ suscipiens iterato quātuncūq; ignorās ꝙ alias fuerit baptisatus incurrit irregularitatem: non tñ ministrans incurrit si habet ignorantiā facti. Sed istis videtur ꝙ sicut ignorantia excusat ministrātē ita et suscipientē: nec aliquis eoꝝ incurrit irregularitatem quando. s. habent ignorantiam talem ꝙ nec sciunt: nec probabiliter presumere possunt istū alias fuisse baptisatum. Hec de tertio articulo.

ad argumēta principalia.

¶ Ad primum principale dico ꝙ gratia ꝯfirmationis adueniēs gratie baptismali cedit in vnam perfectiorem gratiam cū ipsa. et auget ipsam: et est eiusdē rationis cum ipsa. vnde ptꝫ ꝙ nec due gratie eiusdē ratiōis omnino distincte sunt simul in anima: nec eadē gratia totaliter bis acquiritur. ¶ Ad secundum dico ꝙ non est simpliciter necessaria ad salutem: sꝫ sicut dictum est supra. ¶ Ad tertium dico ꝙ est miterabilis hec medicina et morbus etiam secundum ꝙ contra ipsum est medicina: licet aliunde ꝛ alijs modis possit iterari.

¶ Distinctionis. Octaue. Questio. Prima.

Circa distinctionē octauam quero primo vtrum eucharistia sit sacramentū noue legis. ¶ Videtur ꝙ non omne sacramentū noue legis consistit in rebus ꝛ verbis qꝛ accedit verbum ad elementū et fit sacramentū sed eucharistia non consistit in rebus ꝛ verbis. manet enim eucharistia sine verbis ut ptꝫ ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic omne sacramētū noue legis: q̄tum est ex se causat in aliquo gratiā gratum facientem. sed sic non est in eucharistia. nam ꝑ cōsecrationeꝫ eucharistie nulla habetur gratia a quocūq;: sed tantū habetur aliqua presentia corporis christi ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. qđ non est vnū sacramentū: non est sacramētum quarto methaphisice. sed eucharistia non est vnum sacramentū ptꝫ. nam species panis est vnuꝫ sacramentū distinctum a specie vini. et priusq̄ cōsecretur vinū adoratur christus sub speciebus panis ergo ꝛc. sunt eñ illa diuersa signa: sicut ꝛ diuersa signata. quare ꝛc.

¶ Contra magister in hoc tractatu. Et de cōsecratione distinctione secunda in sacramentorum oblationibus. ꝛ loquitur de eucharistia ꝛ ibidem non opꝫ in sacramēto dñi ꝛc.

¶ In ista questione sic p̄cedā.

¶ Primo ponam rationeꝫ vel descriptionem eucharistie. et ostendam ꝙ conuenit alicui sacramento noue legis. et ponam aliquas conditiones huiꝰ sacramenti in se et in comparatione ad alia sacramenta. ¶ Secundo inquiram de materia huius sacramenti. ¶ Tertio de forma verborum consecra-

tionis. ¶ Vltimo ad rationes principales.

Eucharistie descriptio.

¶ Quātum ad primum articulū dico qđ eucharistia q̄tum ad rationem nominis potest sic describi. Eucharistia est signum sensibile vel sacramentum corporis christi ꝛ sanguinis veraciter cōtenti sub speciebus panis ꝛ vini ꝑ consecrationem factam a sacerdote sub certis verbis cū debita intentione ꝓlatis. ex institutione diuina veraciter significans corpus christi ꝛ sanguinē sub predictis speciebus realiter ꝛ veraciter cōtineri. ¶ Ista descriptio potest declarari sicut declarabatur descriptio baptismi: q̄tum ad aliquas conditiones que ponuntur in ipsa similes cū alijs positis in descriptione baptismi. Et ideo declaro ipsam solū quantum ad cōditiones speciales isti sacramento. Prima est ꝙ eucharistia est signū corporis ꝛ sanguinis christi cōtenti sub speciebus panis ꝛ vini.

Duplex signatū ꝑ se eucharistie.

Hic tāgitur per se signatū huius signati vel sacramenti qđ est duplex vnū. s. corpus christi verum includēs carnem ꝛ ossa et huiusmodi qđ quideꝫ corpus per se primo cōtinet̄ sub specie panis: et oīa alia christo intrinseca per cōcomitantiā ad ipsum. Sāguis autem ipsius ꝑ se primo cōtinetur sub specie vini tanq̄ per se primo signatum: ꝛ alia secundario magis et per cōcomitantiā ad ipsum. sed dicit̄ ꝙ sub speciebus panis ꝛ vini non sub alijs. qꝛ panis ꝛ vinum eo modo quo dicetur infra: sunt ꝓpria materia consecrationis sacramēti huius Et istoꝝ accidentia manent facta trāsubstantione panis et vini in corpus ꝛ sanguinē christi. sub quibus accidentibus que hic species appellantur veraciter ꝛ realiter existit: ꝛ ꝯtinetur corpus et sanguis christi ad vnam ꝑfectam spiritualem anime refectionem secundum rationē cibi ꝛ potus. Sed dicitur vltra ꝙ hoc est ꝑ ꝯsecrationem factam a sacerdote. ¶ Ex quo ptꝫ ꝙ solus sacerdos potest hoc sacramentum conficere. ꝛ nullus non sacerdos hoc potest ex institutione diuina. ¶ Sed dicitur vltra sub certis verbis de quibus verbis habebit̄ infra in tertio articulo principali.

De ꝟbis sacra. euchari. 1. modus

¶ De istis aūt verbis dicūt alijqui ꝙ non ꝑtinent intrinsece ad essentiam huiꝰ sacramenti: qꝛ sacramētū hoc manet et existit nō manentibus verbis: lꝫ non haberetur sacramentū nisi precedentibus verbis Et in hoc differt hoc sacramētum ab alijs. qꝛ nullum sic manet sine verbis vel post verba. ꝛ ipsa verba in alijs sacramentis pertinent ad essentiam sacramenti nō sic aūt in isto. Et hoc est rationabile. qꝛ cum hoc sacramentū sit mansiuum: dicunt ꝙ nihil successiuum cuiusmodi sunt verba potest intrinsece pertinere ad ip̄m. Alia vero non sunt mansiua. vnde dicunt ꝙ verba nō sunt forma huius sacramenti. sed magis sunt forma cōsecrationis ꝛ cōfectionis sacramenti. vnde nec sic sunt verba sacramentalia: sicut in alijs sacramētis vt iam pꝫ ex dictis. ¶ Si queratur ab eis quid est forma in hoc sacramento. Dicūtq; species sunt forma ipsa. et non opꝫ ibi dare materiā eo modo quo in alijs sacramentis materia distinguitur a forma puta a verbis intrinsece pertinentibus ad alia sacramenta. qꝛ verba ad essentiam huius sacramēti pertinere non possunt : sicut probatum est supra.

2. modꝰ.

¶ Aliter tñ dicitur ab alijs: ꝙ cum verba sacramētalia consecrationis huius sacramenti sint efficaciter significatiua effectus huius sacramēti suo modo sicut verba aliorum sacramentorum: oportet dicere ꝙ intrinsece pertineant ad rationem ꝛ ad materiale ipsius sacramenti. ꝛ in illo materiali potest dici forma suo mō: sicut in alijs sacramētis. Pertinent ergo ad sacramentum in suo fieri. saltem licꝫ non in suo esse et manere: sicut bene dicunt. Sꝫ dicerent isti ꝙ non manet completa ratio sacramenti durantibus ꝛ manentibus speciebus tantum post verba: sed q̄tum ad quid sacramenti: puta quātuꝫ ad species que non habent cōpletam rationem sacramenti. ratio enim sacramenti noue legis includit verba ꝛ rem vel res. Accedit enim verbum ad elementum: et fit sacramentū: vnde ꝛ verba illa ad sacramentū istud ꝑtinent: sicut etiam verba in alijs sacramentis suo modo. Alia vero que ponuntur in descriptione satis patēt. Sic igitur patet ratio nominis. ¶ Secundo dico q̄tum ad hunc articulum ꝙ ista ratio nominis non est impossibilis nec in se falsa includens cōtradictionem: sed oīa ista que dicta sunt ibi vel posita sunt possibilia. Et ita dico ꝙ possibile fuit deo instituere tale sacramentum: ꝛ ipsum de facto instituit: sicut habet̄ mathei. xxvj. et luce. xxij. ꝛ in alijs euangelistis. vnde dico ꝙ eucharistia est sacramentum euangelicum: ꝛ per cōsequens noue legis.

ꝙ eucharistia est sacramētuꝫ noue legis.

¶ Qꝛ autē congrue fuerit institutum. patet tum qꝛ congruum est christum esse cū ecclesia militante sub tali signo sensibili ad excitādum reuerentiam ꝛ deuotionem ad ip̄m et exercitium circa ipsum. Qđ patet de facto: qꝛ tota deuotio ecclesie quasi versatur circa istud sacramentum ꝛ ordinatur ad ipsum. Tum qꝛ congruuꝫ fuit post sacramentum generationis baptismalis conferri sacramentum nutrimenti ꝛ augmenti spiritualis: sicut est istud sacramentum altissimum. ꝛ sub speciebus nutrimenti corporalis: qđ precipue cōsistit in pane ꝛ vino sicut patet. fuit etiam cōgruum : vt signum sensibile sub quo christus vult nobiscū eē presens ordinem haberet ad aliqua verba ꝛ ministrum idoneum: vt sciretur qñ ꝛ per cuius ministerium esset christus sub tali signo sensibili: ne periret reuerentia ad ipsum sacramentum. Et decuit ꝙ minister huius sacramenti non esset infimi gradus in ecclesia: sed gradus magis excellentis : cuiusmodi est gradus sacerdotis.

Nobilitas eucharistie

¶ Tertio quātum ad hunc articulum dico ꝙ sacramentum eucharistie est nobilissimum sacramentū. qđ patꝫ qꝛ continet gratiam ꝑ essentiam christū verum deū incarnatum. alia vero quodā modo gratiam habitualē ꝛ accidentalem gratum facientem. vnde et gratia inuisibilis cuius sacramentum eucharistie in suo fieri est causa: non est gratia habitualis informās data de nouo alicui: sicut in alijs sacramentis: sed est donum dei gratis datum christus ipse veraciter ꝛ realiter existens sub speciebus illis: licꝫ bene etiam in susceptione sua hoc sacramentum cōferat gratiam suscipienti: sicut alia sacramenta suo modo. Sic istud sacramentum nunq̄ frustratur a suo effectu principali: sed semper infallibiliter ad prolationem talium verborum cum debita intentione super materiam debitaꝫ sit corpus christi presens sub ipsis speciebus. Alia vero sacramenta frequēter frustrantur a suo effectu principali: puta a gratia in suscipientibus propter obicē qui in suscipiētibus frequenter inuenitur. Similiter istud sacramentum manet q̄tum ad illas species post suū fie-

Editiones eucharistie

ri ⁊ vsum: sicut patet. sed nullum aliud sacramentum sic manet. Nō em̄ sic manet baptismus vel huiusmodi: sicut eucharistia: vt ꝓz. ¶ Similiter quarto illud sacramentum in suo esse cōpleto tantāvnitatem non habet: sicut alia sacramenta quātuz ad suum materiale: q; quodlz aliud sacramentum sic est vnū in suis sensibilibus ⁊ materialibus q̄ neutrum ipsoꝝ per se est sacramentum: nec pars sacramenti: sed ambo cōcurrunt necessario ad hoc vt sit sacramentum vel aliquid sacramenti. sic autez non est hic. Nam quelibet species ꝑ seipsam etiā est sacramentum vel pars sacramēti potest esse sine alia sicut patet. alioquin esset idolatria adorare hostiā ante ꝓsecrationem sanguinis. Et patet q̄ vna pōt manere et esse sine alia. ¶ Est igitur hoc sacramēntum q̄tum ad materiale vnum vnitate ordinis vel integritatis cuiusdam in significando perfecte et distincte corpus ⁊ sanguinem xp̄i: que ptinent ad refectionem perfectam ⁊ integram anime suscipiētis. ¶ Circa qō notandum q̄ corpus christi vno modo potest accipi et significari pōt ꝓout est substantia includens tantū partes animabiles vel animatas anima ipsius christi: et vt sic contra sanguinem distinguitur. qui quidem sanguis non est animatus vel animabili⁹: nec est caro lz sit in ꝓxima dispositione ad carnem. Et sic per se primo significatur per species panis. ⁊ sanguis ꝑ species vini: lz totum ꝓtineatur de facto sub vtraq̄ specie per cōcomitantiam. vnde ⁊ si in triduo mortis xp̄i fuisset ꝓfectum corpus xp̄i ⁊ sanguis sub specieb⁹ panis: ita fuisset corpus illo modo acceptū q̄ non fuisset ibi sanguis. et ita sub speciebus vini fuisset sanguis: q̄ non corpus: q⁊ nec sanguis ꝓtinebatur tunc a corpe. sed erat effusus extra corp⁹. ¶ Alio modo corpus xp̄i vt dispositum ad animam et includens omnia ad animam requisita pertinētia ad ip̄m siue sint partes organice animate vel animabiles siue non siue aliqua in ipso cōtenta huiusmodi: vt sunt humores et talia. Et sic includit sanguinem: nec vt sic per se primo ꝓtinetur sub speciebus pani. lz viuente xp̄o et corpore ipsius animato ōia ibi contineātur. ¶ Accipiēdo ergo primo corpus et sanguinē: patz q̄ sunt diuersa signata a diuersis speciebus primo signata: ⁊ cōstituentia vnum totale signatum sicut partes integrales: quod est corpus scdo modo acceptum. ⁊ sic etiā suo modo ille plures species panis. s. ⁊ vini concurrunt ad vnum totale ⁊ perfectum seu cōpletum sacramētum totalitate ⁊ vnitate integritatis cuiusdam vel ordinis modo quo dictū est supza. sic q̄ lz quelibet species sit aliquid sacramēti. neutra tn̄ per se est cōpletum et perfectum sacramētum. Hec de primo articulo.

De materia sacramēti eucharistie

¶ Quātum ad secundū artī.

scz de materia cōsecrationis huius sacramēti dico quātum ad materiā consecrationis corporis: quod est panis triticeus coagulatus de farina triticea ⁊ aqua naturali elemētari. Et ratio est precisa. q⁊ sic xp̄s instituit: ⁊ in tali pane cōfecit. Per hoc quod dicitur panis: patz q̄ nec in aliquo alio q̄ in pane: nec in pasta cruda que nondum est panis potest cōficī: lz pasta ⁊ panis specie non differant. Per hoc quod dicitur triticeus ptz: q⁊ in nullo pane qui non est de tritico: potest cōficī. vnde nec in pane de ordeo: nec de aliquo grano alterius speciei potest cō

fici. vnde ⁊ si spelta sit alteri⁹ speciei a tritico: sicut multum videtur ꝓbabile: in pane de spelta nō potest cōficī. Si aūt est eiusdem speciei: sicut etiā probabiliter videtur aliquibus: potest in ipso conficī. Ex hoc etiā q̄ dicitur coagulatus: ptz q̄ in farina quātumcunq̄ triticea nō potest confici. Et similiter etiam q⁊ farina nōdum coagulata nō est panis. Sed opz vlterius q̄ ex aqua naturali. vñ si coagularetur farina vino vel aliquo liquore alterius speciei: non posset in ipsa confici: nec in tali pane sic coagulato.

Panis eucharistie an fermēta⁹ vl azimus greco. opinio.

¶ Sed vtrum requiratur q̄ panis sit fermētatus vel azimus dicunt greci q̄ necessario opz panem esse fermētatum. vnde ⁊ tenent q̄ latini non cōficiunt. q⁊ in azimo cōficere volunt dicunt em̄ q̄ xp̄s instituit sic: ⁊ ipsum sacramētum cōfecit in fermētato. hoc autem ꝓbant per multas auctoritates scripture. Nā xp̄s scēm ipsos passus est luna. xiiij. vt implerēt figura legis de agno paschali: qui immolabatur luna. xiiij. Planum est autem q̄ die precedēte passionē suā ipse xp̄s hoc sacramentū cōstituit. ⁊ ideo preuenit comedere agnū paschalē luna. xiij. Tunc aūt luna. s. xij. fermentatus panis apud iudeos erat in vsu. non autem azimus adhuc. ⁊ sic xp̄s cōfecit in fermētato. ¶ Hoc ꝓbāt primo per illud. Jo. xiij. vbi dicitur q̄ iudei nō introierunt in pretorium pilati: vt nō cōtaminarētur: sed māducarēt paschā. pascha autem hic accipitur pro agno paschali: qui debebat manducari luna. xiiij. ad vesperaz diei. ergo luna. xiiij. passus est xp̄s: ⁊ traditus est pilato. ⁊ per cōsequēs luna. xiij. comedit agnum paschalē. ⁊ sic cōfecit in fermētato. ¶ Scdo per illud Joā. xiij. vbi dicit q̄ ante diez festū paschē ⁊c. Et sequit̄ totum illud de cena ⁊ institutione eucharistie. sed die festū pasche ibi accipit pro die in quo māducabatur agnus paschalis. Et sic fecit illa: que ibi dicuntur luna. xiij. ¶ Tertio per illud Mathei. xxvj. dicit ibi q̄ iudei cōcordauerunt occidere xp̄m dicētes. nō in die festo: qui dies festus principalis erat luna. xv. numeroꝝ. xxviij. Dicitur em̄ ibi. xiij. die mēsis primi phase celebrabitis. ⁊. xv. die solēnias supple principalis. Sed sicut cōcordauerunt ita ⁊ perfecerūt. igit̄ nō occiderunt eum luna. xv. sed. xiij. ergo ⁊c.

Jo.18.

Jo.13.

mat.26.

Contra grecos.

¶ Sed opinio. grecorum falsa est. dico em̄ primo contra eos q̄ xp̄s passus fuit luna. xv. ⁊ per cōsequens fecit cenā et instituit sacramētum luna. xiiij. hoc ꝓbatur expresse per illud Mathei. xxvj. vbi dicitur q̄ prima die azimoꝝ quesiuerunt discipuli: vbi vis paremus tibi manducare vel comedere pascha. Et Marci. xiij. prima die azimoꝝ q̄n pasca immolabāt: dixerunt. quo vis eamus: ⁊ paremus vt manduces pascha. Et luce. xxij. venit dies azimorum. in qua necesse erat comedere vel occidi pascha. Et vbi dicimus q̄ xp̄s cōmisit discipulos dicēs: euntes parate nobis: vt māducemus pascha. z ibi semp accipitur pascha pro agno paschali. ¶ Ex quibus omnibus ptz. q̄ prima die azimoꝝ scilz luna. xiiij. comedit xp̄s agnum paschalem. Juxta illud prealegatum numeroꝝ. xxviij. Et ita recte die ⁊ hora qua debuit comedi agnus paschalis: comedit ip̄m xp̄s scz luna. xiiij. ad vesperā diei ⁊ in crastino fuit occisus scz in. xv. luna in die solēnitatis paschalis que dies erat prima solēnis integra. ¶ Ex his appa-

mat.26.

mar.14.

luce.22.

Xp̄s q̄n agnū pascha. cōmedit

ret simpliciter: q̄ xp̄s nō confecit in fermētato. sed probabilius dici potest q̄ in azimo. iudei enim tūc azimis vtebātur. ¶ Ex hoc dico tertio: q̄ non est necessarium conficere in fermētato: sed rationabilius ꝓficitur in azimo. potest tn̄ absolute loquendo confici in azimo vel in fermētato. q⁊ xp̄s instituit. ita q̄ de necessitate panis cōsecrabilis nō est: q̄ sit fermentatus: vel q̄ sit azimus. lz ꝓbabilius credatur: q̄ xp̄s ꝓfecerit in azimo. sed in vtraq̄ potest cōficī. Et azimus ⁊ fermētatum substātialiter ⁊ specifice nō differunt ēm Anselmum in libello suo de azimo ⁊ fermētato. Et ideo nō nego ipsos grecos veraciter ꝓficere. lz vnitas specifica nō sit cogens argumentum: sicut nec supza de pasta ⁊ pane: si tn̄ ista sunt eiusdē speciei. Quod ptz etiā: q⁊ tempore leonis pape fuit ꝓstitutum: q̄ ꝓficeretur in fermentato: sed hoc fuit ad tps ad extinguēdum hereſim hebyonitarū: qui dicebāt: q̄ necessarium erat xp̄ianos iudaizare. ⁊ per ꝓsequens pascha suum in azimo ꝓficere: sicut fecerunt iudei. Et ad extinctionē huius hereſis fuit ordinatum ꝓficere in fermētato Cessante vero illa hereſi redit ecclesia occidētalis ad primā ꝓsuetudinē: que est cōformis institutioni xp̄i ⁊ pmulgationi facte per eius vicarium petrū. Non est igitur de necessitate sacramenti ꝓficere in azimo. sed hoc est de necessitate ministri in ecclesia latina. Et forte etiā grauiter peccāt greci qui non cōformāt se ecclesie petri: maxime cū hic habeatur fundamētum solidum: q⁊ sic xp̄s instituit hoc sacramētum celebrādum sicut superius est probatum. lz nō sic necessario: quin aliter possit fieri: ⁊ in fermētato celebrari.

ad auctoritates ꝓ grecis. Nota.

¶ Ad auctoritates grecoꝝ soluendas: notandum: q̄ ēm innocētium de officio misse parte. iij. ca⁹. iiij. pascha multiciter accipitur. vno modo pro solēnitate azimorum: que dies erat luna xv. primi mēsis. scdo pro die in cuius vespere comedebatur agnus paschalis. qui erat luna. xiiij. tertio pro hora determinata imolationis agni: q̄ erat pars illius diei. xiiij. lune. quarto pro ipso agno qui comedebatur ⁊ immolabaꝫ. quinto modo pro panibus azimis: qui comedebantur per totum tēpus solēnitatis azimoꝝ. Ad ꝓpositum dico ad primam auctoritatē. Joan. xviij. q̄ ibi accipitur pascha nō pro agno paschali: sed pro pane azimo quem comedere debebant ipso die solēnitatis paschē que erat luna. xv. ¶ Ad scdam dico: q̄nō accipitur ibi pascha pro die in qua immolabaꝫ agnus: sed pro die solēnitatis luna. xv. ⁊ sic die precedēte lunā. xv. scz lunā. xiiij fuerunt illa facta. ¶ Ad tertiā que magis videtur cogere dico: q̄ iudei nō perfecerunt sicut cōcordauerant q̄tum ad tps vel diē: sed in die festo luna. xv. quam putauerunt vitare: ne fieret tumultus in populo xp̄s moritur⁹ est: ⁊ passus. et tumultus magnus factus est in populo: sicut ptz attēdenti. ¶ Ad figurā vero de agno paschali: qui immolabatur luna. xiiij. ⁊ figurabat xp̄m dico: q̄ nō fuit figura mortis xp̄i q̄tum ad tps determinatū occisionis agni lz bene q̄tum ad occisionē ⁊ agnū. vel forte magis ad ꝓpositum dico. q̄ illa fuit figura imolationis xp̄i in sacramēto altaris: quod fuit institutum luna. xiiij. sicut patet ex predictis.

materia sāguinis qualis.

¶ De materia cōfectionis ipsius sanguinis dico: q̄ est vinum de vite naturale de vua vel botro expressum. q⁊ pars nutritionis q̄tum ad potum prin

cipaliter consistit in tali vino. vnde ptz: q̄ aliud vinum naturale puta vinum pomoꝝ vel hmōi: nec aliquod vinum artificiale: nec vinū etiā nō expressum de vua nō sunt materia huius sacramēti. q̄diu em̄ vinum est in vua: magis habet rationē comestibilis q̄ potabilis Quare aūt vinum tale predictū est materia sacramenti hoc est ex institutione xp̄i. Aquam aūt misceri nō est de necessitate sacramenti: sed de necessitate ministri vel precepti ecclesie romane. ⁊ xp̄s etiā q̄n cōfecrauit: aquā vino miscuit ēm Damas. lib. iij. ca. v. xp̄s (inquit) calicem ex vino ⁊ aqua tradidit discipulis suis dicēs. bibite ex hoc oēs. hic est sanguis meus ⁊c. Et congruentia huius admixtionis potest dici significativa unionis populi xp̄iani cum xp̄o: vel potiꝰ in recordationē: q̄ de latere xp̄i fluxit ille sanguis cū aqua: sicut videtur etiā sentire innocētius. Q⁊ autem aqua nō sit necessaria simpliciter. ptz. quia nec fit consecratio: donec aqua fuerit in vinum conuersa. ⁊ ideo debet apponi modicum de aqua. vt cito conuertatur.

Damas.

q̄ aq̄ nō est simpliciter necessaria.

Hec de materia huius sacramenti: ⁊ per cōsequēs de secundo articulo principali.

de formis verborū consecratiōis corpo. xp̄i.

¶ Quantum ad tertium artículum de forma verborum cōsecrationis corporis.

Primo dicēdum: q̄ verba precisa consecrationis panis q̄ sunt de necessitate sacramēti: sunt ista quattuor scz hoc est corpus meum. Et hec quattuor tn̄ intrinsece ad formā cōsecrationis pertinēt. Unde li em̄ quod interponitur: nō est de necessitate sacramēti: licet sit de necessitate ministri vel precepti ab ecclesia. Et hoc (sicut dicit vn⁹ doctor) ad cōtinuationem verboꝝ: que ponuntur in canone. Accipite et manducate ⁊c. hoc est em̄ corpus meum. vel ad ostēdendum illa verba quattuor sine precedētibus ꝓferātur. sicut dicit vnus alius doctor. vel ad ostēdendum efficaciā verboꝝ. ¶ Sed tūc est dubium: vtrum sacerdos ꝓferens intētione consecrādi illa quattuor verba precise scz hoc est corpus meum: nō dicēdo verba precedētia super materiā debitā: consecraret vel cōficeret corpus xp̄i veraciter. Et videtur aliqui dicere q̄ non. sed opz: q̄ dicat verba precedētia aliqua: ⁊ ab illo loco cōmunicantes ⁊c. vt videtur dicere. Tum qz ad hoc: q̄ sacramētalia verba habeāt efficaciā: opz q̄ ex virtute sermonis intelligātur esse dicta in persona xp̄i: cuius est illud corpus: de quo dr: hoc est corpus meum. Alioquin em̄ falsa esset oratio de virtute sermonis in ore proferentis; dicendo hoc est corpus meum. significaretur em̄: q̄ esset corpus dicētis. sed talis intellectus de virtute sermonis haberi nō potest: nisi dicātur verba precedētia: vt ptz intuēti. ergo ⁊c. Tum qz si dicatur: q̄ intētio ꝓferentis est dicere verba illa in persona xp̄i: hoc nō valet. qz intētio ministri ꝓferentis lz esset talis: tn̄ omni audiēti de virtute sermonis oratio esset falsa. ideo ⁊c. Tum qz opz signū sensibile cuiuslibet sacramēti esse clarum certum et efficax respectu effectus sacramenti. illa aūt verba nō sunt tale signum respectu corporis xp̄i: nisi dicātur vel exprimātur verba precedētia. Tum qz hoc videtur sentire ecclesia per appositionē huius dictionis em̄. que est cōtinuatiua verboꝝ precipuorum cum precedētibus. Tum qz hoc videtur sentire Ambrosius de cōsecratione di. scda. panis in altari ⁊c. Et sequitur. cōsecratio quibus verbis fit.

Bonum dubium.

Ambros

Attendite: que sunt verba. Accipite ꝛ edite ex hoc oēs. hoc est corpus meū vbi videtur ꝓiungere verba illa scz. accipite ꝛc. tangꝫ verba consecrationis. quod nō est sic intelligēdum scōm istos ꝙ sint essentialiter pertinētia ad necessitatē cōsecratiōis: sed tangꝫ necessario ꝓmittenda. ꝛ non solum illa. sed etiā aliqua ꝓcedētia in canone. ex quibus ve virtute sermonis nostri ptz: ꝙ ista: hoc est corpus meū dicuntur in persona xp̄i. Unde nō sine causa ecclesia ꝓnectit ita canonē misse ab illo loco cōmunicantes ꝙ vsqꝫ ad illum locum. Supplices te rogamus ꝛc. non est aliqua oratio que non ꝓnectatur necessario cum precedēte per aliquē modū: vt ptz intuēti.

Forma ꝑbox ꝓsecra. sanguinis. 1. modus

¶ De forma vero cōsecrationis sanguinis dicunt aliqui: ꝙ sunt oīa verba illa: simili modo postea ꝗ cenatum est ꝛc. vsqꝫ ad illa. Hec quotiēscunqꝫ ꝛc. hoc facite in meā cōmemoratiōnē exclusiue pertinent essentialiter ad formā ꝓsecrationis. ¶ Et ratio eoꝝ est. qꝛ oīa sunt de cōtextu vnius orationis: sicut ptz. Unde ista verba nouī ꝛ eterni testamenti qui ꝓ vobis ꝛc. ponunt ibi: vt quedā specificationes sanguinis. Et li qui tāgꝫ relatiuū pertinēs ad eandē orationē cū antecedēte suo scz cū sanguine. et per cōsequens ad eādem formam cōsecrationis.

Modus auctoris circa predicta.

¶ Sed de istis formis dico aliter. primo de forma consecrationis corporis: ꝙ de essentia ꝛ necessitate ipsius sacramenti simpliciter sunt ista quattuoꝛ verba tātum. scz hoc est corpus meum. ita ꝙ sit sacerdos intētione cōficiendi supermateriā debitam diceret: hoc est corpus meum ista quattuoꝛ verba. vere ꝓsecraret: ꝛ adorandus esset xp̄s vere sub specie panis. Tum quia xp̄s sic instituit: ꝛ in his verbis ꝓsecrauit: vt in forma precisa: et clare ꝛ euidēter significāte effectum sacramēti. Tum qꝛ verba illa precedētia. ꝛ precipue verbum illud accipite ꝛc. de quo precipue videꝛ: nō significat in aliquo effectum sacramēti: sed magis vsum vel esum. igitur non pertinet ad necessitatē forme. Et hoc tenuit ecclesia ꝛ fideles doctoꝛes oēs vsqꝫ modo. ¶ Dico tn̄ scōo: ꝙ de necessitate ministri et precepti in ecclesia latina multa alia verba pertinent ad hāc formā: sicut est hoc verbum em̄ interpositum verbis forme: ꝛ etiā verba precedentia in canone ꝛ precipue illa accipite ꝛc. immo de oibus verbis canonis precedētibus vniuersaliter preceptum est. vt nullus celebꝛet. quin dicat illa verba. Et si omitteret dicere: ꝛ sic ꝓficeret: grauiter peccaret. Unde ꝛ ipsimet dicunt ꝙ si em̄ nō est de necessitate sacramēti. sed ministri: ꝛ multominꝰ de aliis verbis videretur. ¶ De forma vero sanguinis dico primo: ꝙ magis videretur dubia: an sit illa certa forma: que habetur in canone misse qꝛ ab aliquo euāgelista nō inuenitur sic posita vel expꝛessa. Sed firmiter oino tenēdum est: ꝙ certa ꝛ vera forma in canone ponitur. Et ad hoc tenēdum sufficit auctoritas ecclesie: que hoc ponit. Multa em̄ accepit ecclesia sibi certa ab apostolis ꝛ successoꝛibus ipsoꝝ que nō sunt scripta. Unde nō cogit illud de euāgeliis. qꝛ euāgeliste magis curabāt texere hystoriā: ꝗ prefigere vel determinare formam huius sacramēti. Vel etiā ꝛ verius dicēdum: ꝙ eā expꝛesserūt euangeliste ꝗtum ad illud qō est ibi de necessitate sacramēti. Nec obstat etiā: ꝙ greci vtūtur alia forma: ꝛ tn̄ vere ꝓsecrant. Utuntur em̄ hac forma: qui est sanguis meus ꝛc. Nam sicut puto illa quattuoꝛ verba sunt de necessitate sacramēti vel cōsecrationis tm̄. ¶ Scōo dico: ꝙ de necessitate sacramenti vel ꝓsecrationis nō sunt precedentia scz ab illo loco: simili modo ꝛc. vsqꝫ ibi hic est ꝛc. Et hoc patet ratione sicut dictum est supꝛa de verbis precedētibus ista verba scilz. hoc est corpus meū. ¶ Tertio videtur mihi: ꝙ precise ꝛ de necessitate ꝓsecrationis sunt quattuoꝛ verba scilicet ista hic est sanguis meus. lz nō sit necessarium: ꝙ sic ponātur: vel expꝛimātur. sed aliter expꝛimuntur in forma nostra: hic est em̄ calix sanguinis mei. Et dico ꝙ li em̄ nō est de necessitate sacramenti: sicut dictum est supꝛa in cōsecratione coꝛporis. similiter li calix absolute loquēdo verum est tn̄: ꝙ ibi ponitur calix sanguinis mei loco istoꝝ duoꝝm verboꝝ sanguis meus. quia ibi ponitur sanguis xp̄i sub ratione vel forma potabilis ad refectionē spiritualem mentis. Sed expꝛessio calicis non est de necessitate verboꝝ. Unde nec expꝛimitur calix in forma grecoꝝ tradita ipsis ab apostolo paulo. Et ꝙ illa verba quattuoꝛ sint de necessitate cōsecrationis patz eodē modo: sicut dictum est supꝛa: ꝙ in ꝓsecratione coꝛporis necessaria sunt quattuoꝛ illa verba coꝛrespōdentia quattuoꝛ predictis. Necessarium est tn̄ ministro in ecclesia latina sic expꝛimere formā ꝛ verba precedētia ꝛ aliqua sequētia sicut iacēt in canōe. Alioquin grauiter peccaret. ¶ Quarto dico: ꝙ verba sequētia scz nouī ꝛ eterni testamēti qui ꝓ vobis ꝛ pro multis effundetur ꝛc. nō sunt de necessitate forme vel consecrationis: lz sint de necessitate precepti apud ministrum: lz etiā sint determinationes quedam et specificationes sanguinis: ꝛ pertineāt ad eundem ꝓtextum orationis ex appositione ꝛ determinatione ecclesie ad deuotionē excitādam. Sic em̄ posset adhuc vel potuissent apponi multa alia etiā ad formam coꝛporis. sicut si diceꝛet hoc est corpus meum tractū. de virgine passum ꝓ vobis: vel hmōi: que tamē nō essent de necessitate sacramēti. Similiter etiā verbum eterni ꝛ mysteriū fidei in nullo euangelista inuenitur. ꝛ tn̄ puto ꝙ ꝗtum ad necessitatē sacramēti ipsi expꝛesserūt formā. ¶ Ultimo dico: ꝙ nec illa verba: hoc facite ꝛc. vel hec quotiēscunqꝫ ꝛc. non ꝓtinent ad formā sicut de necessitate sacramenti. Tum qꝛ nō sunt de necessitate sacramēti in consecratione coꝛporis nec ponuntur ibi. Tum qꝛ etiā xp̄s illo verbo dedit apostolis potestatē ꝓficiēdi: ꝛ fecit eos sacerdotes. Tum qꝛ illud fuit preceptum de vsu ꝓsecrationis. igitur non pertinet ad formam consecrationis essentialiter ꝛc.

¶ Ad ꝓmum aliozum qui ꝓbant: ꝙ illa verba ꝓcedētia. hoc est corpus meum: sunt de necessitate sacramēti: ita ꝙ alias nihil fieret: dico ꝙ verba illa sufficienter possunt intelligi esse dicta in persona xp̄i ab omni fideli: qui nouit institutionē hui⁹ sacramēti factā a xp̄o: dato: ꝙ nō expꝛimātur verba illa precedentia: lz nō ita expꝛesse sicut cum verbis. Et preterea non opꝛ: ꝙ sic intelligātur esse dicta: sed sufficit: ꝙ cum intētione debita super materiā ꝓuenientem verba talia ꝓferātur: que xp̄s ꝓferri instituit. ꝛ hoc sufficit. ¶ Ad scōm per idem. ¶ Ad tertium dico ꝙ hoc nō vult denotare ecclesia apponēdo em̄: sed apponit em̄ causa illa: que dicta est supꝛa. ¶ Ad quartum dico: ꝙ ambꝛosius nō vult verba illa esse oīa de necessitate consecrationis, sed bene vult. ꝙ omnia sint dicenda de necessitate precepti. ¶ Ad motiuum aliozum de forma sanguinis patet: ꝙ nō valet ex predictis.

Adrōes aliozum.

¶ Sunt autem aliqui qui dicunt: ꝙ de precisa forma ꝛ necessaria ex parte sacramēti nō est certū: nec omnino determinatū: per aliquā viam a deo reuelatam sed omnia verba sicut iacent in canone debēt dici cum attētione ꝛ reuerētia: ꝛ cum intētione ꝓferendi verba illa: que sunt necessaria ad necessitatē ꝛ que nō sunt necessaria ad solennitatē. ¶ Ex quo concludunt: ꝙ si aliquis tantū ꝓferret illa quattuoꝛ verba sup panē nō esset adoranda talis hostia: nisi sub conditione: si est consecrata. Ex quo etiam cōcludunt scōm: fatuū esse ꝛ temerariū dictum aliquoꝝ ꝙ ministri ecclesie debēt esse certi de qualibet forma verboꝝ cuiuslibet sacramēti q̄d ad ipsam p̄cise ptineat: ꝛ q̄d non. ad hoc vt minister cōferat sacramētū. patet in ꝓposito similiter de forma absolutionis penitētialis nulli est certū: que sint verba precisa illiꝰ quātum ad necessitatē sacramēti. Et sic etiā de aliqb⁹ aliis. ꝛ ita nullus deberet vnq̄ talia sacramēta ministrare. ¶ Dicūt ꝙ in ꝓposito temerariuꝫ est hoc vel illud affirmare. qꝛ dubiū est hoc: ꝛ sine aliquo periculo ignoratur: ¶ Magis tn̄ videtur michi probabilis scōs modus dicēdi ꝗtum ad ꝓpositū de eucharistia. Et satis hoc videtur cōstare ꝙ illa que dicta sunt ibi. nihil volo tamen sup hoc temerarie affirmare.

Adargā principalia.

¶ Ad ꝓmum principale argumētū dico: ꝙ sacramētū eucharistie accipiēdo cōplete ꝛ perfectū cōsistit in rebus ꝛ verbis: nec manet complete perfecte post verba sicut dictū est supꝛa. Aliter dicerēt alij: ꝙ nō oportet sacramētū esse essentialiter cōsistere in rebus ꝛ verbis: sed bene verū est ꝙ verba necessario requiruntur ad hoc vt habeaꝫ sacramētū: ita ꝙ sine ipsis nō posset haberi. tn̄ aliquod potest manere sine verbis. ¶ Ad scōm dicēdum: ꝙ maioꝛ non est vera de omni sacramēto absolute accepto: sed benevera est de sacramēto suscepto: vel in sua susceptione et sic etiā eucharistia confert gratiā ipsi suscipiēti. Aliter dꝛ ꝙ sacramētū eucharistie causat gratiā. non habitualē gratū facientē sed donū aliquod dei gratis datū: puta ꝓsentiā coꝛporis christi sub specie bus: ꝛ trāsubstātiationē panis ꝛ vini in coꝛpꝰ ꝛ sanguinē christi. ¶ Ad tertiū dico: ꝙ sacramētum eucharistie est vnum nō vnitate indiuisibilitatis: sed vnitate ordinis et significationis vnius complete et perfecte refectionis sicut dictum est est supꝛa.

¶ Distinctionis Octaue.
Questio Secunda.

¶ Secundo q̄ro vtrū ista oratio hoc est coꝛpꝰ meū in cōsecrando vel cōficiendo coꝛpus christi sit vera vel falsa: ¶ Videtur ꝙ sit falsa. qꝛ li hoc non demonstrat: nisi ꝓ instanti ꝓ quo ꝓfertur: ꝛ aliquid ꝓsens qñ cōiungit̄ ꝑbo pūtis tpis. sed ꝓ illo nō est ꝓsens coꝛpꝰ xp̄i: vt patet. ꝙ oꝛo est falsa. ¶ Itē aut li hoc demonstrat coꝛpꝰ xp̄i: aut demōstrat substātiā panis: aut accidētia vel species. sed nō demōstrat coꝛpꝰ qꝛ tūc nichil aliud esset dictu, hoc est coꝛpus meū: ꝙ coꝛpꝰ meū vel xp̄i ē coꝛpꝰ meū vel xp̄i: ꝛ hoc ē nihil dictu ergo demōstrat substantiā vel accidētia, sed veroꝙ modo est falsa. ꝙ ꝛc. ¶ Tertio sic oratio nō est vera significās aliquā rē esse anteꝙ illa res sit. fs. ista oꝛo significat coꝛpꝰ xp̄i esse ꝓsens: anteꝙ coꝛpꝰ xp̄i sit ꝓsens: qꝛ ista est forma sacramēti. oportet ꝙ sit effectiua ꝓsentie coꝛporis xp̄i: sicut effectus sacramēti. sed ꝓ ius saltē natura significatiua est ꝙ causet vel efficiat. vt patet. ergo ꝛc.

¶ Contra in sacramēto veraciter oꝛo falsa non potest esse forma. sed ista potest esse forma consecrationis in eucharistia: vt dictum est supꝛa. ergo ꝛc.

¶ In ista questione sic ꝓcedā.

¶ Primo recitabo aliquas opiniones de ipsa. et arguā cōtra eas. ¶ Scōo ponā vnā aliam: quam magis intelligo. ¶ Tertio instabo contra eam: et soluam. ¶ Ultimo ad rationes principales.

De hac oꝛoe hoc est coꝛpꝰ ꝛc. 1. opinio.

¶ Quantum ad ꝓmum articulus est vna opinio dicētiū: ꝙ hec oratio. scz hoc est coꝛpus meū oꝛ a sacerdote cōsecrāte materialiter recitando dictū christi. ꝛ nō dicit eā formaliter ꝛ significatiue. Hoc videtur ꝓtēdere verba. que precedunt in canone. ꝛ ideo nō oportet ꝙ sit oratio vera vel falsa: qñ ꝓfertur. qꝛ significatiue nō ꝓfertur: ꝛ magis recitatiue et materialiter. ¶ Scōo dicunt ꝙ christus per hec verba. seu per hāc orationē nō cōsecrauit: vel cōfecit. sed tūc cōsecrauit: qñ ante ꝓlationē istoꝝm verboꝝ panē benedixit. sicut etiā oꝛ in canone: ꝛ facta bñdictione panis ꝛ cōfectione coꝛpis: tūc dixit discipulis: accipite: hoc est coꝛpus meū ꝛ vera fuit oꝛo tūc formalit. ꝛ significatiue dicta a xp̄o. qꝛ tūc veraciter sub illis spēb⁹ erat coꝛpꝰ xp̄i. Sed sic nō oꝛ a sacerdote per ipsam consecrāte. sicut patet ideo ꝛc. Et hāc opinionē videꝛ tenere inocēti⁹ de officio misse ꝓte. iij. ca. vj. ꝛ. xiij.

Contra precedē. opinionē

¶ Contra istā opinionē arguiꝫ ꝓmo qꝛ nō est verisimile: ꝙ xp̄s nō ꝓfecerit per ista ꝑba. qꝛ ipe ꝓstituit esse ꝓficiēdū ab aliis ministris per ista verba. ꝛ nō est verisimile: ꝙ aliā formā ipe obseruauerit. vel ꝙ ꝓfectio coꝛpis christi habuerit duas formas: vnam quā xp̄s ꝓfecrauit: ꝛ aliā qua modo aliꝫ ꝓfecrāt. Nec reperit hoc i aliis sacramētis: nec ad hoc habetur alia auctoritas cogēs: nec etiā verba aliqua in quibus cōsecrauerit. ¶ Scōo. qꝛ si christ⁹ in his ꝑbis ꝓfecrauit: sicut potuit facere: ꝛ ꝑbabile est ꝙ fecerit: restat difficultas q̄stiōis an ii in oꝛe christi fuit oꝛo vera vel falsa. qꝛ dici nō pōt: ꝙ ipam dixerit materialiter vel recitatiue: sicut dicūt de quolibet alio sacerdote: qꝛ dicit eā significatiue per hoc volens aliquid significare et expꝛimere apostolis: sicut patet ex verbis et intētiōe euāgelij. Et similiter xp̄s si esset modo viator: eisdem verbis posset cōficere. ꝛ remanet eadem difficultas questionis insoluta. ¶ Alie rōnes adducuntur cōtra predictam opinionē: de quibus non video ꝙ concludant. ideo dimittantur.

¶ Secunda opinio est: ꝙ hec oꝛo ꝓfert ꝛ. opinio materialiter ꝛ significatiue. et est vera per hūc modū. Mā istud ꝓnomē hoc (qꝛ ꝓnomē ponit̄ loco nois: ꝛ significat merā substā)

potest demõstrare aliquid pro quacũq; differentia temporis nõ solum pro parte presenti. nec ad hoc etiã determinari põt vel restringi per verbũ psentis tpis oppositũ cum dr est. qz verbum significat p modum distãtis. nõ autẽ per modum adiacentis: sicut adiectiuũ nomen: vel participium. vnde z adiectiuũ vel participiũ bene restringitur z determinatur illud nomen cui addit. Sicut dicẽdo homo albus. tenetur homo tantũ pro homine albo: z dicẽdo homo legens vel presens z hmõi. Sed qñ dicitur homo est albus: nõ restringitur ibi homo aliquo modo per aliquid ex parte verbi vel appositi. qz quodlibet istorum distat ab ipso in oratione. ¶ Secundo dicũt isti: q istud pronomen hoc potest demonstrare z demõstrat aliquid ad sensum: z aliquid ad intellectum. Aliquid ad intellectum in recto. aliquid ad sensum in obliquo. Et tunc est sensus orationis: hoc id est. aliquid presens vel de primo futurum sub his speciebus est corp9 meũ. z est dissũctiua vera pro altera parte tantum. quia scz aliqd de proximo futurum sub speciebus qñ proferũtur verba est corpus christi. Hec est opinio.

Contra scdaz opinionem.

¶ **Sed contra** istã opinionem etiam arguo primo. qz scdz istum doctorẽ licet tota oratio nõ significet vsqzquo perfecta sit prolatio eius: tñ quelibet pars significat: qñ profertur. ergo istud pronomẽ hoc tunc significat z per pñs demonstrat aliquid qñ profertur. sed qñ profertur nõ potest demõstrare corpus christi. qz nondum est presens. g nõ demonstrat ipsum et p pñs aliquid aliud: qđ non est corpus christi. et sic. oratio est falsa. ¶ Et confirmatur. qz si dicitur q immo li hoc demonstrat corpus christi futurũ: non presens adhuc: et hoc est possibile: quia statim z de proximo futurũ: pari ratione potest dici vel posset de aqua statim corrumpẽda z cõuertẽda in ignem: hoc est ignis. hoc aũt est falsum. g ẽ. ¶ Tertio qz propositio dissũctiua nõ ponit alterã partẽ determinate. sed pcedere ex ipsa ad alterã partẽ determinate est fallacia psequẽtis. igit si hec est oro dissunctiua de psenti sub spẽbus vel de primo futuro nõ ponit determinate vnã partẽ subiecti respectu ipsius predicati: sed indifferẽter vtrũq; g cum per istã orationẽ nihil efficiat: nisi vt significatiua est: etiã scõm ipsos: nihil determinate ponitur sub speciebus. Nec plus illud qđ futurũ est statim sub speciebus: est corpus christi: cũ illud quod nũc est. ¶ Quarto. qz sicut argutũ est de pronomine: ita põt argui de copula vel de verbo presentis: qđ tũc significat qñ profertur: z ponit significatũ suũ presentialiter copulando predicatum circa subiectum vel qualibet partem subiecti. igitur subiectum non supponit pro aliquo futuro: sed tãtum pro presenti. vel si pro futuro: oratio necessario est falsa vt videtur. Nec videtur conueniẽs: q verba sacramentalia que sunt signa certa z efficacia: sint verba sic dubia sub tali disiunctione exponẽda. ¶ Quinto qz li hoc vel supponit in ista oõne disiunctiua pro re presenti: z est falsa vel p futura: z tunc cum res illa nõ sit presens cũ platione orationis: ex illa oõ de presenti nõ põt dici vera. ¶ Sexto. qz ista opio est cõtra artẽ de suppositionibus. in qua dicitur q nomẽ cũcunq; significet sine tpe: tñ per verbum presentis tpis bene restringitur ad supponendum pro presentib9: nisi illud verbũ ex se vel ex aliquo adiuncto habeat virtutẽ ampliandi. vnde cũ dico hõ currit hõ solum tenet pro suppositis presentib9 Sed cũ dico homo põt currere: nõ oportet: q p presentibus tantũ. Nõ solũ cñ homo qui est: põt currere: sed etiã homo qui põt esse. quare zc.

¶ **Tertia** est opinio: que dicit: q li hoc demõstrat substantiã panis sub accidẽtibus z q propositio est vera: qñ proferr sub hoc sensu: hoc est corpus meũ: verum est figuraliter vel significatiue. qz est signum corporis mei. qđ est vere cibus: z per panem designatur. 3. opinio.

¶ **Sed ista** positio nõ tenet. qz ita posset dici semper de quolibet pane q esset corpus christi. nec isto modo significaretur inesse corpus christi verum: nec poni: nec aliud in ipsum trãssubstãtiari. z ita non essent verba ista sacramẽtalia nec efficacia. sed figuralia vel methaforica. sicut etiam istud verbum christi. Ego sum vitis vera vel hmõi. ¶ Secundo. quia ista positio videtur fouere illam: que posuit erronee corpus christi non conuerti in isto sacramento veraciter z realiter: sed solum sicut in signo. Contra 3. opi.

¶ **Quarta** opinio fuit: q istud pronomen hoc demonstrat substantiã panis adhuc sub suis accidẽtibus existẽtẽ. sed demõstrat ipam vt terminũ a quo cõuersionis fue in corpus christi. li est vero significat conuersionẽ ipam instantaneam. in qua simul est fieri z esse. Et corp9 meum significat terminum ad quem conuersionis, et tunc est sensus: hoc est corpus meum panis iste fit corpus meum. et hoc est verum. 4. opi.

Sed contra istam opinionẽ arguo primo. q ista factio vel conuersio nõ est: qñ proferũtur. ergo oratio sic nõ põt esse vera. quia demõstrat aliqd presens scõm eos. Similiter si li hoc demõstrat substãtiã panis aut demõstrat eam ante conuersionẽ panis. z sic est falsa qñ dicit: q iam fit vel cõuertitur: aut demõstrat post cõuersionem: z sic adhuc est falsa. z nihil demonstrat. qz tunc panis non est. aut demonstrat in ipsa conuersione. sed hoc est falsum. quia conuersio nondũ est: quando proferur. sed in instãti terminatiuo prolationis verborum. igitur zc. Contra 4. opi.

¶ **Quinta** opinio est: q propositio est vera qñ sed nõ pro qñ proferr. qz tũc nõ habet suũ significatũ secũ sub specieb9 presens puta corpus christi. sed est vera pro qñ profertur scz pro instãti terminatiuo prolationis verborum: pro quo non profertur: z pro quo significatũ presens est sub speciebus ita q li hoc demõstrat verum corp9 christi: vt terminũ habitũ per prolationem istoz verboz: quasi per viã vel motũ quẽdam non ex natura rei: sed ex voluntate et ordinatione dei. Ponitur exemplum. quia ista propositio sortes curret cras vel cucurrit heri vera est: quando profertur: sed non pro quando profertur. quia pro illo tunc in quo profertur non est vnio extremorũ in re: sed fuit vel erit. Igitur possibile est etiam q oratio predicta sit vera non quando profertur vel pro illo tunc quando profertur: sed pro alio p quo profertur modo predicto. 5. opinio

¶ **Contra** istã opinionẽ (si sit subtilis) videt esse pmo: qz nulla ppõ videtur esse vera de pñti nõ habẽs suũ significatũ secũ. sed ista nõ habet suũ significatum secum ergo zc. Contra 5. opi.

¶ Secũdo. quia nulla videt ppositio vera de presenti pro qñ non est. licet sic esset de preterito vel futuro vt patet. Nec est simile de presenti sed pro illo instanti nõ est. igitur pro illo nõ est vera. ¶ Preterea etiam nec oratio vera est de preterito vel futuro: nisi quãdo est vel profertur. vnde ipsi assumunt et nõ oportet q sit vera qñ res est nec pro quando. in hoc enim differt ab oratiõe de presenti sicut alicui videretur. tñ oppositum ei9 dicitur infra in. iij. articulo. et ita non concludit hoc multum contra eos. ¶ Preterea ista opinio multum videtur declinare ad illam: que improbata est supra: que dicit q li hoc demonstrat aliquid futurum: vt patet intuenti. quia demonstrat aliquid futurũ pro illo instãti futuro: pro quo verificatur. ¶ Preterea etiã potest argui cõtra eos: sicut arguunt cõtra alios: q sic posset quelibet propositio de aliquo futuro verificari per verbũ presentis temporis: z posset dici q ignis generandus de aqua est. z sic de consimilibus. ¶ Adhuc sunt multi alij modi dicẽdi: sed dimitto gratia brevitatis. Ultim9 tamen dictus est bene probabilis. vnde et forte aliqua que sunt adducta contra ipsum: inferius dissoluentur. Hec de primo articulo.

Alia opinio doct. placens.

¶ **Quãtum ad secũdum articulum** est vna alia opinio que est talis. primo premittit aliqua. postea propositũ. Premittit primo q cõceptus z sensus totius orationis nõ habetur ante cõpletionem z terminationem ipsius orationis. hoc patet. qz nec habetur significatio oĩm dictionum in ipsa positarũ ante talem terminationẽ vel completionem. z cum sensus orationis nõ posset haberi ante significata oĩm dictionũ: patet pro posito. Similiter etiã patet qz nec habetur significatio dictionis in prima syllaba vel in scda: sed expectatur cõpletio z terminatio dictionis. sic videtur in proposito de tota oratione suo mõ. ¶ Secundo premittit. q licet quelibet dictio scõm se accepta suum significatũ exprimat ante terminationẽ orationis vel completionem. preter vltimam tñ inquãtum est pars orationis. nõ habet suũ significatũ ante cõpletionẽ vel terminationem oõnis. qz vt sic nõ habz esse nisi potẽtiale: vt pars in toto. nõ autẽ esse actuale distinctũ a tota oratione. ¶ Tertio premittitur q istud pronomen hoc demonstrat particulare entis: z nõ aliqđ particulare vel singulare alicuius vniuersalioris vel minus vniuersalis sicut etiam rationabiliter queritur de multis quid est hoc: z tñ non dubitatur quin sit ens. z hoc ens: puta singulare entis. sed dubitatur: quale ens sit g̃ tum ad genus speciem vel individua ipsorum habet eñ quodlibet cõmune suum particulare vel singulare correspõdens sibi scõm propriã rationem. sicut eñ est dare hunc hominẽ z singulare vel particulare speciei: ita hoc animal vel particulare vel singulare generis. ita etiam hoc ens z particulare entis. z sicut ens est prius animali z hoĩ: z animal est prius homine: ita suo modo correspondenter in eodẽ ente prius est particulare entis g̃ animalis: et prius particulare aĩalis g̃ hoĩs. prius eñ aliqđ est hoc ens: g̃ hoc animal. z prius hoc aĩal: g̃ hic homo. ¶ Sed ista suppositio mihi est dubia. qz sicut tenui in primo: ens nõ est vniuocũ nec vni9 rationis realis in entibus. Et ita nõ sic videtur sibi correspõdere propriũ singulare vel particulare ex natura rei distinctũ a pri9 a particulari generis vel speciei sicut gen9 a particulari vel singulari speciei Et ideo cõuenientius videretur posse dici q li hoc in ista propositione facit demõstrationẽ ad intellectũ oratione terminata vel cõpleta. z demõstrat particulare substãtie: per reductionẽ saltẽ. z tunc est sens9: hoc id est hec substãtia vel hoc ens qđ est substantia. ¶ His premissis ad propositũ dicit: q ista propositio vera est p instãti terminatiuo prolationis sue. Et est sensus eius. hoc est corpus meum. id est hoc ens qđ est substãtia cõtenta sub his specieb9 est corp9 meũ z pro tunc significatũ est in re sub specieb9: sicut oratio ipsa significat pro illo instãti terminatiuo platiõis. ¶ Scdo dicitur q ista oratio causatiua est sui signati suo modo: sicut et quelibet forma sacramentalis debet esse causatiua comodo quo sacramẽtis conuenit causare. qz tali oratione plata ex ordinatione diuina habet: q hoc cõtentũ sub specieb9 est corp9 christi: z q corp9 christi cõtinet sub speciebus. Unde li hoc nõ demonstrat individuũ signatũ z certũ alicui9 speciei: sed magis individuũ generis quasi vagũ z indeterminatũ. ¶ Tertio dr: q ista oratio vt est causatiua talis effectus vel presentie corporis christi sub speciebus est prior naturaliter tali presentia: et per cõsequens suo significato inesse. quia causa prior est naturaliter suo effectu. licet quãdoq; simul sit duratione sed in proposito nõ est etiam simul durationẽ. nã oõ est dum pferr. pfertur autẽ in tpe precedẽte illud instãs: in quo signatũ suũ habet scz corp9 christi presens. z planũ est q temp9 nõ est simul cũ instãti terminãte. ¶ Quarto dr: q nõ est causatiua vt vera nec vt falsa sed non vt neutra. q non vt falsa: patet: nec vt vera etiã. qz prius natura est causatius g̃ sit vera. nõ eñ est vera nisi quia significatum vel signatum est presens. z planum est q signatum esse presens presupponit orationem esse causatiuam: sicut effectus causam. Et q oratio bene sit prior natura sua veritate: patet. quia fundamẽtum prius est relatione fundata in ipsa. oratio autem est fundamentum veritatis sue quasi cuiusdam relationis ad obiectum et conformitatis etiam accidentalis. vnde z potest sibi non inesse talis conformitas. Eadem enim oratio potest esse falsa vel vera si cõformetur obiecto vel deformet sibi. ¶ Quarto dicitur cõsequẽter ad ista: q ista oratio nõ ẽ causatiua inq̃tum significatiua z vera illa veritate z significatione. quam nata est habere ex significatis dictionum. quia vt sic posterius vera est ad effectũ suum. sed magis est causatiua inq̃tum est signum sensibile quoddam a deo sic institutum ad hoc efficaciter significandum et causandum modo supra dicto de sacramentis. ¶ Ultimo dicunt aliqui volentes hanc positionem sustinere: q in illo instanti duration is: pro quo veritatur oratio predicta: imaginanda sunt tria signa nature. Primũ in quo vel pro quo propositio ẽ neutra: puta nec vera nec falsa. licet enim sit vera: tamen pro tali signo nature non convenit sibi. Et pro illo signo est prior natura presentia corporis christi sub specie panis: sicut causa prior est effectu. Secundum signum nature est ibi: pro quo est ibi presens corpus christi sub specie tanq̃ effectus talis propositionis vel orationis. Ultimo est ibi tertium signum. pro quo

Resolutio vltie opinionis

Nota

est ista oratio primo vera. quia sua veritas ex presentia corporis christi dependet et per consequens est posterior natura. Sicut etiam dicunt illi de prima opinione: ꝙ duplex veritas inuenitur in ista oratione. vna que est veritas disiunctiue: que superius exposita est scḋm eos. et est prior existētia corporis christi sub specie: sicut causa prior est effectu: et oratio causat scḋm ꝙ est vera tali veritate. Alia vero inuenitur veritas in ea; que est veritas certitudinis determinate de corporis christi sub speciebus determinate postq̄ habitum est. ⁊ illa veritas posterior est presentia corporis christi. nec scḋm illam veritatem propositio est causatiua. ¶ Sed primi ponentes opinionem huius secūdi articuli dicunt: ꝙ ista distinctio non est ad propositum q̄tum ad aliquid. ꝙ propositio vel oratio non est causatiua: nisi secundū qḋ est aliquid sensibile sic a deo institutum. sed pro quocunq̄ signo nature imaginato in illo instanti durationis terminatio illius prolationis oratio non est aliquid sensibile. Nec est nisi solum in conceptu spirituali: scḋm quod non habet esse sacramētale nec sensibile. quare ⁊c̄. ¶ Sic igitur patet scḋm istam viam breuiter recolligendo: ꝙ ista propositio hoc est corp⁹ meū quādo profertur: ⁊ dum est in proferri: nōdum dat intelligere suum significatū. ⁊ ita nec est vera nec falsa. sed in instanti terminatiuo illius prolationis sue est vera. non tñ est causatiua inquātum vera: vt dictum est: sed prius naturaliter et etiam duratiōe causatiua est q̄ vera. vel si non duratiōe saltem natura vt neutra. quēadmodū declaratum est supra. Si placet ista opinio teneatur. Hec de secundo articulo principali.

Nota.

Summatio opi. p̄cedētis.

Instātie ꝯtra vltimam opinionem.

¶ Quantū ad tertiū articulū sunt multe instantie difficiles ꝯtra istam positionē. ¶ Primo quia significare ⁊ verificari presupponūt esse propositionis vt patet. sed pro instanti terminatiuo prolationis oratio non est. sicut nec tempus prolationis est cum instanti. ergo tūc nō verificatur nec est vera. ¶ Secūdo per idē posset argui contra scḋm suppositum de dictione. Et confirmatur. quia idē habet significatum ⁊ non aliud ipsa dictio in oratione et per se sed si per se diceretur: statim ipsa prolata haberetur significatum ei⁹. ergo similiter in oratione q̄tumcunq̄ alie nondū sint prolate. ¶ Tertio sic contra tertiū suppositum. q̄r illud indiuiduū vel particulare entis vel substātie qḋ demōstrat̄ ꝑ istud pronomen hoc: aut est totaliter idē ex natura cū indiuiduo signato corporis christi. aut aliquid distinctū ab ipso. Si primo modo: tunc idē est dictu: hoc est corp⁹ meū. sicut corp⁹ meū est corpus meū. ⁊ tunc licet oratio sit vera: non tñ est forma cōueniens alicuius sacramenti. q̄r nec est effectiua. Quia enim homo sit homo: nulla est causa. vij. metha. Si ad distinctū ex natura rei: tūc habetur primo in sacramēto aliqḋ indiuiduū distinctū a corpe christi. qḋ est falsum. similiter ibi essent plura indiuidua simul. Et similiter in quolibet indiuiduo. vnde nō videtur gen⁹ habere aliqḋ indiuiduū anteq̄ descēdat in speciem. ⁊ postq̄ descēdit in speciē nō videtur habere aliā rationē vel differentiā indiuidualē a differētia indiuiduali ꝯstitutiua indiuidui speciei. ¶ Quarto contra primū dictū ad ꝓpositū. q̄r ꝓpositio de presenti vera necessario hꝫ secū suum signatū. Ab eo eñ ꝙ res est dicitur oratio vera. sed sic nō est in proposito. q̄r oratio illa nō est ꝑ illo instanti nec in illo instāti. ⁊ sic nō habet secum suum signatum. ⁊ est de presenti. ergo ⁊c̄. ¶ Quinto contra aliud dictū ꝙ scꝫ oratio est causatiua. q̄r aut est causatiua qñ est: ⁊ profertur: aut qñ non est. Non pōt dici qñ ꝓfertur: ⁊ est. q̄r tunc nihil est de effectu. nec pari ratione qñ nō est. q̄r non minus requiritur: ꝙ causa sit qñ causat: q̄ ꝙ effect⁹ qñ causatur. ¶ Sexto cōtra tertium dictū q̄r licet causa id quod est sit prior natura effectu: tñ inq̄tum causa est simul cū effectu. q̄r causa ⁊ effect⁹ sunt simul natura inq̄tum correlatiua. sicut ⁊ q̄libet alia relatiua. Nō ergo oratio illa inq̄tū causatiua est prior natura presentia illa corporis christi. ¶ Septimo cōtra quartū dictū: ꝙ oratio est causatiua vt vera nec vt falsa. cōtra oratio est causatiua vt est signū: sicut ⁊ sacramētū. sed vt signū est vera vel falsa. q̄r ista priuatiue opponūtur circa signum ⁊ circa orationem: vt videtur. ita ꝙ non est neutra. Aut enim cōformiter enunciat ipsi rei: ⁊ sic vera. aut nō cōformiter: et sic falsa. et inter contradictoria nō est medium pro quocunq̄ signo nature vel durationis. vt videtur ergo ⁊c̄. ¶ Octauo contra quintū dictū. quia vniformiter est ista oratio causatiua modo: sicut ⁊ qñ christus eam protulit conficiendo corpus suum. sed tunc naturaliter prius fuit significatiua ex proprijs dictionibus q̄ causatiua talis effectus vel saltem non posterius. ⁊ sic etiam vera: vt videtur. ⁊ causauit inquātum significatiua. sic alioquin non assumpsisset christus magis conuenienter hanc orationem q̄ aliquam vocem non significatiuam. quod non videtur verum. ergo sacramentum ⁊ cōsecratio sit eiusdem rationis modo sicut tūc: ita bene est causatiua vt significatiua. ⁊ per ꝯsequēs vera scḋm significationem suā ex proprijs dictionibus non solum ex institutione christi: licet non nisi concurrente institutione: sicut ⁊ tunc. Et sic videt̄ hec positio dubia in multis.

¶ Ad primum tñ istorum sustinendo eā dici pōt: ꝙ non cogit. nā ita cōcluderet: ꝙ cōcept⁹ format⁹ ꝑ dictionē haberetur ante terminationē dictionis vel prolationem ei⁹. Et tñ nō habet̄ sicut patet. Dicit̄ ḡ ꝙ tūc oratio significat: ⁊ verificari pōt: vel verificat̄: qñ ipsa nō est. scꝫ pro illo instanti terminatiuo sue ꝓlationis. licet eñ nō sit oratio in re vel in prolatiōe: est tñ in cōceptu ⁊ in mēte intelligētis eā quasi signū rememoratiuū vel representatiuū talis vnionis extremorū. vnde orationē esse verā magis est eā esse in mente: q̄ in rē. Unde ⁊ ipsa veritas ꝓpositiōis nō est nisi quidā respectus conformitatis scḋm rationem ad ipsam rē. Et aliquis potest habere ꝓpositionē veram in mente dato ꝙ nō proferat eam in re: sicut patet. Si dicas ꝙ oratio vera causat cōceptum verū in mēte: qñ est vera. sed nō pōt causare realiter: qñ nō est. ergo ⁊c̄. Dico ꝙ oratio in prolatione nō causat realiter cōceptū de ipā. q̄r nō est qñ causatur cōcept⁹ de ipsa. Sed dico ꝙ mens causat talē cōceptū: prius tñ oratiōe prolata: quasi aliquo prerequisito ad excitationem sensus per vocē sensibilē ⁊ excitationē ipsius. quo facto intellect⁹ apprehendens talem propositionē per discursum rememorando: talis oratio significat hoc: comparat ipsam ad vnionem extremorum significantem et si est in re pro qñ ipsam significat: iudicat eā veram. si nō: iudicat eā falsam.

posse locare plura corpora. quare ⁊c̄. ¶ Quarta ra
tio est ista. similis est limitatio angeli ad eē in loco
non localiter sicut corporis ad eē in loco localiter.
vt patet: sed angelus potest esse in pluribus locis
secundum modum nature sue non localiter proba
tio. quia posset deus cōuertere substantiam panis
in gabrielem: sicut dicetur infra: ⁊ etiam substan=
tiam alterius panis. sed facta conuersione duorū
panum gabriel simul esset in duobus locis: in qui=
bus p̄existebant panes ꝯuersi: sicut et corpus chri=
sti modo est in pluribus altaribus facta ꝯuersione
plurium panum in ipsum. ergo ⁊c̄. ¶ Quinta ra=
tio. sicut deus potest ꝯuertere substantiam panis
in substantiam corporis xp̄i: ita et quantitatem in
quantitatem. sicut etiam pobabitur infra. sed hoc
facto sicut corpus christi est in pluribus locis sa=
cramentaliter quando substantia tantum cōuerti=
tur in substantiam ex vi conuersionis secunduz ip
sos. quia substantia est ibi p̄mo tanq̄ per se termi
nus conuersionis. ita: esset corpus Christi in pluri
bus locis localiter. quia quantitas corporis Chri
sti esset primus terminus conuersionis: et ita esset
substantia ibi secundum legem quantitatis secun=
dum viam ip̄orum. ⁊ per consequens circūscripti=
ue. ¶ Sexta ratio ⁊ vltima est ista. non magis vi=
detur repugnare due habitudines vel pures itrin
secus aduenientes ⁊ consurgentes ex natura fun=
damenti: ꝙ fundentur in eodem fundamento ipso
non mutato nec multiplicato q̄ ꝙ due vel plures
habitudines extrīsecus aduenientes sic fundentur
in eodē fundamento indistincto. Magis enim vi=
detur aliquid mutari ad mutationem alicuius sibi
magis intrinseci: q̄ minus intrinseci ⁊ intrinseci.
⁊ minus videtur fundamentum adequari respetui
extrinseco q̄ intrinseco: ⁊ per consequens non mi=
nus videtur possibile: ꝙ vnum fundamentū inade=
q̄te fundet vnū respectuz extrinsecū: sz cū hꝰ possꝫ
fūdat̄ aliū: q̄ videat̄ d respectu itrīseco. cū igr̄ vbi
circūscriptiuum dicat ⁊ respectiuum extrinsecuz
corporis locati ad locum: videtur ꝙ in eodem sub
iecto secūdum idem fundamentum pessint funda=
ri talia plura vbi: non minus q̄ super idem funda=
mentum plures similitudines ad plures terminos
Resolu. vel hm̄ōi. quare ⁊c̄. ¶ Dico igitur ꝙ absolute lo=
huiꝰ opi. quēdo possibile est idez corpus eē simul iu pluribꝰ
locis circūscriptiue virtute diuina: sicut ostendunt
premisse rōnes. Ad hoc pt adduci auctoritas hu=
gonis libro. 2. de sacramentis parte. viij. ca. 2. q̄ fe
cit (inquit) vt vnū corpus eēt in vno fecit quomo=
Hugo. do voluit. ⁊ si voluisset aliter fecisset. Et videt̄ in=
telligere de modo eēndi ī loco localiter. qz sicut vi
detur: nō erat sibi dubium nec alicui fideli: quin sa
cramentaliter. Similiter etiam qz loquēdo de illo
modo s̄m quē corpora de cōmuni lege sunt in loco
loquebatur hugo. Et ita de mō eēndi circūscripti
ue in pluribus locis. ¶ Scd̄o dico ꝙ ꝓbabile ē ꝙ
aliquādo fuerit hoc factū de facto. ⁊ puto: ꝙ quo=
tiens dicitur Jesus xp̄us post ascensionē in celum
alicui apparuisse: vel corporaliter descendisse vel
sue matri in assumptione obuiasse: hoc fuisse factū
ita ꝙ xp̄us ad dexteram patris sursum residebat:
et tamen in alio loco erat simul localiter ⁊ circun=
scriptiue. Et hoc videtur consonum dicto Augu=
stini ꝙ donec finiatur seculū sursuz est dñs. Et vi
detur hoc intelligere de toto tp̄e post ascēsionem.
Isto modo etiā putatur fuisse factum in exequijs
beati martini: in quibus fuit p̄ñs beatus ambrosiꝰ
Nota. ⁊ tamen in ecclesia sua p̄ñs erat in loco multum di
stanti: vbi missam celebrabat. Isto mō etiā putat̄
de beato germano altisiodorensi: q̄ cū esset distans
vel in loco remoto: fuit tamen p̄ñs in exequijs bti
lupi trecēsi. Hoc mō etiā ꝓbabiliter pt dici: ꝙ fue
rit factū tp̄e beati francisci: quādo p̄dicāte btō an
thonio in capitulo arelateñ. beatꝰ franciscus cum
esset in loco remoto adhuc viuens corporaliter in
ostio capituli velud expansis in cruce manibꝰ seip
sum presentem fratribꝰ exhibebat. ¶ Tertio dico
ꝙ hoc fieri nō pt virtute nature vel agētis creati
nō ꝓpter incōpossibilitatē vel repuguātiam diuer
sorum vbi talium circūscriptiuoꝝ in eodem corpo
re locato: sed qz p̄taxatus est agenti naturali talis
modꝰ agēdi vt nō possit ponere vnuz corpꝰ in alio
loco nisi amoueat ip̄m ab alio loco p̄ori ⁊ nō possit
etiā ponere aliquod corpus in aliquo loco: nisi ex=
pellēdo aliud de eodē loco. ⁊ ita nō pt ponere duo
corpa in eodem loco: sicut infra in capi. de resurre
ctiōe magis apparebit. sz virtute diuina: cui nihil
est impossibile: nisi illd quod ex terminis implicat
contradictionem: vtrūq̄ īpossibile simpliciter. Et
puto ꝙ minꝰ eēt hoc mirabile: si fieret: q̄ sit de hoc
ꝙ idē corpus xp̄i ponitur simul in pluribus locis
siue sacramentaliter siue localiter in vno: sicut ī ce
lo: ⁊ in alio sacramentaliter. Et puto ꝙ illi qui ne
gant istud: pi ratiōe vel fortiori negarent illud: ni=
si p fidē cogerētur. Et est mirabile sicut dicit vnꝰ
doctor: ꝙ plus sequūtur fantasiā puerilē: q̄ sequē=
tur rōnem s̄m illa que tenemus ex fide. Hec de se
cundo articulo p̄ncipali.

¶ Quantū ad tertiū articuluz ponunt aliq̄ re=

Regule p solu. I. opinio. gule ad solutionē motiuoꝝ p alijs supiꝰ adductoꝝ.
¶ Prima regula: ꝙ oīs forma absoluta p̄or natu
raliter ip̄o vbi ꝯuenit corpori vniformiter in plu=
ribus locis: sicut in vno loco. Ita ꝙ ex variatione
vbi vel multiplicatione nō variat̄ nec multiplicat̄
in corpe. Nā ad variationē vel multiplicationem
posterioris nō oꝫ variari vel multiplicari ip̄z po
sterius. ¶ Secūda regula ē ꝙ sicut passiuū appro
ximatū duobꝰ vel pluribus actiuis existēs in vno
loco pateretur ab eis: ⁊ recipet aliquā formā abso
lutam. Ita etiā in pluribus locis existēs ⁊ approxi
matum illis oēm talē formā absolutā recipet. Et
ratio est. qz eadē ponit̄ potētia actiua ⁊ passiua hic
⁊ inde sufficienter approxiata. Et puto ꝙ nō solū
vera est ista regula de formis absolutis: sz etiā de
respectibus cātis in tali passo ab illis agentibꝰ: ꝙ
tales recipit vniformiter in vno loco vel in pluri=
bus locis: alioq̄n ꝯtradictio seq̄retur: ꝙ scz recipe
ret: ⁊ nō reciperet in diuersis locis. Imaginor eñ
ꝙ quicq̄d corpi in vno loco: ꝯueniret sibi in pluri=
bus. licet nō oporteret: ꝙ vt in illis pluribꝰ ⁊ quo=
libet primo. ¶ Tertia regula ē ꝙ sicut corpꝰ acti=
uum se haberet ad diuersa passiua approxiata sibi
in vno loco existēti: sic in pluribus locis exñs se ha
beret ad illa ⁊ vniformiter. hoc pōt etiā ꝓbari ex ꝓ
batione regule p̄cedentis. ¶ Quarta apponit̄ ab
aliquibus: ꝙ si aliquid vno mō sit possibile: ⁊ alio
mō sit īpossibile ⁊ sequatur ꝯtradictio: licet ponat̄
⁊ debeat dici possibile primo mō. nō tamē scd̄o mō
accceptū: vel licet sit ⁊ dicat̄ impossibile scd̄o mo=
do acceptū: nō tñ p̄rio mō et q̄re hoc dicitur: appa
rebit infra.

¶ His premissis ad p̄mum aliorum reduco cōtra eos.

Ad mo ua. I. opinionis.
Primo qz si argumentū est bonuz: seq̄tur ꝙ corpꝰ
xp̄i sit infinitum ⁊ īmensum. qz sicut non repugnat
sibi eē in pluribus locis sacramētaliter veraciter
⁊ realiter p̄sens: ita nec īfinitis si eēnt. Scd̄o quia
sicut nō repugnat vni loco: ꝙ duo corpa sint ī ipso
localiter: ita nec ꝙ infinita si eēnt virtute diuina ⁊
tñ nō oportet ꝓpter hoc illum locum eē infinitum
quare ⁊c̄. ¶ Dico igit̄: ꝙ si eēnt loca infinita: in q̄
bus posset eē aliqd corpus circūscriptiue: sicut vir
tute diuina pt eē in duobus vel tribus: ita in om=
nibus illis q̄tūcūq̄ īfinitis. Nec arguitur ex hoc
aliqua īmensitas eius vel infinitas. Tu dicis pro=
prium est dei eē vbiq̄. Dico ꝙ verū est ex necessi=
tate ⁊ īmediate nature sue q̄ exigit: ꝙ quocūq̄ lo=
co posito: deus sit p̄sens illo loco: nec pt nō eē p̄ñs
loco existēti in actu. sic aūt non eēt de corpe. qz nec
virtute ꝓpria eēt in illis locis pluribꝰ: nec diceret̄
ibi eē necessario positis illis locis. sed cōtingenter
sicut patet. quare ⁊c. Similiter etiam deus p̄sens
est omni loco vniformiter. corpꝰ autē nō pt eē p̄ñs
omni loco vniformiter. qz loco minori non potest
esse presens circunscriptiue: licet bñ aliter possit eē
presens. ¶ Ad secundum reducendo contra eos.
quia sicut locatum circunscriptiue commensura=
tur ⁊ connumeratur loco: ita vt videtur ecōuerso:
locus locato. sed locus non sic commensuratur vel
connumeratur locato: quin in eodem loco possint
esse plura locata: sicut dictum est supra. ergo simi=
liter in pluribus locis idem locatum. Et confirma
tur quia sicut non est impossibile: ꝙ idem corpus
sit equale pluribus locis secundum quantitatem
per plures equalitates ⁊ respectus intrinsecos: et
intrīsece ꝯmēsuret̄ eis: ita nō ē īpossibile ꝙ ꝯmēsu
ret̄ eis s̄m plēs respectus extrinsecos. sed hoc nō

est nisi eē in pluribus locis circūscriptiue: ꝛ habe-
re plura vbi circūscriptiua ꝛ cōmēsuratiua ad illa
plura loca sicut etiā pl'a locata ad vnū locum. &c.
¶ Dico igr ꝙ nō oꝫ locatū ꝛ locū cōnūerari scd'm
discretū. sed loco plurificato potest eē locatū vnū
q̄tūcunqꝫ circūscriptiue: sicut etiam hoc est possi-
bile sacramētaliter. ꝛ ecōuerso locatis existētibus
pluribus potest eē locus vnus. Nec est eadem ra-
tio de cōnumeratione ꝛ cōmensuratiōe scd'm con-
tinuum. qꝛ cōmensuratio loci circūscribentis ꝛ lo-
cati est de ratione ipōꝝ scd'm ꝙ huiusmodi: sed
connumeratio accidit. Non enim locant ꝛ locan-
tur secundum numerum sed secundum cōtinuum.
¶ Ad tertium dico reducendo cōtra eos: ꝙ sicut
termini corpis sunt simul cū terminis loci: ita ecō-
uerso termini loci cū terminis corporis. si ergo ꝓ-
pter simultatem terminorū corpis ad diuersa loca
sequitur ꝙ corpus sit extra terminos proprios vel
quātitatis sue ꝓprie: ita ꝓpter simultatem termino-
rū loci cū diuersis locatis seqr: ꝙ loc⁹ sit extra ter
minos ꝓprios. qꝛ sicut tu dicis: ꝙ duo loca arguūt
duo locata ita diceretur tibi: ꝙ duo locata arguūt
duo loca. hoc aūt est falsum nā duo corpora pñt
esse in eodem loco dato ꝙ locus nō sit extra ꝓprios
terminos: nec aliquod illorum corporū sit extra ter
minos loci. ¶ Dico igitur: ꝙ idē corpus ꝑ suā quā
titatem qua intrinsece ꝛ formaliter terminatur: po
test esse in pluribus locis: nec sequitur: ꝙ sit extra
terminos ꝓprios vel extra terminū ꝓprie quātita-
tis: sed bene exñs in loco vno est extra aliū locum ꝛ
extra terīos alterius loci: sicut locus est extra aliū
locū: licet cū hoc posset esse intra illū locum ꝛ termi
nos eius. Similiter dico: ꝙ si argumentū est bonū:
ꝙ concludit idē corpus nō posse eē in pluribus lo-
cis sacramētaliter. quia etiam termini loci ꝛ locati
sunt simul: licet nō cōmensuratiue vel circūscripti-
ue. Et similiter etiā precedēs argumētum. qꝛ licet
locatū sacramentaliter ꝛ locus non cōmensurētur:
tamen ita viderentur cōnumerari: sicut si cōmensu
rarētur. ¶ Ad quartū de terminis motus reduco
contra eos primo qꝛ sicut termini motus sunt que-
libet duo vbi circūscriptiua: sicut tu dicis: ita termi
ni mutationis alicui⁹ corporis pñt esse duo vbi pre
sentialia vel sacramētalia. si ergo illa sunt incōpos
sibilia. ꝛ nō possunt stare in eodem corpore: pari ra
tione nec illa duo sacramentalia. ꝛ ita non potest eē
idem corpus in pluribus locis sacramētaliter sicut
nec localiter vel circūscriptiue. Secūdo. quia aliq̄
ipsorum cōcedunt: ꝙ in augmento quantitatis mi
nor vel charitas est terminus a quo: ꝛ maior est ter
minus ad quem. ꝛ tamē stant simul etiā scd'm ipos.
Sic diceretur eis de duobus vbi. ꝙ scilicet termi-
ni motus vel mutationis per se sunt affirmatio et
negatio. ꝛ illa non stant simul. Et de istis necessa-
rium est: ꝙ mutatio vel motus faciunt distare sub
iectum motum ab altero. sed dico ꝙ positiuum cō-
comitans illam negationem ex pte termini ad quē
separabile est ab ipsa: ꝛ potest simul stare cum ter-
mino ad quem. Unde ꝛ duo vbi possunt simul stare
in eodem corpore. ꝛ manens ꝛ exñs in vno loco po
test esse in alio loco vel moueri ad alium locū. Ita
ꝙ vbi ꝛ vbi nō sunt ꝑ se termini oppositi motus vl'
mutationis: nec sunt incompossibilia. licet affirma
tio ꝛ negatio. vnde bene impossibile est ꝙ aliquod
corpus habeat aliquod vbi in vno loco ꝛ moueat
ad illud vbi: vel non habeat ipsum. sed non est im
possibile: ꝙ cum hoc sit in alio loco secundum aliō
vbi. Quando dicis tunc: ꝙ agens naturale posset
hoc facere. ex quo plura vbi repugnant: dico: ꝙ nō
sequitur sicut nec sequit: ꝙ possit facere plura vbi
sacramentalia simul: immo nec vnū: licet plura nō
repugnent. Sicut nec potest facere plura corpora
in eodem loco: nec ꝙ virgo pariat. quia est limitate
virtutis: cui prefinitus est certus modus agendi.
¶ Ad quintū de pluribus figuris dico: ꝙ si figu
ra dicat aliq̄ formam absolutam: puta qualitatē
in q̄titate: ꝙ argumentum in nullo concludit dato
ꝙ vnius corporis non sit nisi vna figura nam per
vnam qualitatem vel figuram potest configurari
idem corpus pluribus locis similis figure. Sicut
vnum corpus spericum in cōuexo potest eē in plu
ribus locis spericis in concauo. nec oportet ꝓpter
hoc ꝙ habeat diuersas figuras: vt patet. sicut etiā
nec oportet ꝙ locus in quo sunt plura locata circū
scriptiue habeat plures figuras. Unde argumen-
tum potest retorqueri cōtra eos. ¶ Scd'o dico: ꝙ
si figura sit aliquid tale absolutum puta qualitas
in quātitate nō apparet cōtradictio: quare idē cor
pus non possit figurari simul pluribus figuris si-
ue similibus siue dissimilibus: siue eiusdem ratiōis
siue alterius. sicut ꝙ simul sit spericum ꝛ quadratū
ꝛ hmōi. Et ita secūdum illa poterit eē idem corp⁹
cōfiguratum plurib⁹ locis. Si aūt non dicat figu-
ra aliquid absolutū vltra quātitatem: sed dicat or-
dinem partiū quātitatis: hoc est dupliciter. vel in
toto vel in loco. Si in toto: tūc nō variatur figura
ad variationem vbi: sed manet eadē: licet vbi eius-
dem rationis saltem varientur. Si dicat ordinem
partium in loco: sic oportet figurā variari. qꝛ figu
ra sic seqtur vbi. Nec est incōueniēs ꝙ sic varief: ꝛ
idē corp⁹ pluribus figuris figuref. Et sic corpus
vnū poterit diuersis figuris figurari. ꝛ diuersis lo
cis ꝯfigurari vt sit in aliquo pleno vase in isto lo-
co: in alio loco in vase dimidio. in vno loco sit ī do
lio inclusū. in alio in terra effusū scd'm diuersa vbi
ꝛ positiōes ipius in diuersis locis. ¶ Breuit tñ ꝛ
faciliter ꝑt se expedire hō de isto argumēto: ꝙ nō
oꝫ corp⁹ figurari plibus figuris: sicut nec habere
plures quantitates: dato ꝙ sit in pluribus locis si-
bi equalibus ꝛ similis figure cum ipso secundū cō
cauum loci vel conuexum locati. ¶ Ad sextum de
mutationibus ꝛ mutatis esse de mutationibus op
positis vel eiusdem rationis dico: ꝙ per omnia po
test retorqueri contra eos. Nam de mutationibus
oppositis: ita videtur corpus christi mutari muta-
tionibus oppositis: quando ponitur sacramentali
ter sursum simul ꝛ deorsum vel ante et post seu re-
tro in diuersis hostijs: sicut corpus si moueatur lo-
caliter sursum vel deorsum. Similiter etiam de mu
tationibus eiusdem rationis: quando ponitur sub
diuersis hostijs in eadem dispositione. Similiter
etiam sicut accipiunt: ꝙ corp⁹ exñs in vno loco pos
set de alio in quo est: moueri ad eundem locum: in
quo ꝑexistebat. ꝛ ita simul sunt mutari ꝛ mutatum
esse: ita diceretur: ꝙ de vna hostia posset fieri ī alia
in qua iam est. ꝛ sequitur idem incōueniens. ¶ Di ꝙ plures
co igitur simpliciter loquendo: ꝙ plures mutatio- mutatio
nes eiusdem rationis possunt eidem simul inesse: ꝛ nes eidē
insunt de facto aliquando virtute nature. sicut idē pñt simul
aer simul illuminatur pluribus illuminationibus ineē.

ad plura lumina terminatis: vt dictum est in secun
do. Sic dico ī ꝓposito esse possibile virtute diuina
ꝙ idem corpus simul moueatur ad plura loca cir-
cunscriptiua: sicut etiam ꝙ simul mutetur ad plura
vbi sacramentalia. Ad philosophū respondi alias
in secūdo di. xij. de duobus luminibus ꝙ non vi-
deo dictum Aristotelis verū esse vniuersaliter: li-
cet in aliquibus sit verū particulariter etiā loquen
do de virtute nature. Et de mutationibus opposi-
tis dico: ꝙ ꝓprie loquēdo ille sunt mutationes op-
posite incōpossibiles: q̄ sunt inter terminos opposi
tos incōpossibiles: puta inter esse ꝛ nō esse affirma
tionem ꝛ negationem: quarū vna est ab esse in non
esse: alia vero ab eodem esse in non esse. Et isto mo-
do generatio ꝛ corruptio eiusdē sunt incōpossibi-
les: ꝛ incōpossibile est idem simul generari ꝛ corrū
pi: creari et anichilari: licet non sint ꝓprie mutatio
nes. Similiter impossibile est idē simul moueri vel
mutari mutatiōe acquisitiua alicuius loci ꝛ deper
ditiua eiusdem loci. sicut impossibile est: ideꝫ simul
esse ꝛ non esse in eodem loco: sed possibile est idē sic
mutari ad diuersa vbi ī diuersis locis sursum ꝛ de
orsum: ante et retro: qꝛ vel iste mutationes nō sunt
cōtrarie: sicut nec loca: sed sunt tantum disparata.
Et nec ipsa vbi in locis illis sunt ꝯria: nec opposi-
te relationes sed disparate: nec etiā sursum ꝛ deor
sum. Uel si sursum ꝛ deorsum ante ꝛ retro propin-
quum vel remotū sunt relationes opposite: tñ fun
dantur in vbi: ꝛ reducunf ad primū modum quar-
ti generis. Et sicut diuersi vbi ī locis illis possunt
simul in esse: ita ꝛ sursum et deorsum ita bene sicut
ꝛ sacramētaliter. Et dato etiā ꝙ ipsa vbi essent cō
traria nō solum sursum ꝛ deorsum fundata sup ip-
sa vbi: adhuc possent eidē inesse: sicut dicā infra de
contrarijs etiā absolutis. ꝛ per cōsequēs mutatio
nes ad talia plura vbi: sicut mutationes ad duo cō
traria absoluta. licet hoc non senserit Aristoteles.
¶ Ad illud de mutato esse et mutari dico: ꝙ idem
corpus de vno loco non mutaretur ad locū in quo
iam est: vel erat: vel expelleret seipsum: et sic accipe
ret nouum vbi per nouā mutationē ꝛ non seruaret
prius vbi. Uel deus faceret mutationem sine mu-
tato. sicut puto esse possibile. ita ꝙ mutaretur: ꝛ nō
haberet terminū illa mutatio: quia scd'm me muta-
tio et mutatū esse accipiendo mutatum esse pro ter
mino mutationis nō pro indiuisibili cuiuscūqꝫ mu
tatiōis essentialiter distinguntur: ꝛ mutatione prior
natura. Uel si mutaretur: ꝛ non expelleret se: ꝛ mu
taretur mutatione acquisitiua saltem mutaref mu
tatione deperditiua alterius loci: a quo mutaretur
sicut dicit vnus. Et sic patet: ꝙ mutatio ꝛ mutatū
esse nunq̄ sic essent: ꝙ mutatum esse terminus mu
tationis iam esset ante mutationem: sicut imagina
tur argumentum. Tamē si mutaretur ad locum: in
quo ꝑerat ꝛ mutatione acquisitiua oporteret dice
re: vel ꝙ seipm expelleret: vel ꝙ in eodem corpore
respectu eiusdem loci essent simul plura vbi circū-
scriptiua ꝛ vtroqꝫ modo acciperetur nouū vbi: et
mutatum esse nouum esset ꝛ simul duratione cum
ipa mutatione: si esset instātanea. licet mutatio eēt
prior natura. vel posterius etiam duratiōe forte: si
mutatio successiua. Non curo de hoc. vel si non ac
ciperetur vbi nouum: tunc deus faceret mutatio-
nem etiam acquisitiuam sine termino. Sicut puto
ꝙ posset facere generationem sine gñato esse: ꝛ quā
cunqꝫ mutationem localem sine aliquo vbi acquisi
to per ipam. ¶ Ad septimū dicunt quidam: ꝙ nō
est impossibile eandem materiam alimēti vel etiā
simpliciter informari simul a diuersis formis speci
ficis alterius rationis vel eiusdem rationis. nec in
hoc aliqua cōtradictio implicatur. Sed hoc est mi
hi dubium. Primo quia sicut quelibet species to-
ta distinguitur eētialiter ab alia: ꝛ indiuiduū cu
iuslibet speciei ab alio: sic videtur: ꝙ partes corūꝫ
essentialiter distinguantur. ita ꝙ sicut ambaꝝ vel
amborum non potest esse vna forma ita ambarum
vel amborum non possit esse vna materia. Secun-
do in proposito. quia non plus materia alimēti su
peruenientis isti alimenti informaretur in hoc in-
diuiduo pluribus formis: q̄ materia prior vel pre-
cedens cui apponitur. nec in alio pari ratione. ꝛ sic
in nullo: vt videtur. Tertio quia quelibet talis for
ma substantialis cōpleta est immediata ratio sup-
positandi fundamentaliter. Et ideo sicut impossi-
bile est: ꝙ plura supposita cōcurrant in eadem ma
teria eo ꝙ suppositū est incōmunicabile: ita impos
sibile est ꝙ plures tales forme concurrant in ea-
dem materia. Et hoc dixi in secundo. ¶ Dico igi-
tur aliter. primo ꝙ argumentum potest retorque-
ri cōtra eos. nam sicut idem alimentū si esset in plu
ribus locis: potest sumi a diuersis animalibus in
illis locis: ita idem alimentum existens in vno lo-
co posset sumi a duobus animalibus existentibus
in eodem. Et possibile est: ꝙ fuit in eodem loco. et
tunc queritur sicut vltra: ꝛ deducitur: ꝙ illud ali-
mentum sic sumptuꝫ ab vtroqꝫ conuerteretur. Et
plures forme substantiales simul essent in vna ma
teria. Secūdo dico: ꝙ argumentum non concludit
nam idem esset iudicium de alimento sic sumpto a
diuersis animalibus in diuersis locis existente: si-
cut in vno loco. vel qd' fieret de ipo sumpto a duo
bus alimentibus existentibus in eodem loco. Tūc
enim vel virtus vna totaliter vinceret aliam. ꝛ to
tum verteret in suum corpus: vel essent virtutes
equales: ꝛ sic equaliter conuertent de alimento. s.
ista in corpus suum: ꝛ alia in suum: vel essent ine-
quales non tamen sic ꝙ vna totaliter vinceret aliā
ꝛ alia nihil conuerteret: sed sic: ꝙ vna plus ꝛ alia
minus. ꝛ tunc patet: ꝙ nullo istorum modorum ea
dem materia vel pars materie simul esset sub di-
uersis formis subālibus exñtibus in pluribus locꝫ
Per hoc ad cōfirmationē iuxta illam ꝓpositionē
secundā ꝑus positam: ꝙ eadem materia ligni exñ
tis in plurib⁹ locis nō informaref duabus formis
subālib⁹ ignis nec fieret vna ꝑfectior. qꝛ scd'm me
subā non suscipit magis ꝛ min⁹: nec intendif vel re
mittif sed fieret tñ vna forā ignis ab igne ꝑualēte
vl' ab ambob⁹: citius tñ alterantib⁹ lignū et inten
sius: q̄ vn⁹ tantū: si eēnt ignes equales. Et eodeꝫ
modo hēres dicere: si poneres illos duos ignes ap
proximatos ligno in eodē loco exñtes: sicut ē possi
bile scd'm te. Uel si dicatur: ꝙ ab ipis si sint equa-
les: nō gñantur ignis: ne ponāf eiusdē effect⁹ sim-
plicis due cause totales in eod' ordine: eod' mō hēs
dicere. ¶ Ad octauū dico: ꝙ corp⁹ exñs in plibus
locis hꝫ ī oī loco suo formā oēm: quā hꝫ ī alio alto
q̄n eēt ꝯdictio. Ad incōueniētia dico: ꝙ si ī vno lo
co calefit: ꝛ hꝫ caliditatē: in omni alio loco calefit
ꝛ habet caliditatem eandem. Similiter de infri
gidatione. Tu dicis in vno loco potest infrigida-

ri:⁊ in alio calefieri.dico:ſi calefieri ⁊ frigefieri caliditas ⁊ frigiditas nõ poſſint ſtare ſimul per quãcunq̃ potentiam.ꝙ corpus ſicut in vno loco nõ poteſt ſimul calefieri ⁊ infrigidari:⁊ habere ſimul calorem ⁊ frugus:ita nec in diuerſis. Et idem eſt iudicium de ipõ in diuerſis ſicut in eodẽ loco. quãdo approximarẽtur ſibi calefactiuum ⁊ frigefactiuũ. tunc eñ vel alterũ puta calidum totaliter vinceret frigidum:⁊ ſic tantum fieret calidũ. vel equaliter ſe haberent:⁊ ſic generaret qualitas media. vel vnũ ſuperaret aliud:ſic tamen ꝙ aliud etiã aliquid faceret ⁊ tũc paſſum neutri perfecte aſſimilaret ſed vel ſtarent cõtraria ſimul ineſſe remiſſo: ſicut in motu: vel alterum impediret tantũmõ:ne alterum induceret ꝑfecte effectum ſuum. Et ita oporteret etiam te dicere:ſi ignis ⁊ aqua ſimul eſſent in eodem loco: ⁊ approximarẽtur eidem calefactibili ⁊ infrigidabili ad vitandum cõtraria eſſe ſimul. ❡Ad iſtud tamen dico:ꝙ nõ eſt impoſſibile cõtraria eſſe ſimul ⁊ idem ſimul infrigidari ⁊ calefieri virtute diuina ſeu facto aliquo ꝟtute diuina. Et ita bene poſſunt eſſe caliditas ⁊ frigiditas ineẽ intẽſo ſimul:ſicut in eſſe remiſſo. Et tamen oportet ponere illud in motu:etiã ſecũdum negãtes ꝙ cõtraria non ſtant ſimꝉ ſaltem ineſſe intẽſo. Et ita dico ꝙ corpus idẽ ſiue in eodem loco ſiue in pluribus ſaltem virtute diuina poſſet eſſe ſimul calidum ⁊ frigidum ⁊ infrigidari ⁊ calefieri. Tu dicis ad cõtraria ſequũtur cõtraria. Dico ꝙ nõ ẽ verũ:ſicut dici in tertio:⁊ ibidẽ declaraui. Aliter dico:dato ꝙ corpus poneret in diuerſis locis iuxta agẽtia ꝯtraria:nõ oporteret ipm aliquid pati ab illis.ſicut nec ĩ vno loco.qꝛ deꝰ poſſꝫ ſuſpendere actiões illorum agentiũ. Et ita nõ propter incõpoſſibilitatem ꝯtrariorum (dato ꝙ eſſent incompoſſibilia)negandum eſt illud primũ:ſcilicet vnum corpus ſimul eſſe in pluribus locis. ❡Ad aliud inconueniens de ſanitate ⁊ egritudine:ſi ponãtur duo ꝯtraria poſitiua:eodẽ mõ ſicut de predictis. Si vero egritudo ponatur priuatio ſanitatis in corpore:tũc dico ꝙ ambo nõ poſſunt ineſſe ſimul in diuerſis locis:ſicut nec in vno loco. Et idem habes dicere de aere tẽpato ⁊ intẽpato:quos poſſet facere deus preſentes in eodem loco corpori tali exiſtenti tantum in vno loco:⁊ tunc alterum cauſabitur in tali corpore ita in pluribus locis ſicut in vno loco. ❡Ad aliũ de morte ⁊ vita dico:ꝙ mors eſt priuatio vite ⁊ anime in corpore.⁊ ambo nõ poſſũt ĩeſſe eidem in pluribus locis:ſicut nec in vno loco.ſed oportet ꝙ alterum inſit. Et ſic oporteret te dicere ſi corruptiuũ ⁊ conſeruatiuum eſſent preſentia ĩ eodem loco alicui corruptibili. Similiter de fame ⁊ ſaturitate:ſi fames dicit priuationem ſaturitatis vel ſaturitas priuationem famis. Nec variãtur iſta ſcðm variationem vbi: ſed ſi vnum ineſt in vno ineſt etiam in alio:⁊ non oppoſitum eius. Similiter ſi dicas:ꝙ ambo dicant aliqd abſolutũ ſcilicet fames appetitum naturalem calidi ⁊ ſicci: et ſaturitas dicat aliquid in ventre replens ipſum:dico vniformiter ꝙ non variantur: ſed vbiq̃ ineſt alterum. Unde ſi venter eſt plenus rome:eodẽ modo pariſius:licet pariſius vt ſic nõ ſumat cibum:ſed vt rome tamẽ bene pariſius capit. Sicut corpus chriſti in pixide fuiſſet vulneratum eodẽ vulnere quo in cruce.non tamen primo vt in pixide:ſed vt ĩ cruce:vbi conuenienter erat ad vulnerationem ſibi in

Quõ ꝯtraria pñt eẽ ſimul. ⁊c.

fligendam. ❡Ad aliud de duplo nutriri:dico: ꝙ non plus poſſet ꝯuertere de nutrimento in multis locis:q̃ in vno ⁊ ita non duplo nutriretur. Similiter habes hoc dicere.qꝛ duo alimenta poſſent poni in eodem ⁊ ſimul ſumi ab eodem ali.⁊ tamẽ nõ duplo nutriretur. ❡Ad aliud de abſciſione capitis dico ꝙ cum abſciſio capitis dicat diſcõtinuationẽ quãtitatis vel partium ſicut ⁊ vulneratio: ꝙ vbiq̃ haberet caput abſciſum vel vbiq̃ nõ abſciſum: ſicut in vno loco tantũ. ❡Ad aliud de quieſcere ⁊ moueri dico ꝙ iſta magis reſpiciunt vbi:⁊ poſſunt variari. Et dico:ꝙ vno loco poſſet quieſcere vel ſedere vel iacere:⁊ ĩ alio loco ſtare vel moueri ad aliũ dico tamen:ꝙ omnia iſta ineſſent ei in vno loco:nõ tamen primo:nec in habitudinem ad vnum locum ſed primo ſecundum diuerſa loca:in quibus ſic diſponitur. ❡De loqui ⁊ tacere dico:ꝙ formare vocem per motum localem aeris in vno loco:nec formare in alio loco poſſent ſimul ineſſe:⁊ non contradicunt quia iſta negatio in vno loco nõ eſt reſpectu affirmationis de alio loco. Nec in talibus eſt contradictio:puta ſi hoc ẽ duplũ reſpectu diuidij ⁊ nõ reſpectu ſui dupli nõ ſeqtur.ergo duplũ ⁊ nõ duplum. Silr dico ꝙ ĩ vno loco poſſꝫ fortiꝰ vl' altiꝰ formare vocẽ mouẽdo fortiꝰ aerẽ:⁊ ĩ alio loᵒ minꝰ fortiꝰ. Et dico:ꝙ ſimul faceret melodiã tenendo lyram ⁊ burdonẽ vel huiuſmodi. Si dicas:moueri ⁊ q̃eſcere opponuntur priuatiue,dico ſicut dixi ſupra:ꝙ ꝓuatiue opponuntur eodẽmodo:quo quies dicit ꝓuationem alicuius motus in aliquo loco ⁊ ille motus ⁊ iſta priuatio non poſſunt ſimul ineſſe.ſed q̃es in comparatione ad vnum locum tenendo vel habendo vbi in illo loco continue ſi vocet hoc q̃eſcere:⁊ motus in comparatione ad alium vel ad aliũ ſeu in alio non opponuntur. Sic de iſtis inconuenientibus:que ſecundum opinionem aliorum videntur inconuenientia:⁊ de multis alijs poteſt dici. ❡Ad nonum dico:ꝙ habes reſpondere:ſi ponerẽtur duo vel plura ꝯbuſtibilia in eodem loco iuxta paruum ignem ⁊ tunc diceretur:vel ꝙ in aliquod illorum modicus ignis ageret preciſe:vel ſi inageret in illa plura remiſſe:ageret in q̃libet.⁊ ita etiã remiſſe poſſet calefacere vnum conſtitutum ex eis. ❡Ad decimum dico.ꝙ idem corpus non eſſet diſcontinuum dato ꝙ eſſet in pluribus locis ſimul:ſicut nec oportet:ꝙ duo corpora continuẽtur:dato ꝙ ſint in eodem loco. Et de ꝓpinquo ⁊ diſtanti idẽ ſequitur inconueniens de corpore chriſti in pluribus locis ſacramentaliter. Et dico ꝙ non eſt ĩpoſſibile idem eſſe ſibi ꝓpiquum ⁊ diſtãs:ſicut nec habere plura vbi in pluribus locis diſtantibus vl' ꝓpinquis. ❡Ad vndecimum dico:ꝙ idem temporale non poteſt eſſe in pluribus temporibus ſimul.qꝛ nec plura tempora poſſunt eſſe ſimul.ſic autem non eſt de locis. Et concludit etiam cõtra eſſe ſacramẽtaliter ſicut contra eſſe localiter. ❡Ad duodecimum dico:ꝙ vbiq̃ videret:viſio enim eſt aliquid abſolutum:⁊ tantũ videret:⁊ in quolibet loco poſſet habere oculos apertos ſimul ⁊ clauſos. Iſta ei pertinent ad ſitum:⁊ poſſunt variari ⁊ multiplicari ſicut vbi:poſito ꝙ clauſio ⁊ apertio ſunt diuerſi ſitus poſitiui:non ꝙ vnum ſit negatio alterius. Alia vero q̃ adducũtur nõ habẽtur ꝓ ĩcõuenientibꝰ ſꝫ ꝓ poſſibilibꝰ ꝟtute diña quarꝫ ⁊c. Sic ei ꝟtute diña ꝑt fieri:ꝙ vna chorea vl' vnꝰ exercitꝰ plu

rium corporum diſtinctorum ſimul ſit in vno loco: ita poteſt facere:ꝙ vnum corpus faciat choreã vel exercitum in pluribus locis ⁊ huiuſmodi.

ad rationes pñcipales.

❡Ad primũ principale patet quid dicẽdum:quia modus eſſendi circumſcriptiue nõ tollit nec excludit eſſe alibi ſicut modus eſſendi diffinitiue. Et ideo nõ eſt contradictio: ꝙ aliquid ſit in pluribus locis circũſcriptiue:ſicut eſſet ꝙ angelus eſſet in pluribus locis diffinitiue.eſſe eñ diffinitiue eſt eſſe alicubi:ita ꝙ non alibi.ſicut eſſe aliquid diffinitiue ⁊ non aliud:licet poſſibile ſit angelum eſſe in pluribus locis non diffinitiue:licet ſpiritualiter ⁊ non circũſcriptiue. ❡Ad ſecũdum dico:ꝙ totum corpus ſic eſt in quolibet:ꝙ nulla pars eſt:que non ſit intra locum.ſed cum hoc poteſt eſſe extra locum:ſicut et totum ſuum:quia in alio loco. ❡Ad tertium patet quid eſt dicẽdum ex ꝑdictis.

❡Diſtinctionis Decime.
Queſtio Quarta.

Quarto q̃ro: vtrũ omnia que inſunt vel conueniũt chriſto in celo:vbi eſt circũſcriptiue:poſſint eidẽ conuenire vel ineſſe in ſacramento. ❡Uidetur ꝙ non:qꝛ corpori chriſti in celo cõuenit eſſe circũſcriptiue per rationẽ q̃titatis:que eſt ratio formalis eſſendi in loco circũſcriptiue:ſed in ſacramento non eſt in loco circũſcriptiue:nec poteſt eſſe ſub minori q̃titate circũſcriptiue.ergo ⁊c. ❡Secundo ſic.ſi omnia conuenirent ſibi ſub ſacramẽto que in celo:ſequeretur:ꝙ in ſacramẽto poſſet ſentire quacũq̃ ſenſatione⁊ intelligere ſicut in loco in quo eſt naturaliter vel circũſcriptiue:ſed iſtud eſt falſum:quia in ſacramẽto non eſt modo requiſito ⁊ neceſſario ad actũ aliquẽ ſentiendi.nec per conſequens intelligendi aliquid ex ſenſibilibus:quia non eſt ibi dimenſiue vel circũſcriptiue:nec in debita diſpoſitione vel approximatione ad ſenſationem:nec per conſequẽs videt ſentire preſentia ſibi in ſacramento.⁊ multominus abſentia:⁊ inter que et viſum ſuum ponuntur obſtacula. Similiter etiam pari ratione nõ poteſt ſentiri:nec videri.nec naturaliter intelligi ſub ſacramẽto.eo ꝙ non eſt ibi ſenſibiliter:nec intelligibiliter modo naturali.ſed ſupernaturaliter tantum ⁊ credibiliter:ergo ⁊c. ❡Tertio ſic.ſi omnia cõuenirẽt chriſto ſub ſacramẽto vel poſſent conuenire:que cõueniunt vel poſſunt conuenire ĩ celo vel in loco circũſcriptiue:ſequeretur ꝙ ſub ſacramẽto poſſet aliquid mouere vel mutare:⁊ ab alio moueri vel mutari:ſed hoc non eſt verum:quia nec poteſt mouere vel mutare nec ſeipſum:nec aliquid aliud.quia nõ eſt in loco modo conuenienti ad ſic mutari vel moueri. Nec ab aliquo alio naturaliter poteſt moueri vel mutari pari ratione.ergo ⁊c.

❡Contra ſi aliquid ineſt chriſto ĩ celo vel ineſſe poteſt quod non ineſt vel ineſſe poteſt ſub ſacramento:ſequitur cõtradictio quia cum ſimul poſſit eſſe in celo ⁊ in ſacramento. ſequitur ꝙ aliquid ſimul poſſit ineſſe ⁊ non ineſſe. hoc autem eſt impoſſibile.ergo ⁊c.

❡In iſta q̃ſtione ſic procedã.

❡Primo inquiram vtrum chriſtus potuit prius eſſe ſub euchariſtia ſacramentaliter:q̃ in vtero virginis ſecundum ſuum modum eſſendi naturalem ⁊ localiter. ❡Secundo inquiram:vtrum omnem ꝓprietatem naturalem habitualem habeat vel habere poſſit ſub ſacramento ⁊ in celo:vel vbi poteſt eſſe circumſcriptiue. ❡Tertio vtrum omnem actionem immanentem poſſit terminare vel elicere ſub ſacramento quã in celo. ❡Quarto vtrum omnẽ actionem tranſeuntẽ poſſit termĩare vel elicere vtrobiq̃. ❡Ultimo dato ꝙ ſic:reſpondebo ad ratiões principales.

❡Quãtũ ad primũ articulũ videretur alicui:ꝙ chriſtus non potuit eſſe ſub euchariſtia ſacramentaliter primo:ſicut fuit in vtero virginis primo per incarnationem ſecundum ſuũ modum eſſendi naturalem. ❡Ad hoc poſſunt adduci aliq̃ rationes difficiles. Prima eſt iſta. poſterius eſſentialiter alio ⁊ dependẽs ab eo non poteſt eſſe.nec poni prius q̃ illud vel non poſito illo patet:ſed modus eſſendi ſacramentalis preſupponit modum eſſendi naturalem prius enim eſt aliqd eſſe naturaliter q̃ ſacramentaliter.chriſtus autem habuit eſſe modo naturali vel naturaliter in incarnatione in vtero virginis:ergo ⁊c. ❡Secunda ratio eſſe ſcðm quid vel accidẽtale preſupponit neceſſario eſſe ſubſtãtiale ⁊ ſimpliciter. Quod eñ aliquid habeat eſſe ſcðm quid vel accidẽtale:⁊ non habeat eſſe primũ ſimpliciter ⁊ ſubſtantiale:contradictio eſt:ſed eſſe chriſti ſub euchariſtia eſt eſſe ſcðm quid et accidẽtale.patet:ergo ⁊c.ſed eẽ ſubſtãtiale habuit in incarnatione ⁊ vtero virginis:vt patet.ergo ⁊c. ❡Tertia ratio.impoſſibile eſt ꝙ aliquid incipiat eſſe:poſtq̃ fuit vel deſinat eſſe:poſtq̃ eſſe deſijt: vt patet:ſed hoc ſequeretur ad illam poſitionẽ.quia ſi chriſtus fuit ſub euchariſtia ſacramẽtaliter:ſequit ꝙ potuit incipere eſſe in vtero virginis per incarnationem verbi ⁊ ita incipere eſſe poſtq̃ fuit. Silr etiã deſinere eſſe ſub modo naturali:poſtq̃ deſijt ſub euchariſtia. Et cum vtrobiq̃ ſit ſimpliciter ⁊ ſubſtantialiter:ſequuntur contradictoria ſcilicet ꝙ ſimul fuit ⁊ non fuit.incepit ⁊ non incepit.deſijt ⁊ non deſijt. ❡Quarta ratio.eadẽ eſt inceptio rei ⁊ ſui eſſe ſimpliciter.ſed res incipit eſſe ſub ſuo modo eſſendi naturali.ergo tunc ſimpliciter incipit.igit prius corpus chriſti non potuit habere eſſe modo ſacramentali. ❡Quinta ratio.impoſſibile eſt aliquod corpus prius eſſe realiter alicubi q̃ illud de quo formatur tale corpus in rerum natura ſit: ſed ſꝫm Dama.corpꝰ xp̃i fuit foꝛatũ ex puriſſimis ſanguinibus virginis:⁊ ſꝫm aliquos virgine ipſa actiue cooperãte:ergo non potuit prius eſſe reale alicubi nec ſacramẽtaliter nec aliter. ❡Sexta ratio. pro quocunq̃ inſtanti aliquid poteſt eſſe alicubi ſacramentaliter:pro eodem inſtãti diuiſim poteſt eſſe naturaliter ⁊ ſub ſuo modo naturali:ſed corpus chriſti ante incarnationem verbi non potuit preeſſe naturaliter vel ſub modo ſuo naturali: quia per incarnationem vel in ipſa incarnatione accepit ꝑmo eſſe naturaliter vel ſꝫm modũ naturalem: ergo ⁊c.

xp̃s aũ potuit ꝑus ſb euchariſtia eſſe q̃ in vtero virginis.

i.opi.

❡Sed his non obſtãtibus poteſt dici:ꝙ corpus chriſti immo totꝰ chri

stus primo potuit esse sub sacramēto anteq̄ in vtero virginis per incarnationem verbi. Ita q̄ sicut essentia actualis in re ⁊ in effectu sibi conueniebat primo sub modo naturali essendi circūscriptiue in vtero virginis:ita primus potuit in virtute diuina sibi conuenire sub modo sacramētali. Et potuit incipere esse simpliciter in re idē numero existēs sub sacramēto virtute diuina:sicut incepit esse in vtero ꝑginis sub suo modo naturali ⁊ circūscriptiuo ¶ Hoc probatur primo sic. Illud cuius eē actualis existentie contingēter se habet:⁊ sic est simpliciter indifferēs ad duos modos essendi:quorū vnus non depēdet ab alio:potest indifferēter primo poni sub quocūq̄ illorum.hoc patet.quia in hoc nulla contradictio includit.sed corpus christi vel esse actualis existētie christi indifferenter ⁊ contingenter se habet ad duos modos essendi scz sacramentaliter ⁊ naturaliter seu circunscriptiue in aliquo.et vnus eorum nō depēdet ab alio necessario : nec est alius nec alteri intrinsecus. Sunt enī duo modi essendi disperati. Vnde ⁊ supra dicebat:q̄ de⁹ posset facere corpus christi existere sub sacramēto tantum.ita q̄ alibi non esset modo suo naturali essendi corpus in loco. ꝯ ⁊c. Dices:q̄ licet vnus non sit alius nec sibi intrinsecus:tamē vnus presupponit alium in eodem corpore.quia modus sacramentalis p̄supponit naturalem. Contra aut p̄supponit ipm sicut causam:aut sicut fundamētum:aut sicut rem sacramenti signatam per istud sacramentum. Non potest supponere ipsum sicut causam intrinsecam.patet:quia iam dictum est:q̄ neuter est alterius intrinsecus.tunc enim manēte vno maneret necessario alius:qui esset alteri intrinsecus. Et similiter patet hoc.quia vnus eorū potest conuenire in habitudine ad aliquē locum : respectu cuius alter non potest conuenire . sicut modus sacramentalis eēndi potest cōuenire corpori christi respectu loci minoris q̄titatis:⁊ tñ non pōt conuenire sibi modus naturalis essendi respectu loci minoris. Si dicatur:q̄ p̄supponit ipsam sicut causam extrinsecā tunc cum quicquid deus potest facere mediāte causa extrinseca secunda:possit immediate causare sine illa:sequitur q̄ talem modum essendi sacramentalem potest facere sine modo naturali eēndi. Nec presupponit ipsum tanq̄ fundamētum: quia sicut corpus christi fundat per suam naturam vel q̄titatem modum essendi in loco naturalem:ita ⁊ modū essendi sacramentalem.nam quicquid potest eē in loco naturaliter per illud idem fundamentum potest eē alicubi sacramētaliter. Nec presupponit ipsum vt signatum vel terminum seu extremum relationis signi vel sacramenti.quia licet sit eadē existentia christi sub modo vtroq̄ essendi:non;tamen est terminus relationis eucharistie ꝑ suum modum essendi naturalem patet.quia existētia nō cōtinetur hic per se sub modo essendi naturali ⁊ ex vi sacramenti:sed magis sub modo sacramētali. Eo autem modo existentia christi res est ⁊ signatū huius sacramēti:quo non per se continetur ab eo. q̄ in hoc differt sacramentum ab alijs:q̄s vere realiter continet suum signatum primum.ergo ⁊ c̄.

¶ Secunda ratio.vbicūq̄ aliquid potest esse vere ⁊ realiter:ibi pōt recipe eē post nō eē vel postq̄ nō fuit.patet.quia nulla contradictio est.Sicut enim sibi non repugnat ibi esse realiter ; sibi non repugnat ibi primo esse aliqua virtute:sed corpori christi vel christo non repugnat esse sub sacramento vere ⁊ realiter.ergo christo non repugnauit primo esse sub sacramento. Ita q̄ sicut primus fuit in vtero virginis q̄ sub sacramento:ita primus potuit eē sub sacramento q̄ sub virginis vtero. ¶ Tertia ratio est.posito fundamento completo ⁊ termino:potest poni respectus.sed ante modum essendi naturalē corporis christi potuit poni fundamentum huius respectus presentialis ad spēs sacramentales ⁊ terminus.patet q̄ terminus.q̄ spēs ipse. Patet etiā q̄ fundamentum.scilicet corpus christi. Nam omne absolutum primus naturaliter ⁊ distinctū ab alio deus potest ponere in re ⁊ in effectu sine illo.ſz corpus christi ē aliquod absolutū eēntialiter distinctū a suo.eē mō naturali ī loco sicut ⁊ a loco. Posset eī fieri q̄ esset extra celum.⁊ ita non esset in loco. ergo potuit facere corp⁹ xp̄i sine mō naturali essendi in loco.⁊ tunc potuit facere ip̄m esse modo sacramētali.ergo ⁊c. ¶ Quarta ratio. Si hoc repugnaret:hoc videretur.quia corpus christi accipit esse simpliciter per generationem temporalem de purissimis sanguinibus virginis.⁊ ita primus non potuit esse realiter in effectu ⁊ in re:nec alicubi per cōs sacramentaliter.quia tunc primus fuisset q̄ generatum fuisset. Et ita noua generatio non habuisset nouum esse pro termino:nec per cōs fuisset mutatio a non esse in esse.⁊ corpus christi fuisset ante materiam suam. ¶ Sed istud non tollit nec impedit.quia corp⁹ christi primo potuit formari a deo ante generationem temporalem ex virgine preueniendo ipsam immediate producendo ip̄m.Sicut posset producere vnum hominem anteq̄ naturaliter generaretur ꝑueniendo generationē eius:⁊ ipsum ꝓducendo de eadē materia.quia materia non fit de nouo in generatione. Materia enim sanguinis vel menstrui:vel seminis non est noua . sed tota materia a ꝓncipio creata est. Similiter etiā de⁹ corpus christi potuit formare de eadē materia sanguinum virginis:que p̄fuit anteq̄ esset virgo ipa sub alijs formis.⁊ p consequēs nō oportuit q̄ primum esse substantiale haberet corpus christi p generationem:sicut patet. Et potuit primus esse sacramētaliter alicubi q̄ naturaliter. ¶ Si dicas.dato q̄ potuerit sic formari corpus christi a deo preueniendo generationem:tñ non ꝓpter hoc minus potuisset postea corpus christi formari p generationem tēporalem ex matre sicut ⁊ formatum fuit de facto:⁊ accepit eum. ¶ Et tunc remanet difficultas quomodo illa generatio habuisset nouum esse pro termino:⁊ quomodo fuisset a non eē in eē.quia corpus christi potuit p̄fuisse illi generationi scōm te. Dico ad hoc q̄ isto supposito.ſ.q̄ corpus christi primus fuisset formatum a deo imediate:sicut possibile fuit q̄ vel ipso durante non potuisset habere postea p nouam generationem tēporalem:vel illa generatio non fuisset nisi generatio scōm quid : et habuisset corpus christi p illaz esse non simpliciter post:nec p illam simpliciter incepisset:sed ſm quid Sicut dicitur q̄ corpus christi ad desitionem panis conuersi in ip̄m accipit eē de nouo:nō simpliciter.quia preexistebat:sed ſm quid tantū:quia accipit esse terminum illius conuersionis vel transubstantiationis. de quo tamen videbitur infra. Primum magis placet.vnde licet absolute loquendo

bona difficultas.

Resolutio doct. circa hūc articulū.

corpus christi fuerit habitum et potuerit haberi p generationem tēporalē primo: tamē facta illa suppositōe q̄ corpus christi p̄mo fuisset habitū a deo immediate:et non desisset esse.videretur dicēdum q̄ non potuisset postea haberi per generationē nouā:q̄ terminaretur ad esse simpliciter nouū. Sicut si aliquis ꝓduceretur modo a deo immediate: nō posset generari nisi primus desineret esse.ſz si tali generatione potuisset haberi postea ⁊ ex purissimis sanguinibus:oportuisset q̄ desiniſſet eē.⁊ materia ei⁹ fuisset deducta ad formā .sanguis vel sāguinū ¶ Et tunc non video quare nō potuisset generari:⁊ forma corporis de illa materia educi cooperāte spiritu sancto virgini.⁊ sic corpus christi de nouo per generationē haberi:licet aliquādo fuisset:⁊ sub eucharistia fuisset.⁊ p̄cipue si virgo beata poneretur se habuisse passiue pure respectu talis generationis:quod videretur tunc ꝓbabiliter posse poni.q̄ alias creatura posset cooperari actiue ad hoc vt redire t idem numero:vt sequi videt ex predictis.vnde tūc vel virgo nō fuisset cooperata actiue: vel fuisset cooperata ad reparandum idem numero corpus christi quod primus extitisset.qđ satis videtur dubium:⁊ apparebit de hoc infra in materia de resurrectione:vtrum possit idem numero reparari per naturam:quare ⁊c. ¶ Quātum igit ad istum articulum videtur michi q̄ corpus christi īmo totus christus absolute loquēdo virtute diuina potuit idem numero:qui est modo fuisse sub eucharistia a principio mundi:etiam ab eterno si mūdus potuit eē ab eterno.⁊ sic q̄ nō fuisset alibi:sed in eucharistia tñ:⁊ tamen postea potuisset formari de purissimis sanguinibus virginis tēpore illo quo fuit formatum modo p̄dicto.⁊ tunc habuisset suum modū essendi naturalem in vtero virginis. ¶ Secūdo dico q̄ sicut potuit eē sub sacramento añ incarnationē:ita potuit eē in celo vel vbicunq̄ alibi. ¶ Tertio dico q̄ potuisset fuisse:⁊ non fuisset alicubi.quia fieri extra celum. ¶ Quarto dico q̄ de facto corpus christi primus habuit modum essendi naturalem in loco circūscriptiue ⁊ dimēsiue q̄ habuit eē sub sacramēto. Nam eucharistia fuit instituta post incarnationē in cena xp̄i: sicut patet Mathei.xxvj.⁊ Luce.xxij.

Ad motiua primo opinionis.

¶ Ad primū aliorum qui ꝓbant q̄ christus non potuit primus esse sub eucharistia vel sacramēto:dico q̄ modus eēndi corpus christi naturaliter in loco.i.circūscripti ue ſm modum naturalem aliorum corporum:non prior est essentialiter modo sacramētali:nec ille dependet ab ipso:sed vterq̄ indifferenter potest poni primo.vel vterq̄ simul.vnde simul potuit christus incipere esse in vtero virginis ⁊ in eucharistia Quando dicis q̄ primus habet aliquid esse naturaliter q̄ sacramētaliter:dico q̄ accipiendo esse naturaliter ꝓ esse nature ⁊ actuali existētia eius pri⁹ natura saltem habet aliquid eē naturaliter in se q̄ in sacramēto.sed accipiendo eē naturaliter pro esse naturali ⁊ circunscriptiuo corporis in loco non apōtet. ¶ Ad secūdum dico q̄ esse christi sub sacramēto vel sacramētaliter presupponit suum esse substantiale simpliciter. Ad minorem dico q̄ licet de facto corpus christi habuerit esse primo simpliciter in incarnatione.⁊ cum hoc esse modo naturali in loco.potuit tñ habere esse simpliciter substantiale prueniendo incarnationē.⁊ ita licet ſm potētiam ordinatam:⁊ de facto non potuerit p̄⁹ eē sub sacramēto q̄ in vtero.tñ absolute loquēdo potuit. ¶ Ad tertium dico q̄ possibile est aliquid incipere vel recipere esse postq̄ incepit:si desiſt interim eē:sicut etiam aliquid potest desinere esse postq̄ desiſt si interim incepit esse vel fuit. Primū patet in resurrectione. Secūdum patet si aliquid corrumperetur vel anichilaretur:⁊ postea repararet:⁊ iterato corrūperetur vel anichilaretur. Sic dico q̄ possibile fuit corpus christi incipere eē simpliciter p generationē tēporalem ex virgine postq̄ incepisset esse p productionem immediatam a deo: si interim desiſſet esse:sicut fuit possibile. Vel si non desiſſet esse ſm alios.saltem incepisset non eē simpliciter:sed ſm quid modo supradicto . Similiter de desinere esse. Et ita patet q̄ nulla contradictio est. Similiter etiam propter aliud.quia non oportuit absolute christuz incipere esse simpliciter: vel etiam corpus christi per generationem temporalē vt dictū est supra. Aliter dz q̄ eē sacramētaliter vel naturaliʳ nō naturali corporū nō ē eē nisi accidētale ⁊ ſm q̄d.⁊ ita pōt idē manēs substātialiter secundum esse variari:desinere vel incipere esse secundum talia:nec ad variationem: desitionem vel inceptionem talium esse:sequitur desitio vel inceptio esse simpliciter.⁊ corpus simpliciter ⁊ substantialiter posset esse sine quolibet tali modo essendi alicubi. Vnde arguere ex desitione vel inceptione ipsorum inceptionem vel desittonem esse simpliciter est fallacia secundum quid ⁊ simpliciter. ¶ Ad quartum dico q̄ non oportet q̄ res incipiat eē simpliciter ⁊ substantialiter:dato q̄ incipiat esse naturaliter in loco.i.modo naturali corporum:sed pōt preexistere tali modo sub alio modo essendi sacramentaliter. ¶ Ad quintum dico q̄ impossibile est corpus christi fuisse alicubi realiter anteq̄ sua materia(ex qua cum sua forma intrinsece consistit)esset.sed bene anteq̄ aliquod corpus cuius fuit illa materia:vel futura erat:esset.⁊ ita anteq̄ essent purissimi sanguines virginis:nec etiaz ipsa virgo potuit eē corpus xp̄i:licet nō anteq̄ eēt materia illorum sanguinum.q̄ sanguines non pertinēt ad substantiam corporis xp̄i:sed materia iporum que p̄fuit sub alijs formis anteq̄ sanguines eēnt. Similiter etiā dico vltra:dato q̄ sanguines ipi intrarēt substantiam corporis ⁊ nō solum materia eorum: vel siue sint siue non:deus potuit facere ⁊ producere illos sanguines eosdem numero ; anteq̄ eēt beata virgo: ⁊ ita adhuc de illis potuisset formasse imediate corpus xp̄i:⁊ ipsum posuisse sub sacramento priusq̄ sub mō naturali. Tertio dico vltra q̄ etiā potuit deus formare corp⁹ xp̄i de purissimis sanguinib⁹ existentib⁹ in virgine.⁊ nō fecisset corpus xp̄i eē in virgine modo naturali:sed in eucharistia tantum si voluisset. Nam(sicut dixi supra)licet generati ⁊ corruptisit vna materia. tamen non ē necessarium absolute q̄ vbi corruptum p̄fuit:ponatur generatum.quare ⁊c. ¶ Ad sextū dico q̄ de⁹ potuit facere corpus xp̄i ante incarnationem verbi eē naturaliter vel modo naturali in aliquo loco de potentia absoluta dico. Nec oportuit q̄ corp⁹ xp̄i incipet eē simpliciter vel localiter alicubi in illa incarnatione:vel per illam generationem temporalem:sed alio modo ⁊ pus : sicut dictum est su-

Nota solu.

p̄rā. Nec cogit ꝙ beata virgo coopata fuit actiue
quia quicquid deus potest facere mediante causa
actiua secūda potest immediate sine ipa: vt actiua
dico pro tāto quia generationē actionū vel actio
nem de genere actionis potest facere mediāte agē
te creato. ⁊ tū ſm me non potest ipsam facere sine
agēte creato vt subiecto. quia pono ꝙ actio est in
agēte: ⁊ ꝙ accidēs respectiuum cuiusmodi est ipa
nō potest fieri sine subiecto. potest tamen deus fa-
cere actionē sine agente creato concurrēte: vt cau-
sa actiua. Et tūc si de⁹ sic faceret immediate actio
nem in agente: agens ita bene diceretur agēs per
eam. sicut quando elicit ipsam. Impossibile est em̄
ꝙ aliqua forma sit in subiecto aliquo: ⁊ non deno-
minet ipsum. Hec de primo articulo.

Xp̄s vbi pōt esse circūscriptiue.

Quātum ad secundum ar-
ticulum expedio me ⁊ dico breuiter ꝙ omnis pro-
prietas habitualis que inest christo in celo vel in-
esse potest: inest sibi vel inesse potest sub sacramen
to. sicut q̄titas siue respectus aliquis quicūqȝ rea
lis. ita ꝙ de omni tali ꝓprietate dico ꝙ ita est: siue
sit absoluta siue respectiua. Hoc probo per ali-
quas vias. Prima est ista. Si aliquid inest vel in-
esse potest christo in celo qđ non sacramēto: sequū
tur contradictoria simul esse vera: vel posse verifi-
cari. sed hoc est impossibile. g̃ ⁊c̄. Probatio conse
quētie. ponatur ꝙ aliquid conueniat christo in ce-
lo: puta quātitas vel qualitas insit sibi vel filiatio
vel quicquid vis: ⁊ non insit vel cōueniat sibi in sa
cramēto. sequitur affirmatio ⁊ negatio eiusdē de
eodem ⁊ simul. Ita ꝙ simul eidem inest talis pro-
prietas: ⁊ non inest. hoc autem impossibile est. s. ꝙ
idem simul q̄tum ⁊ non q̄tum. album ⁊ non albū
filius ⁊ non filius. hic ⁊ non hic: vel in celo et non
in celo. ergo ⁊c̄. Secūda ratio. Si aliqua talis
proprietas non inest in sacramēto que inest in celo
vel econuerso. hoc videretur quia in sacramēto est
modo incōpossibili ad aliquid qđ conuenit sibi in
celo vel econuerso. sed esse in sacramēto non est in-
compossibile alicui cōpossibili cum esse in celo: nec
econuerso. quia nec ista sunt sibi inuicē incompossi
bilia. simul em̄ christus est in celo ⁊ in sacramento
ergo ⁊c̄. Tertia ratio. Si aliqua ꝓprietas que
inest christo in celo: nō inest sibi nec inesse potest in
sacramēto. hoc maxime videretur īter absoluta de
quātitate sua: de qua aliquibus videtur ꝙ sit ratio
formalis īcōpossibilitatis cū alia quātitate ī eodē
loco. sicut albedo cum nigredine in eodē subiecto
sed de quātitate ꝓbatum est supra ꝙ inest corpori
in sacramēto. Nec obstat illud qđ adducitur: quia
nō est ratio formalis incōpossibilitatis cū alia quā
titate. nec em̄ est vna formaliter incōpossibilis al-
teri in eodē. Nam sicut dicetur infra ⁊ iam supra
dictum est: duo corpora possunt simul stare in eodē
loco. Nec in hoc est aliqua formalis repugnantia:
licet agens naturale nō possit hoc facere. vnde nō
est simile de duabus quantitatibus in eodē loco: ⁊
de duobus contrarijs in eodē subiecto: si tū cōtra
ria habent formalē repugnantiam: sicut communi
ter ponitur: qđ tamen negaui in tertio. quare ⁊c̄.
Quarta ratio. Si aliquid non inesset christo in
sacramēto quod in celo ⁊ ecōuerso. hoc maxime vi
deretur inter respectus de vbi circunscriptiuo qđ
habet in celo: ⁊ situ quia non videntur sibi conue-
nire in sacramento vel econuerso. de vbi p̄sentiali
non circūscriptiuo qđ habet in sacramēto ⁊ non in
celo: vt videretur. q̄ nec in sacramēto est localiter
vel circūscriptiue: nec in celo sacramētaliter nō cir
cūscriptiue: sicut videtur fuisse dictum supra ꝙ cor
pus christi non est in sacramēto circūscriptiue: nec
partes eius situaliter. Sed hec non obstant. Dico
em̄ ꝙ idem vbi circūscriptiuum quod habet in ce
lo ad ipsum celum circūscribēs: ⁊ eūdem situm par
tium ad partes celi habet in ⁊ sub sacramēto. nō ꝙ
illud vbi sit habitudo ad sacramentum vel ad spe-
ciem sacramentalem: sed ad celum. Sicut etiā sub
sacramēto habet equalitatē ad aliquod corpus si-
bi equale nō ad speciem sacramētalem que est mi-
nor: sed habet inequalitatē ad ipsam. Ita em̄ exn̄s
in sacramēto est equalis quātitati celi circūscribē-
tis ipsum: sicut quātitati speciei sacramentalis est
inequalis. Ita ꝙ vtrobiqȝ omnia sibi insunt. Alio
quin enim sequitur cōtradictio sibi apta. si em̄ ī ce
lo circūscribitur a celo existens ⁊ in sacramēto exi
stens non circūscribitur a celo: nec inest sibi circun
scriptio sequitur affirmatio ⁊ negatio eiusdem re
spectus ab eodem subiecto ſm idem fundamētum
⁊ respectu eiusdem extremi. Sic ergo in sacra- Sūmatio p̄dictorum.
mento est circūscriptiue in habitudine ad celum. ⁊
ita etiam partes eius sunt situaliter nō in habitu-
dine ad partes speciei sacramentalis: sicut dictum
est supra: sed ad partes celi. Et ecōuerso in celo est
sacramētaliter. i. in celo existēs habet habitudinē
presentie sacramētalis non ad celum: sed ad spēm
sacramētalem: sicut patet. Et ita dico ꝙ oīs ꝓprie
tas que inest sibi in sacramēto ⁊ in celo ⁊ ecōuerso
⁊ que potest inesse: potest inesse hic ⁊ inde. Secū
do dico ꝙ aliqua accidētia respectiua licet insint si
bi in sacramēto non tū vt in sacramēto. q̄ ratio es
sendi in sacramēto vel in specie non est ratio quare
sibi conueniant talia accidētia. Nec tales respect⁹
sunt habitudines ad sacramētum: nec etiam tales
habitudines inessent sibi si tantum eēt in sacramē-
to. vnde licet eē circūscriptiue vel vbi circūscripti
uum respectu celi conueniat christo in sacramēto.
non tū vt in sacramēto: quia dato ꝙ christus nō es
se in sacramēto sibi conueniret tale vbi. Et simili-
ter de omnibus accidētibus absolutis potest dici.
Et posito ꝙ christus solum eēt in sacramēto: nō cō
ueniret sibi tale vbi circūscriptiuum: nec ipsum ha
beret in sacramēto: licet accidētia absoluta posset
habere si solum eēt in sacramēto. Similiter ⁊ tale
vbi circūscriptiuum non est habitudo christi ad sa
cramētum: licet conueniat sibi in sacramēto: sed est
habitudo ad celū circūscribens. Sic ergo tale vbi
conuenit sibi primo vt in celo. Est enim habitudo
sui ad celum. ⁊ si nō eēt in celo. nō haberet tale vbi
secūdario vero sibi cōuenit in sacramēto. Simili-
ter etiam vbi sacramētale ad speciem sacramēti cō
uenit sibi primo vt in celo: nec vt in sacramento: q̄
omne accidēs absolutum (de quo est sermo modo)
posset habere dato ꝙ nō esset in sacramento nec in
celo. sed extra celum. vel dato ꝙ tantū in sacramē-
to ⁊ non in celo: vel tantum in celo ⁊ nō in sacramē
to. Hec de secundo articulo principali: nisi ꝙ ex
predictis patet ꝙ frustra distingunt aliqui de for-
mis absolutis ⁊ respectiuis intrinsecis: et de re-
spectibus dicētes ꝙ om̄es forme vel proprietates
naturales absolute q̄ insunt christo in celo: insunt

sibi in sacramēto: ⁊ om̄es respectus intrinseci etiā
sed non oportet ꝙ omnes extrinseci: sicut vbi vel si
tus ⁊ si qua sunt consequentia ipsum vbi. Nam de
omnibus oportet necessario: vt cōtradictio euitet
sicut patet ex predictis.

Opinio cuiusdā.

Sed addit vnus doctor ad p̄dicta ꝙ licet
corpus christi sit sub sacramēto cum
sua quātitate: ⁊ sit formaliter q̄tum per ipsam: et
vtrūqȝ. s. tam corpus christi q̄ sua quātitas sit sub
stantialiter ⁊ realiter presens: posset tū deus face-
re ꝙ corpus christi esset q̄tū sub sacramēto: ⁊ sua
quātitas nō esset p̄sens: licet substātia corporis es
set p̄sens: ita ꝙ esset q̄tū formaliter quātitate nō
presente sacramēto: sed celo. Et possibile est ſm ip
sum ꝙ subiectū informatū ab aliquo accidēte sit p̄
sens: ⁊ tū accidēs q̄ tumcūqȝ informās non sit pre
sens. vnde licet quātitas informaret corpus ⁊ ī ce
lo ⁊ in sacramēto: ⁊ daret sibi esse q̄tum: non tū es
set p̄sens sacramēto sed tantū celo. Quod autē
sit probabile videtur persuaderi. Primo sic. Que
cūqȝ contingēter coniungūtur inter se et respectu
tertij: vnū illorum potest conuenire illi tertio: vel
stare cum illo. non obstante altero vel nō posito: q̄
non est ratio inseparabilitatis eorū nec ex ipsis in
ter se. nec ex tertio. sed p̄sentia substantie hic ⁊ pre
sentia q̄titatis eius sunt due p̄sentie contingēter
se habētes inter se ⁊ respectu tertij: qđ est corpus
christi esse q̄tum. Patet ꝙ sint due p̄sentie: quarū
neutra includit aliā ⁊ essentialiter distincte: q̄ de⁹
potest facere quālibet sine alia ⁊ econuerso. Et sic
etiam patet ꝙ contingēter se habēt inter se: ⁊ vna
non necessario presupponit aliā nec ecōuerso. Nec
est etiam causa alterius per se. Quod etiam respe
ctu tertij se habeant contingenter ⁊ separabiliter:
patet. quia corpus christi potest eē q̄tum sine qua
libet istarum. Si em̄ corpus christi esset extra ce-
lum tantum: adhuc esset q̄tum: ⁊ neutrum esset hic
presens. quia nec substantia nec q̄titas. Similiter
etiam vtrūqȝ potest esse presens hic: dato ꝙ corp⁹
christi non sit q̄tum. Si enim separaret deus acci-
dens a subiecto manēte presentia eius ad speciē:
patet ꝙ ⁊ substantia ⁊ quātitas essent p̄sentia. ⁊ ta
men corpus christi nō esset quātum. Igitur sequi
tur conclusio ꝙ corpus christi q̄tum existens po-
test poni p̄sens sub eucharistia: ⁊ tū sua quantitas
non erit p̄sens eucharistie sed celo tantū. Non em̄
q̄titas per hoc dat esse q̄tum. quia est p̄sens: sed p
hoc ꝙ informat vel inheret. Sicut anima non dat
corpori esse viuum per hoc ꝙ est p̄sens: sed per hoc
ꝙ informat. vnde posset deus facere animā p̄sentē
corpori vel loco corporis: sicut etiam angelum da-
to ꝙ nō informaret. sic etiam quātitatem p̄sentem
corpori vel loco eius: dato ꝙ nō informaret. Et si
militer pari ratione econuerso ꝙ informaret ⁊ nō
esset p̄sens. Et cōfirmatur ista ratio: ⁊ simul de
claratur. quia deus potest facere vnū respectū ex-
trinsecum inter aliqua duo: dato ꝙ non faciat ali-
quem alium: qui non est sibi mutuus: ⁊ est essentia-
liter distinctus non p̄supponēs aliū ipsum: nec ecō
uerso: sȝ sic est de respectu inherēte ⁊ respectu pre-
sentie quātitatis: siue ad corpus: siue ad locum cor
poris. ergo potest primū facere sine secundo. Mi-
nor patet. quia sicut dictum est in precedētibus: re
spectus inherentie non est respectus p̄sentie. q̄
potest esse vnus sine alio: vt dictum est. Nec p con
sequēs etiam sunt respectus mutui. q̄ respectuū
mutuorum vnus non potest esse sine alio. Simili-
ter etiam vnus nō necessario p̄supponit aliū. Nā
indifferēter vnus potest esse sine alio ⁊ econuerso.
ergo ⁊c̄. Tertia ratio est ista. non est minus pos
sibile esse corpus q̄tum ⁊ quātitatem eius esse sine
presentia q̄titatis ad locum q̄ sine p̄sentia aliqua
alicuius istorum ad aliquē locum. sed possibile est
esse corpus q̄tum sine presentia siue corporis siue
quātitatis ad aliquē locum: sicut dictum est supra.
ergo ⁊c̄. Imaginatur ergo sic iste doctor: sicut Resolutio huius opi.
⁊ imaginor ꝙ licet quātitas corporis xp̄i sibi inhe
reat: ⁊ insit formaliter in sacramēto: ⁊ etiam de fa
cto sit ibi p̄sens ſm aliquē alium respectum extrin
secum p̄sentie: tamē virtute diuina possibile eēt ꝙ
quātitas corpis xp̄i inhereret sibi in sacramēto et
non esset p̄sens sacramēto ſm aliquē respectū pre-
sentie extrinsecum fundatum in quātitate ipsa ad
ip̄m sacramētum vel ad speciem sacramētalem: li-
cet eē p̄sens in celo ⁊ in sacramēto. Ex quo pa
tet ꝙ licet subiectum habeat accidēs: ⁊ econuerso
accidēs sit in subiecto: non tū oportet accidēs esse
presens subiecto ſm aliquē talem respectum p̄sen
tie extrinsecum. Si dicas vel accidēs est p̄sens vel
absens. si est absens: non pōt informare. ergo opor
tet ꝙ sit p̄sens. Dico ꝙ si absentia dicat negationē
presentie: que non est nisi respectus extrinsecus p̄-
sentis ad illud cui est p̄ns ꝙ potest informare: da-
to ꝙ sit absens. quia sine tali respectu p̄sentie. Si
vero absentia dicat respectum distantie: sic dico ꝙ
adhuc absens posset informare. Non enim magis
repugnat hoc q̄ ꝙ posset simul esse p̄sens ⁊ distās
quod tū concessi in p̄cedenti questione quare ⁊c̄.
Hec de secundo articulo principali.

Quātum ad tertium arti- De actōnib⁹ immanentibus.
culum premitto primo aliqua. Primū est ꝙ actio
nes immanētes sunt omnes operationes sensuum
vel potētiarum sensitiuarum seu cognitiuarum in
teriorum ⁊ exteriorum: ⁊ similiter intelligere ⁊ vel
le vel nolle. Secūdo premitto ꝙ oēs iste opera
tiones sunt essentia essentialiter absoluta: ⁊ si sunt
respectiua ad obiectum: hoc non est nisi p aliquem
respectum accidētalem: qui manet manēte obiecto
⁊ non manet non manente nec existente obiecto.
Tertio p̄mitto ꝙ aliud est talē operationē ter-
minare: aliud vero eas elicere. aliquid enim potest
terminare: quod non potest elicere vel non elicit.
His premissis dico primo q̄tum ad sensitiuas
operationes istas ꝙ omnes que insunt sibi in celo
vel q̄ possunt inesse ⁊ conuenire elicitiue: vbi ē vel
esse pōt localiter: insunt sibi vel inesse possunt sub
sacramēto. Unde quicquid videt in vno loco exn̄s
videt sub sacramēto existēs. Et ista conclusio po-
test recte vniformiter probari: sicut conclusio pri-
ma de formis habitualibus: que non consistunt in
actu secundo elicito. quia alioquin contradictio
sequeretur vel posset sequi: scilicet ꝙ idem simul vi
deret ⁊ non videret: ⁊ sic de alijs suo modo. Tum
quia etiam potētie non debēt carere sub sacramen
to suis p̄fectionibus actualibus ⁊ quasi beatitudi
nibus: nec carēt ꝓpter aduentum vnius respectus
extrinseci p̄sentie corporis ad speciem. Tum quia
etiam xp̄o infuisset idem dolor in cruce ⁊ in pixide
⁊ p consequēs idem actus sentiendi. quia dolor se

quitur in appetitu sensitiuo sensationē:sicut in appetitu intellectiuo intellectionē. Unde dico breuiter q talis omnis operatio potentie apprehensiue vel appetitiue tam sensitiue q̄ intellectiue: q̄ inest xp̄isto in celo:vel inesse potest in loco vbi est:vel esse potest circunscriptiue:inest vel inesse potest sibi in sacramēto. ¶ Secundo dico q operationes sensitiue sensuum exteriorum particulariū nō insunt: nec possunt sibi inesse primo in sacramēto. Ita q si solum esset in sacramēto:non conuenirēt sibi tales operationes:sed cōueniunt sibi primo vel conuenire possunt:naturaliter dico vbi est circūscriptiue et localiter. Cuius ratio est. quia in sacramēto nō est modo conuenienti nec requisito necessario ad sensationē sm dispositionē situs in loco. et ideo ibi nō conueniunt sibi primo:nec cōuenire possunt naturaliter dico:sed secūdario cōuentunt sibi pro quanto est idem corpus vel idē xp̄s in sacramēto cuz seipso in celo. et ita habet eāde formā necessario quā ponitur habere primo: vbi est in loco circūscriptiue. Alioquin cōtradictio poneretur. ¶ Tertio dico q operationes potētiarum sensitiuarū interiorum et appetitus sensitiui possunt sibi inesse primo in sacramēto. Non em requirunt tales operatiōes ad suum inesse vel in fieri nisi sensationes p̄cedentes in sensibus exterioribus:mediantibus quibus habētur species sensibilium:et hauriuntur. Nec requiritur coexistētia vel cōmensuratio operantis ad locum exteriorem:sicut in sensatione exteriori naturaliter fienda vel habēda. Et ita dico q ēstum est ex parte ipsarū:omnes possent in fieri naturaliter et inesse:dato q xp̄s non esset nisi sub sacramento:si tñ ab ipso haberētur sensationes sensuum exteriorum:sicut posset fieri virtute diuina vt puto: licet non naturaliter posset sicut dictū est in cōclusione p̄cedente. Eodem modo potest dici de intellectione et volitione quātūcunq; dependēte ex imaginatione et fantasia sm modum intelligēdi viatoris. ¶ Quarto dico q xp̄s posset hic habere naturaliter sub sacramēto aliquā intellectionem et volitionē consequētem primo et naturaliter et secundario haberet ipsam vt in celo. Nam aliquid in sacramento vel vt in sacramēto est sibi p̄sens:quod non vt in celo:sicut ipse species sacramētales vel huiusmodi. Et cum cognitio intuitiua requirat p̄sentiaz primi obiecti quādo fit naturaliter:posset alia xp̄i intuitiue intelligere aliquid primo hic p̄sens sibi vt in sacramēto nō vt in celo. Similiter econuerso in celo:qđ non vt in sacramēto: sicut angelū in celo. et cōuenret sibi hoc secundario vt in sacramēto. ¶ Quinto dico quātum ad terminationem predictarum operationum q quācunq; operationē predictaz terminat in celo existēs:terminat etiā in sacramēto et econuerso. Ita q si pōt videri oculo corporali siue glorioso siue nō glorioso in celo: potest videri in sacramēto et hoc si videri dicat tātum terminare visionem. Alioquin enim sequerek contradictio sicut supra. s. q idem obiectum simul terminaret eandē visionē:et non terminaret vtrobiq; ergo terminat. et potest videri:sed nō vtrobiq; primo. sed in loco vbi est circūscriptiue: terminat primo. Et q terminet vtrobiq; patet. quia terminare talē actū ex parte obiecti:non dicit nisi vel esse obiectū talis actus:vel respectū rationis ad talem actus. Modo oportet necessario ex quo est idē corpus vtrobiq; et obiectū:q vtrobiq; terminet et habeat predictum respectū. Sicut enim impossibile est q eidem simul conueniat et nō conueniat aliquis respectus realis:ita etiam de respectu rationis. vtrobiq; igitur existēs terminat et videtur:sed nō primo:nec vt vtrobiq;:sed vt in loco circūscriptiue. Et similiter de alijs sensationibus et operationibus interioribus tam cognitiuis q̄ appetitiuis:tam intellectiuis q̄ appetitiuis. ¶ Tu dicis. si naturaliter potest videri xp̄us sub sacramēto sicut in celo:et naturaliter intelligi: sequitur q quicūq; videns potest p̄cipere ipsum esse ibi:sicut sortem esse in loco suo. Et q similiter illa que sunt fidei:possunt videri et naturaliter intelligi. hoc autē est falsum. quia talia sunt supnaturalia in essendo. et per consequēs non possunt nisi supnaturaliter intelligi. Dico q nullus visus corporalis siue glorificatus:siue nō potest naturaliter p̄cipere corpus xp̄i esse hic:sicut nec potest cognoscere ipsum ab esse. Eiusdē enim potētie est cognoscere obiectū aliquod adesse et abesse scđo de anima. visus p̄cipit lucem et tenebrā. Sicut em in celo nō percipit visus corporalis corpus xp̄i esse hic sacramētaliter: nec in sacramēto:sed sicut in celo corpus xp̄i existens est visum et p̄ceptum esse in celo:ita in sacramento existēs potest esse et est visum et p̄ceptum esse in celo. et ita percipitur et in celo existēs et in sacramento:sed non vt in sacramēto:sed vt in celo. Ad illud quod dicitur de naturaliter intelligi:dico q nō video quare intellectus angelicus vel intellect⁹ anime separate vel beate nō posset naturaliter intelligere corpus xp̄i esse sub sacramēto:et intuitiue videre si esset sufficienter approximatus. sicut etiam naturaliter posset cognoscere vnum angelū existē tē ibidē vel vnum spiritum:vel aliquod aliud corpus. Nec valet q modus ille essendi est supnaturalis et causatus supnaturaliter. quia etiam substantia angeli causatur supnaturaliter. Et ille modus licet supnaturaliter causetur:nō tñ est obiectū excedēs facultatē luminis naturalis cuiuscūq; intellectus creati:puta respectu intellectus separati vel beati. quia talis intellectus respicit totum ens pro obiecto adequato et ꝓportionato loquēdo saltē de ente creato. Similiter etiam nō impeditur ex aliquo. Dico tñ bene q intellectus cōiunctus hominis viatoris pro statu vie p̄sentis nō potest intelligere naturaliter et clare et euidēter corpus xp̄i esse ibi:sicut nec sensus p̄cipere. dependet enim sua intellectio ex sensatis et imaginatis:sicut patet. Nō sic de intellectu angelico vel separato seu beato etiaz coniuncto. vnde et anima christi naturaliter nouit se esse ibi et corpus suum.

¶ **Sed contra** predicta arguit: et instatur primo. quia nō videt q xp̄us in sacramēto videat corporaliter illud qđ videt in celo:qz visio est noticia intuitiua sed noticia intuitiua requirit obiectum p̄sens illud autē quod est p̄sens xp̄o in celo:non est sibi p̄sens in sacramēto:ꝗ et. ¶ Scđo arguitur. quia in sacramēto nō potest tāgere se. ¶ Tertio quia videt q operationes potētiarum sensitiuarū exterioꝝ possunt sibi cōuenire primo in sacramēto. qz dato q xp̄us esset in sacramēto solū:adhuc posset deus causare visionē alicuius visibilis in ipso. etiā dato q illud visibile non esset p̄sens:vt videtur. quia visio dicit aliquid absolutum:quod posset fieri virtute diuina sine respectu ad obiectum:non obstāte illo modo essendi sacramētali ipsius xp̄i vel oculi sui. sed hoc posito: videret et sibi cōueniret visio p̄ma sub sacramēto:ꝗ et. ¶ Quarto sic. videtur q corpus xp̄i possit videri etiā oculo corporali:vt sub sacramēto. quia lux punctalis videtur et posset videri. Tum quia lux illa se diffunderet sperice. Tum qz a puncto fit reflexio sm lineā rectam. et planus est q illud a quo fit reflexio:potest videri ꝗ et. sed corpus xp̄i nō est minus visibile sub sacramēto:q̄ lux punctalis. qz nō est vbi indiuisibile sed ēstum. similiter nō est ibi dimensiue q̄ pūctus: qui est aliquid indiuisibile. ¶ Quinto q nullus intellectus angelicus naturaliter possit cognoscere euidēter corp⁹ xp̄i esse ibi. quia non est hoc magis cognoscibile q̄ aliquod futurū contingēs dependens ex diuina voluntate. Similiter etiā qz tunc angelus malus posset cognoscere xp̄m esse ibi quod non videtur.

Ad p̄cedētes instātias

¶ **Ad primū** xp̄s videt intuitiue in sacramēto illud qđ videt in celo. Nñ dicitur q cognitio intuitiua vbicūq; est:requirit obiectum p̄sens. Dicit verum est ēstum ad suum causari:et vbi causa? nō autē in terminari. Et qvt in sacramēto nō causatur illa visio:sed in celo:vel vt in celo:non oportet q visibile sit p̄sens sacramēto vel xp̄o in sacramēto:sed in celo sufficit ad hoc vt terminet q sit p̄sens. ¶ Sed istud non videt michi verū. Non em video q plus quātum ad vnū requirat p̄sentia obiecti:q̄ quātum ad aliud eo modo quo dicit. Maz et si nō causaretur visio ab obiecto sed ab ipso deo immediate vel ab oculo:adhuc necessario requireret p̄sentiam obiecti sm ipsos. loquēdo saltem de primo obiecto. Scđo quia nō video q corpus xp̄i sit alicui p̄sens in celo:cui non sit p̄sens in sacramēto et econuerso. alioquin sequit cōtradictio q idez est p̄sens simul et nō p̄sens eidē. Dicitur aliter q xp̄s in sacramēto habet visionē eius qđ videt in celo:non tñ vt intuitiuā noticiā. quia visio vt sic. s. vt est intuitiua noticia habet respectū ad obiectum: vt p̄sens ipi videti. Unde est ibidē modo quāti tatiuo et dimēsiuo. quē quidē respectum nō habet ad visibile in sacramēto:sed tātum in celo. Nec est inconueniens q circa visionē variet talis respectus. quia sequitur vbi:qđ et ipsum variatur in celo et in sacramēto. Istud etiam nō videtur michi bene dictum. qz visio et vnaquez notitia est eentialiter ex absoluto sibi intrinseco abstractiua vel intuitiua: nō ex aliquo respectu accidētali. Ille em sunt p se differētie ipsius notitie:sicut patet. Si igit xp̄us in sacramento habet visionē vt absoluta est:habet necessario vt intuitiua est etiā sicut argutū est contra solutionē/corpus xp̄i in sacramēto: licet nō vt in sacramēto p̄sens est obiecto visibili existenti in celo. quia et hoc videt sufficere ad noticiā intuitiuā q obiectū sit p̄sens videti. Dico igit aliter q vtrobiq; xp̄s notitiā intuitiuā et vt intuitiua est:et q vtrobiq; oculus xp̄i p̄sens est eidē visibili et eadem p̄sentia. Ideo si ad notitiā intuitiuā requirat p̄sentia obiecti:siue vt causantis:siue vt terminātis. siue vtroq; modo:adhuc sufficit talis p̄sentia. Dico tñ talem p̄sentiam:licet habeat xp̄us sub sacramēto:nō tñ primo et vt sub sacramēto. et ideo nō requiritur q corpus sit sibi p̄sens vt sic et alia p̄sentia q̄ illa qua est p̄sens sibi in celo. Puto tñ q ad notitiam intuitiuā non requiritur actualis et realis p̄sentia obiecti etiam primi:sicut dixi in primo Et dicā in solutione tertij argumēti. ¶ Ad scđm de tactu dico operatio sensus factus cōuenit xp̄o in sacramēto sicut ī celo recte vniformiter sicut de visione. Nec aliter requiritur p̄sentia ad istā operationē q̄ ad visionē. Est em quedam operatio cognitiua. Aliter dicit vnus q xp̄s sub sacramento pōt tangere seipsum:sed nō potest tāgere aliud extrinsece cū ratione ponit. qz ad hoc vt possit, aliqs tangere seipsum:nō requirit nisi ordo partium:in toto q pars sit extra partem. Ad tangēdum vero aliud requirit ordo et situs partium in toto et in loco. Modo xp̄s sic est sub sacramēto q partes eius ordinātur in toto. Et ideo pōt seipm tāgere et ponere manū ad caput vel ad pedē:sed nō potest tangere aliud vt sic. ¶ Non videt hoc michi verum. Nam ita bene ad tangēdum seipm requirit. situs partium in loco:sicut ad tangēdum alium. Nec video quare plus ad vnus q̄ ad aliud. et ita si non ad vnū nec ad aliud. Et ideo dico q si situs ī loco necessario requirit q nec seipm nec aliud potest tangere vt est in sacramēto:licet in sacramēto tangat illud idem quod in celo. vnde nec si esset extra celū posset tāgere seipm sm istum modū nec aliud. Si vero nō requiritur situs partium in loco:tūc ex defectu talis situs sub sacramēto nō impeditur quin possit tangere seipsum vel aliud etiam vt in sacramēto. ¶ Ad tertiū dicitur et ego dico simpliciter et absolute q deus posset causare visionē alicuius visibilis siue distātis siue nō existētis in re in oculo xp̄i sub sacramēto:dato q tātum esset sub sacramēto. sed dico q naturaliter est ip̄ossibile hoc fieri Et ideo dico vltra q visio aliqua posset ineē xp̄o sub sacramento primo:et secūdario in celo:si fieret post ea in celo. Et hoc supza nō negaui:sed cōcessi Et dico tūc q distans ab oculo vel nō ens videretur:et intuitiue videretur et cognoscerent. Nec habeo pro incōuenienti. Non em video q ad intuitiuam noticiā. vnde talis requirat entitas obiecti:sire:et q consequēs nec ꝓpinquitas ad videtem. Et non est incōueniens q nō ens sic denominetur visum:vel dicatur visum:sicut nec q dicat situm vel intellectum. quia esse visum nō plus ponit existentiam realē in obiecto q̄ esse cognitum. poneret ergo visio et distans videretur:vel nō ens seu nichil videret sicut iam patet ex p̄dictis. Ponitur vnus exemplum ab vno. quia sicut est possibile q aliqd videatur vbi nō est:sic q aliquid videatur qđ non est. Sed aliquid potest videri vbi nō est:sicut quādo rotatur in aere baculus ignitus: in summitate apparet ignis in toto circulo et videtur. et tñ nō est in toto circulo:sed tātum in summitate baculi. Nō curo de isto exemplo. qz forte totus aer ignitur in circulo ad rotationē et motū impetuosum baculi. et ita est ibi ignis vbi videt:vel sensus decipitur: sicut etiam in motibus alijs velocibus:vt in trocho quādo voluitur:vel etiam in remo qui videtur fractus in aqua. licet sm rei veritatem nō sit fractus ¶ Ad quartum dico q naturaliter nec etiam virtute diuina corpus christi a quocunq; oculo corporali non potest videri vt sub sacramento:licet sub sacramēto videatur:vel possit videri. quia modus ille sacramētalis non est visibilis. nec etiam est ibi

Instātie cōtra p̄dicta.

Exēplū.

visibile vt sic:licet quātum ꝛ corpus habēs vel pos
sibile habere pyramidē basis terminate ad visum
sm angulum suum que nō cōuenit christo vel cor-
pori christi vt sub sacramēto:licet sub sacramento
cōueniat sicut in celo:quare ꝛc. Quando dicis de
luce punctali. dico ꝙ nō est dare lucē punctalē lo-
quēdo de puncto mathematico ꝛ simpliciter indi-
uisibili. lux enim est forma corporea. ꝛ nō potest in
formare nisi q̄tum. punctus aūt talis non est quā
tus. Et ideo dico ꝙ punctus illuminatus natura
lis non est indiuisibilis sed est corpus sm rei veri-
tatem ꝛ visibilis. dicitur tamen punctus:quia non
contingit ipm naturaliter diuidi:nec signare quā-
titatē minorem. Corpus autem christi nō plus in
sacramēto:vt sic est dimēsiue vel extensiue:nec esse
potest q̄ pūctus mathematicus simpliciter ꝛ om-
nino indiuisibilis. quare ꝛc. ¶ Ad quintū dico ꝙ
non est simile de futuro ꝛ de p̄senti:licet eīm ange-
lus non possit naturaliter cognoscere certitudina
liter futurum contingēs:tamen contingēs p̄sens
potest cognoscere. Sicut etiā patet de nobis qui
cognoscimus multa contingētia presentia : nō tñ
futura. Et vlterius ad illud qd additur ꝙ angel⁹
malus naturaliter posset cognoscere corpus chri-
sti esse sub specie. Et cognoscit etiam intuitiue qñ
est presens:si permittitur a deo. si autem non p̄mit
titur non propter hoc sequitur quin posset natura
liter cognoscere quātū est ex facultate sui luminis
naturalis. Hec de secundo articulo principali.

¶ Quātum ad quartum ar-

de actiōe ꝛ passione trāseūte.

ticulum an. s. christus omnē actionē vel passionem
transeuntē:quā habet vel terminat in celo: possit
terminare vel habere in sacramento:dubiū est. Et
primo discutiendum est si potest moueri vel muta
ri in sacramēto sicut in celo. ꝛ postea si possit moue
re vel mutare aliquid aliud accipiēdo mutationē
vel motum quomodocūq accipi potest. ¶ Quan-
tum igitur ad primum dico aliquas cōclusiones.

Xp̄s an pōt moueri ī sacramēto sicut ī celo.

Prima est ista ꝙ quēcunq motum vel mutationē
christus potest habere vel elicere in celo vel vbicq
circūscriptiue potest habere vel recipere in sacra-
mēto. ꝛ quēcunq motum vel mutationē habet in
celo:habet etiā in sacramēto ꝛ ecōuerso. Hoc pro
bo. quia alioquin esset vel posset stare cōtradictio:
sicut pbatum est supra. Nam affirmatio ꝛ negatio
eiusdem de eodem simul ꝛ respectus eiusdē. s. mu-
tātis. Si enim christus mouetur vel mutatur in ce
lo quacūq mutatione vel motu seu etiam mutari
vel moueri potest:ꝛ nō mutatur eadem mutatione
vel motu in sacramēto:vel mutari potest:sequitur
ꝙ idem subiectum simul mutatur vel mouetꝰ ꝛ non
mutatur:vel non mouetur ab eodem mutante: vel
ꝙ simul possint sibi ista inesse. hoc autem est cōtra-
dictio:g ꝛc. ¶ Secunda conclusio est ꝙ loquendo
de mutationibus transeuntibus ꝛ motibus:corp⁹
christi licet in sacramēto moueatur ijsdem quibus
in celo vel possit moueri seu mutari. iste tamē mu-
tationes vel motus conueniunt vel conuenire pos
sunt christo primo in celo:vel vbi est circunscripti
ue:secundario autem in sacramento. nam tales mu
tationes vel motus naturaliter non cōueniunt nec
conuenire possunt christo ab aliquo: nisi sm qd est
in loco circūscriptiue ꝛ dimēsiue:quia talis appro
ximatio vel presentia in loco requiritur necessario
ad mutari vel moueri corporis ab agente natura-
li ꝛ patet ꝙ licet christus in sacramēto existens sic
dimensiue ꝛ circūscriptiue in celo : non tamē vt in
sacramento. ideo ꝛc. ¶ Tertia conclusio est ꝙ que
cunq mutatio transiens vel motus qui inest vel in
esse potest christo in celo:primo ꝛ vt in celo:potest
inesse sibi vt in sacramento virtute diuina ꝛ sic pri
mo in sacramento sola mutatione illa vel motu ex
cepto quę terminantur ad esse in loco circunscripti
ue ꝛ illis alijs que necessario presupponunt istam
vel istas. Nisi diceretur etiā ꝙ mutatio potest fie-
ri sine termino. Et tunc non oporteret ꝙ licet xp̄s
vt in sacramento ꝛ tantum in sacramento haberet
vel reciperet mutationem vel motum ad vbi circū
scriptiuum in aliquo loco ꝙ haberet terminum il-
lius mutationis vel motus:puta vbi circunscripti
uum. nec ꝙ esset alicubi circunscriptiue. Ratio au
tem huius conclusionis q̄tum ad alias mutatio-
nes vel motus quicquid sit de ista mutatione vel
motu est. quia corpus christi vt sub sacramento:da
to ꝙ tantum esset sub ipso:habet omnia necessaria
ad recipiendum vel terminandum omnem talē mu
tationem vel motum. Nec etiam respectu virtutꝫ
diuine requiritur talis approximatio circūscripti
ua in loco ꝛ situalis qualis respectu agētis natura
lis. Et diceretur vltra ꝙ etiam de motu vel muta
tione illa ad vbi circunscriptiuum:puta ꝙ virtute
diuina posset primo conuenire christo vt in sacra-
mento. Et dato ꝙ esset in sacramento tantum:pos
set sibi conuenire:non tamen terminus eius : puta
vbi ipsum circunscriptiuum. Deus enim posset fa
cere mutationē sine mutato esse vel termino:sicut
dictum est supra. Et illa mutatio vel motus nō es
set respectus nisi ad deum mutantem vel mouentē
¶ Quarta conclusio est ꝙ illa mutatio vel motus
ad vbi circunscriptiuū:secundario conueniret cor
pori christi in celo. vel posset conuenire vbi pone-
retur circunscriptiue:licet terminus puta vbi cir-
cunscriptiuum:primo non conueniret nisi vt in lo
co circunscriptiue. quia est per se habitudo ad lo-
cum circunscribentem. Ratio huius secundi iam
est posita sicut patet. ¶ Sic igitur patet ꝙ omni
mutatiōe vel motu quo mutatur corpus christi in
celo vel potest mutari siue moueri:mouetur vel mu
tatur seu mutari vel moueri potest in sacramento

Resolutio.

Et ita omnem motum vel mutationem quam po-
test recipere vel terminare in celo:potest in sacra-
mēto. Similiter patet ex predictis ꝙ sacerdos vel
aliquid aliud mouēdo speciem vel hostiam conse-
cratam:nō mouet corpus christi nec per se nec per
accidēs. Non plus enim mouet corpus xp̄i sub sa
cramento q̄ moueret ipsum:dato ꝙ solū esset sub
sacramento: vt patet. Sed solum esset sub sacra-
mento. Non moueret ipsum nec per se nec per ac-
cidens. Nam sicut dictum est supra : motus talis
non potest inesse primo sub sacramento et vt sub
sacramento ab agente vel virtute naturali:sed tā-
tum a deo. Et ideo dato ꝙ mota specie moueatur
corpus christi:ꝛ fiat presens alteri loco:cui ꝛ ipsa
species sit presens:tamen non mouetur a mouente
speciem nec per se:nec per accidens. sed a deo tan-
tum:hoc patet. quia mouens aliquid non propter
hoc moueret nec per se:nec pec accidens aliud aut
presens super quo nullam habet potestatē mouen-
di. quando illud aliud nec est actus moti per se nec
pars eius:nec aliquid quod posset mouere per seip
sum:dato ꝙ illud aliud solū poneretur. sꝫ est aliud
coassistens per se moto non innitens sibi necessita
te:sed mera voluntate alicuius alterius. Sicut pa
tet: si angelus esset presens voluntate propria vel
voluntate diuina alicui lapidi:mouens lapidē per
se non moueret angelum. nec per se nec per acci-
dens sed si angelus moueretur a voluntate facien
te angelum presentem lapidi. sed sacerdos nullam
accipit potestatem mouendi corpus christi:nec ha
bet ex hoc ꝙ mouet speciem vel q̄titatem hostie qꝛ
corpus christi non est ibi sicut pars speciei : nec si-
cut forma vel accidens eius nec sicut aliud innitēs
necessitate naturali ipsi speciei vel q̄titati:qd pos-
set mouens mouere per seipsum : sicut graue est in
naui mota:sed tantum ex volūtate diuina ergo nō
mouetur per se nec per accidēs a virtute creata:sꝫ
tantum a diuina volūtate. ¶ Dico igitur ꝙ si cor-
pus christi mota hostia moueatur vel mutetur mo
tu pertinēte ad vbi vel terminato ad aliquod vbi:
sicut videtur probabile (quia de nouo fit p̄sens lo-
co:cui species ipa presens est:licet de nouo nō fiat
presens speciei) ꝙ nullum creatū mouens hostiam
mouet christum nec per se nec per accidēs. Nec po
test sibi conuenire motus vel mutatio aliqua sub
sacramēto primo vel sub sacramēto ab aliquo agē
te creato:nec a seipso vt homo : nec ab alio qꝛ non
est ibi modo q̄titatiuo et dimensiuo vel situaliter
eomodo quo oportet corpus est in loco : ad hoc vt
ab agente creato moueatur ꝛ si non oporteat mo-
uens sic esse in loco:vt patꝫ de angelo mouēte. Et
hoc dicunt aliqui esse intelligendum de motu vel
mutatione locali ꝛ de omni motu vel mutatiōe ab
extra:ꝛ presupponente necessario motum localem
et situationē partium corporis in loco : sed de ali-
quibus motibus ab intra seu mutationib⁹ possibi
le fuit corpus christi mutari primo in sacramēto ꝛ
dato ꝙ tantū esset in sacramēto. sicut si christus in
stituisset hoc sacramētum. ante mortem suam diu:
et ante sumpsisset alimētum: ꝛ seipsum fecisset sub
sacramēto tantum cū illo alimēto sumpto:alimen
tum fuisset digestum terminus et conuersum ꝛ po
tuisset sic nutriri vel augmentari. Et hoc bene. qꝛ
talis mutatio non requirit nisi in ordinem partiuꝫ
corporis in toto suo non autem in loco. ꝛ christus
sic est sub sacramento: dato ꝙ tantum esset sub ip-
so:ꝙ habet ordinem partium sui corporis in toto:
sed non in loco scd̄m situs partiales: vt dictum est
supra. Sed loquendo de motu vel mutatione qua-
si locali ad extra qua mouetur corpus christi mo-
ta specie ipsa dico ꝙ moueretꝰ concomitanter per
accidens non a mouente speciem:sed a deo imme-
diate:cuius voluntate presens est speciei vt dictū
est supra. Nec oportet:ꝙ sit omnino nouum mira-
culum:quotiens mouetur hostia: et corpus christi
concomitāter. Nam eadem ordinatione disposuit
deus vtrūq scilicet corpus christi esse presens spe
ciei ꝛ mouere ipsum concomitanter ad motū spe-
ciei:licet bene sint effectus distincti miraculosi. Et
dico:ꝙ talis motus cōuenit primo ipsi christo sub
sacramento. Unde et sibi conuenire posset:dato ꝙ
tantum esset sub sacramento:sicut et terminus ta-
lis motus scilicet esse presens sacramentaliter ei-
dem corpori vel loco cui presens species sit. ¶ Sic
ergo patet de terminatione vel receptione actio-
num vel passionum transeuntium. Modo restat vi
dere:si omnem motum vel mutationem quam po-
test elicere vel causare in celo possit etiam in sacra
mento. Et dico hic:ꝙ sic. cuius ratio est ne conce-
dantur contradictoria. quicquid enim mutat vel
potest mutare in celo existens : et in sacramento lo
quendo de mutatione vel motu quocunq: non ta-
men verum est in hoc : ꝙ omnes possit elicere vel
causare:vt in sacramento licet in sacramēto inquā
tum homo est dico. ¶ Circa quod est aduertendū

Quomodo xp̄us oēm motū quē p̄t causare in celo p̄t ꝛ ī sacramento.

Nota.

ꝙ christus scd̄m ꝙ homo habet duplicem poten-
tiam motiuam : vnam organicam ꝛ aliam non or-
ganicam sed spiritualem:siue ponatur eadem cum
voluntate siue non. per primā nō potest mouere ali
quid nisi organice partem post partem. Per secū-
dam simul totum corpus potest anima mouere: si-
cut angelus posset suo modo. Et in nobis etiam
talis est duplex potentia motiua:licet non habeat
vsum⁹ suum pro statu vie presentis. Nec ponitur
frustra. quia ad perfectionem nature. et in beatis
etiam habet actum suum:ita ꝙ non solum moue-
re possunt corpora sua organice partem post par-
tem sed aīa btī licet indistincta subiecto a corpore
moto potest mouere corpus suum simul totum ad
quem locum voluerit. Unde et christus aliquando
vt videtur:ista potentia vtebatur. quando. s. a pre-
sentia aliquorum dilabebatur subito vel quasi. De
ista ergo potentia motiua duplici dicitur breuiter
ꝙ christus vt in sacramento existens seipsum non
potest mouere: sed tantum vt in celo vel in loco cir
cōscriptiue. Ita ꝙ si tantuꝫ esset in sacramento nō
posset mouere seipsum. Nec talis mutatio vel mo
tus possunt sibi conuenire vt in sacramento et pri-
mo a seipso in q̄tum homo licet inq̄tum deus be-
ne. ¶ Similiter etiā scd̄m potentiā motiuā orga-
nicam non potest aliud extrinsecū mouere vt in sa
cramēto:sicut pōt vt in celo. qꝛ nō est ibi situaliter
et circunscriptiue:sicut oportet de corpe mouente
aliud organice aliqd aliud. sed scd̄m potētiam mo
tiuam nō organicā potest aliud primo mouere vt
in sacramēto:sicut hostiā ipsam vel aliud sibi pre-
sens vel hmōi. ꝛ aliquando mouit sicut dictum est:
seipsum aut nō propter rationem predictam. Nisi
diceretur ꝙ immo. quia non oportet mouēs scd̄m
istam potentiam nō organicam nec etiam motum
esse in loco situaliter vel circunscriptiue nisi motū
subiecto distinguatur a mouente. Anima aūt chri
sti subiecto nō distinguitur a suo corpe. Et sic etiā
vt in sacramento posset immediate anima christi
suum corpus mouere:ꝛ primo in sacramēto posset
sibi ista operatio conuenire ꝛ non solum vt in celo:
sed nō de mutatione ad vbi:vel motu scd̄m poten-
tiam organicam. illam enim non potest elicere vel
causare. nec sibi potest primo cōuenire naturaliter:
nisi vt in celo vel in loco:vbi est circunscriptiue si-
ue respectu sui:siue respectu alterius. ¶ De alijs
autem motibus vel mutationibus puta alteratio-
ne nutritione augmentatione generatione vel cor-
ruptione dico ꝙ quecunq conueniunt sibi vel con
uenire possunt elicitiue in celo : vel vbi potest esse
circunscriptiue conueniunt etiam sibi vel conue-
nire possunt in sacramento : sed non primo in sa
cramento nec vt in sacramento quātum ad omnes

fed bene q̃tum ad nutritionem vel augmentatio-
nem sui vel alterationem etiam partis a parte si-
cut dictum est supra. non autem quãtum ad gene-
rationem vel corruptionem: nec alterationem ali-
cuius extrinseci. Iste enim non possunt conuenire
alicui creato primo nisi existenti in loco circũscri-
ptiue et situaliter vt videtur ⁊ vt habens ordinem
partium in loco vel circa locũ. Et ideo christo non
possunt conuenire primo vt in sacramento sed si
possunt conuenire hoc est secundario. De aliis au-
tem puta de nutritione vel augmentatione vel al-
teratione ab intrinseco ⁊ corruptione ab intrinse-
co videtur probabile ꝙ possent cõuenire christo vt
in sacramento primo. Et dato ꝙ tãtum esset in sa-
cramẽto. ¶ Ex quo patet: ꝙ dato ꝙ tantũ fuisset (Correlarium.)
christus in sacramento ante mortem suam nõ pro-
pter hoc fuisset omnino impassibilis ⁊ immortalis
sicut modo sed potuisset nutriri ⁊ augmentari ex
alimento sibi incorporato: et alterari ab intrinse-
co et tandem indisponi ⁊ mori. licet aliqui contra-
rium dicere videantur. licet non potuisset respiras-
se vel expirasse aerem extrinsecum nisi sc̃dm illã po
tẽtiam motiuam non organicam. ⁊ hoc suffecisset.
Hec de tertio articulo principali.

(Ad arg. principalia.) ¶ **Ad primum** principale patet ex pre-
dictis: ꝙ q̃titas non est
ratio formalis essendi in loco vel in celo circũscri-
ptiue sed est ratio fundamentalis. Et vlterius pa
tet ꝙ christus vtrobiq; existens in loco circũscrip-
tiue sed vbi circũscriptiuum non est habitudo ad
sacramentum sed est habitudo ad celum. ¶ Ad se
cundum de sensatione quacũq; ⁊ intellectione siue
habendo ipsam siue terminando patet quid sit di-
cẽdum ex predictis. ¶ Ad tertium de mouere ali-
quid vel mutare seu mutari vel moueri patet etiã
quid dicendum ex vltimo articulo presentis que-
stionis.

¶ Distinctionis Vndecime. Questio Prima.

C Irca distinctionẽ
vndecimam quero pmo. vtrũ
transubstãtiatio sit possibilis.
¶ Videtur ꝙ non illud non
est possibile quod implicat cõ
tradictionem sed aliud trans-
substantiari implicat contra-
dictionem. probatio. quia trã-
substantiari aliquid in aliđ est
aliquid fieri aliud. sed implicat contradictionem:
ꝙ aliqđ fiat aliud a seipso sicut ꝙ sit aliud a seipso
ergo ⁊c̃. ¶ Secundo sic. transubstantiatio est mu
tatio totalis substantie in substãtiam. sed talis nõ
est possibilis nam sc̃dm philosophum nõ est nisi du
plex mutatio substantialis puta generatio vel cor
ruptio: que sunt mutationes vel generationes par
tiales. ergo ⁊c̃. ¶ Tertio sic. Impossibile est esse
aliquam mutationem in qua non maneat aliquod
cõmune vtriq; termino. patet discurrendo per om
nes mutationis species. v. phisicorum: et cuius ter
mini per se non sint incompossibiles. sed in trãsub-
stantiatione nihil cõmune manet vtriq; termino:
sed totum sc̃dm totum transit in totum: et nihil ma
net intrinsecum vtriq; termino. Similiter etiã ter-
mini non sunt per se incompossibiles, quia substã-
tia panis et corpus christi simul possent stare sub
sacramento: sicut dictum est supra. ergo ⁊c̃.

¶ **Contra** ambrosius de sacramẽtis: ⁊ ha (Ambro.)
betur de consecratione distin-
ctione secunda. Reuera mirabile ⁊c̃. nõ est minus
dare q̃ mutare nouas naturas rebus. ¶ Ex quo
concluditur: ꝙ sicut potest deus dare nouas natu-
ras rebus: que prius non erant per creationem: ita
potest naturas earum: que preerant. ⁊ ita conuerte
re et transubstantiare vnam in aliam: vt videtur.
Et patet per magistrum in presenti distinctione.

¶ In ista questione sic predã.

¶ Primo ostendam quid nomine transubstãtia-
tionis intelligitur: ⁊ vtrum sit possibilis aliqua vir
tute. ¶ Secundo. dato ꝙ sic inquiram vtrum tran
substantiatio sit vere mutatio. ¶ Et tertio dato ꝙ
non an sit essentialiter eadẽ cum termino suo a quo
vel ad quez. ¶ Et vltimo ad rationes principales.

¶ **Quãtum ad primum** articulũ dico: ꝙ (Quid p nomẽ trã substãtiatiõis itelligitur.)
ratio nominis huius transubstãtiatio est transitio
totalis totius substantie in substantiam aliã. Ad
cuius euidentiam notandum est: ꝙ dicitur ibi tota
lis transitio: quia ad hoc ꝙ sit transubstantiatio:
oportet ꝙ conuersio sit totalis substantie et perfe-
cta ⁊ integra: non solum sc̃dm partem sicut in ge-
neratione naturali totum trãsit in totum nõ sc̃dm
quamlibet partem: sed quia vnum totum manente
eius materia corrumpitur: et aliud totum succedit
in eadem materia. In transubstantiatione vero nõ
manet aliquid de transubstantiatione quod sit cõ-
mune intrinsecum termino ad quem transubstan-
tiationis: vt patet. Similiter etiam dicitur primo
de generatione: ꝙ in generatione totum transit in (I. de gñatione.)
totum. et non tamen dicitur hoc de alteratiõe vel
motu. quia licet in alteratione maneat aliquod cõ-
mune vtriq; termino: nõ tamen illud commune cũ
eo quod est formale in termino per se cõstituit vnũ
totum: sed vnum totum per accidens: sicut substan
tia cum accidente. Et ideo non dicitur totum sim
pliciter sicut nec ens nec vnum per se. Nec dicitur
consequenter totum transire in totum: sicut in gene
ratione: cuius materia vel subiectum cõstituit per
se vnum totum cum vtraq; forma termini scilicet
generati ⁊ corrupti. Dicitur ergo transitio totalis.
Sed dicitur substantie in substantiam. quia pro-
prie ad rationem transubstantiationis oportet: ꝙ
vterq; terminus sit substantia. Unde ⁊ si conuerte
retur substantia in accidens: sicut esset possibile.
vt dicam infra: vel etiam econuerso: vel accidens
in accidens: non esset transubstantiatio: sed magis
diceretur transaccidẽtatio vel ex parte termini ad
quem vel ex parte termini a quo vel ex vtrobiq; li-
cet magis proprie ex vtroq; vel ex termino ad quẽ
q̃ ex termino a quo forte: nisi diceretur: ꝙ licet a-
lie mutationes vel quasi mutationes magis deno-
minentur ex termino ad quem q̃ a quo: conuersio
ista totalis magis ex termino a quo. cuius ratio for
te inferius apparebit. ¶ Si igitur ratio nominis
est hec: ꝙ transubstantiatio est transitio vel con-
uersio totalis substantie in substantiam. Et talis
transitio vel quasi mutatio supnaturalis ĩter alias
magis assimilatur illi mutationi naturali: q̃ est de
subiecto in subiectũ. Fit enĩ sm phm̃. v. phisi. mu- (5. phisic.)

tatio de nõ subiecto in subiectum ⁊ de subiecto in
non subiectũ ⁊ de subiecto in subiectum. Et acci-
pit ibi subiectũ vel nõ subiectũ pro terminis: non
pro illo qđ subest cõmune vtriq; termino. quia isto
modo nõ est aliqua mutatio naturalis in nõ subie-
ctũ. nec est aliqua: que nõ habeat subiectũ: sicut pa
tet. Inter mutationes aũt vel trãsitiones supnatu
rales est vna a nõ subiecto in subiectũ. a nõ esse ad
esse: ⁊ est creatio. Alia est ab esse in nõ esse: ⁊ est ani
hilatio. tertia est a subiecto ad subiectum: ⁊ est trã
substãtiatio: vel totalis cõuersio alicuius in aliđ: ha
bens per se duos terminos positiuos: quorũ vnus
totaliter desinit esse: ⁊ alius preexistit: vel totali-
ter accipit esse: vel saltem est illud: in quod sc̃dm to
tum esse transit terminus alius conuersus.

(No. correlarium) ¶ **Ex predictis** patet: ꝙ ex rõne trãsub
stãtiationis vniuersali
ter loquẽdo nõ est: ꝙ fiat in aliquid preexistẽs sibi
saltẽ duratione: licet bene sit hoc aliqñ: sicut qñ trã
substãtiatur panis in corpus christi. sed põt fieri in
aliqđ nõ preexistẽs sibi sm durationẽ: licet q̃tum
apparet mihi: oporteat bene ꝙ sit preexistens sm
naturã. Nã prius creatura oportet ꝙ aliqđ sit ens:
q̃ in ipsum aliqđ trãsubstãtietur necessario. Nisi
diceretur: ꝙ ipa trãsubstãtiatio esset actio pducti
ua ipsius termini: in quẽ aliqđ aliud ꝯuertit. qđ tñ
nõ videtur. Nõ enĩ videt actio productiua sed cõ-
uersiua. Et dato ꝙ esset pductiua: adhuc prius na
tura esset productiua q̃ cõuersiua. Nisi etiã dicere
tur: ꝙ ipsam trãsubstãtiationẽ huius in hoc cõcomi
tatur in eodẽ instãti actio pductiua vel productio
aliqua termini in quẽ. nec oportet ꝙ ille terminus
sit prior natura vel duratione: licet etiã non possit
esse posterior in de ipa trãsubstãtiatõe: sz sufficit:
ꝙ cõcomitet ita ꝙ simul sint omnino productio ali
cuius ⁊ cõuersio alterius in ipm: ⁊ eodẽ instãti mẽ
surentur: ⁊ nõ sint eadẽ vel eedẽ: sed alia ⁊ alia. Si
milit si etiã poneret: ꝙ eadẽ: diceret ꝙ nõ prius est
productiua q̃ ꝯuersiua nec ecõuerso. Puto tñ: ꝙ
ex parte pducti ⁊ ꝯuersi vel termini ꝯuersionis nõ
possũt dici eadẽ mutatio vel quasi. q2 vna põt esse
sine alia. Et similiter ex parte dei agẽtis variant
sm rationẽ: licet actus diuine volitionis sit vnus ex
natura rei simpliciter in seipso indistinctus. ¶ De
ordine aũt vel simultate ipsarũ magis dicet infra
di. ista in quarta q̃stione in articulo vltimo q̃stiõis.
Sed semp bene oportet: ꝙ terminus ꝯuersus p̃exi-
stat etiã duratiõe ipsi trãsubstãtiationi. Nã opz: ꝙ
aliqđ actu existẽs aliqñ ꝯuertat. Qđ enĩ semp est
nõ ens: nõ trãsubstãtiatur vel ꝯuertit. oportet er-
go ipsum aliqñ actu existere. sz nõ est hoc possibile
in instãti trãsubstãtiationis: q2 in illo instãti nõ est
nec post etiã. g ante oportet p̃existere conuersum.
¶ Et pp̃ter hoc in illa descriptione trãsubstãtia
tionis põt addi. ꝙ est ꝯuersio totalis substãtie pre
existẽtis in actu in substãtiã aliã: siue p̃existentis
sm durationẽ siue non. Similiter etiã põt addi: ꝙ
est cõuersio passiua ⁊ instantanea. Non enim con-
uersio actiua: que est volitio diuina. Nec est con-
uersio vel transitio successiua. q2 in ipsa nulla pa-
tet ratio: quare successiua poneretur. q2 nec in po-
tentia agentis: nec resistentia alicuius. quia diuine
virtuti nihil resistit. Nec aliquid aliud puta natu-
ra sua. Ita enim videtur nature instantanee: sicut
alie mutationes. vt creatio ⁊ anihilatio. quare ⁊c̃.
hoc est primum huius articuli. ¶ Secundo dico: (Quõ trãsubstãtiatio ẽ possibilis virtute diuina ⁊c̃.)
ꝙ transubstantiatio est possibilis simpliciter ⁊ ab
solute respectu virtutis diuine. Ita ꝙ illa ratio no
minis supradicta non est in se falsa: nec implicans
cõtradictionem. sicut rationes nominum que habẽ
tur de figmentis ⁊ impossibilibus contradictionẽ
implicantibus. ¶ Qz aũt sit possibilis transubstã-
tiatio virtuti diuine. Probo primo sic. in cuius po
testate est totale esse vel non esse rei: in eius potesta-
te est cõuersio vnius rei in aliam: ⁊ per ꝯñs vnius
substãtie in aliam: ⁊ sic transubstantiatio vt vide-
tur. sed in potestate dei est totale esse vel non esse
substãtie create: vt patet. ergo ⁊c̃. ¶ Secunda ra-
tio. sicut se habet agẽs naturale ⁊ creatũ ad muta
tionem vel cõuersionem partialem: sic agens sup-
naturale ad totalem. sed agens naturale eo ipso: ꝙ
in virtute sua cõtinet formã rei generabilis ⁊ cor-
ruptibilis saltem q̃tum ad formas eductas q̃tũ
ad esse vel ad non esse ipsarum: potest in conuersio
nem partialem substãtie in substãtiam: sicut aque
in vinũ per corruptionem aque ⁊ generationẽ vi-
ni: vt patet ergo ⁊c̃. ¶ Circa hanc rationem tñ est (Nota.)
aduertẽdum ꝙ nõ similiter se habet conuersio par-
tialis suo modo omnino ad cõuersionẽ totalem et
trãsubstãtiationẽ. q2 nec pars ibi mutatur in par-
tem: vel fit alia pars. Una enim forma nõ fit alia:
sed magis reducitur in potentiam materie: ⁊ alia
educitur: sed in transubstantiatione totum fit to-
tum: hoc fit hoc. tñ in conuersione partiali forma-
tum priori forma. s. materia fit formatũ posteriori
forma lz manens. hic aũt totum vnum fit aliud nõ
manens sed totaliter desinẽs esse. ¶ Tertia ratio.
nõ est magis impossibile vel minus possibile deo
cõuertere totaliter vnum ens in aliud: q̃ facere ali
quid esse ens postq̃ totaliter nõ fuit. q2 nõ est ma-
ior repugnãtia vel incõpossibilitas entis ad ens:
q̃ non entis ad ens. Nec minus ordinatur ens ad
ens: q̃ nõ ens ad ens: sed est deo possile: sicut pba-
ui in sc̃do. ergo ⁊c̃. ¶ Quarta ratio illud est deo
possibile: quod nõ implicat aliquã cõtradictionẽ:
sed ꝙ vna substãtia nõ manẽs fiat alia: ⁊ cõuerta-
tur in ipsam: nullam implicat cõtradictionẽ licet
enim cõtradictionẽ implicaret: ꝙ maneret ⁊ cõuer
teretur. q2 sic esset simul et non esset. sic etiam vnũ
ens manens esset aliud a se ⁊ non esset idem sibi. ta
men nulla cõtradictio est: ꝙ nõ manens cõuertat:
et habeatur tamen aliud: desinente cõuerso totali-
ter esse quare ⁊c̃. ¶ Tertio dico: ꝙ transubstãtia- (ꝙ creature est impossibilis trãsubstãtiatio.)
tio nõ est possibilis virtuti create. ita ꝙ nulla crea
tura potest trãsubstãtiare substãtiã totalẽ in sub-
stãtiam ⁊ totalit. Substãtia enĩ vel est simplex nõ
habẽs materiã ⁊ formam. Et sic vel est forma sub
sistẽs ⁊ spiritualis seu corporalis nõ educta: vt est
forma celi nõ ponendo in ipsum materiã: sicut di-
ctum est in secundo: vel est materia ipsa vel forma
educibilis seu educta: vel substantia composita ex
materia ⁊ forma. De substãtia simplici que est for-
ma subsistẽs non educta. patet: ꝙ nõ potest ipsam
creatura trãsubstãtiare. q2 in nullã formam potest
creatura corporalis: cum nõ habeatur nisi p crea-
tionẽ. Ita ꝙ in potestate creature nõ est eius esse vel
non esse. ⁊ pari rõne nec in potestate creature intel
lectualis. quare ⁊c̃. De materia etiam patet: ꝙ nul
la creatura potest ipsam transubstantiare pari ra-
tione. Non enim esse vel non esse materie est in

potestate creature. qꝛ non habetur nisi per creatio
nem qꝛ de nihilo. Est enim ingenerabilis ⁊ incor-
ruptibilis primo phisicoꝝ. Similiter etiā qꝛ ĩ actio
ne circa materiam creatura quecūqꝫ necessario pre
supponit materiam vel subiectum: ⁊ ita nõ potest
habere actionem vel virtutem productiuam mate
rie. quare ⁊c̄. De forma vero educibili vel educta
etiam patet: ꝙ nulla creatura potest ipsam trāsub-
stantiare. Non creatura spiritualis: vt angelus. qꝛ
nec habet in sua potestate esse vel non esse alicuiꝰ
talis forme. quia angeli non possunt transmutare
materiam ad aliquā talem formam: vt dictum est
[August.] in secūdo. Et dicit augustinus. iij. de trinitate. Si
dicas ꝙ ad aliquam formam accidentalem saltem
respectiuam possunt mutare: vt ad vbi vel hmõi.
Dico ꝙ ad nullam possunt mutare: que nõ educaꝛ.
Super esse vero vel nõ esse forme educte nõ habēt
potestatem: nisi educēdo vel reducēdo in potentiā
et ita non transubstātiādo vel subiecti cõuertēdo.
Et eadē rõne sequitur de creatura corporali ꝙ nõ
põt trāsubstātiare aliquā formā substātialem. nec
cõuertere aliquā accidētalē. Ex p̄dictis pꝫ ꝙ nec
aliqua virtus creata potest trāsubstantiare aliquā
substantiā cõpositā: sicut nec materiā nec formam.
quare ⁊c̄. ¶ Secūda ratio est ista. nulla creatura
põt agere ad substātiā: nisi precedēte motu vel mu
tatione dispositiua ad terminū illius actionis ha-
bende vt videꝛ. sed ad terminū trāsubstātiationis
habēdū nõ reqritur dispositio talis. Nā terminus
trāsubstātiationis preexistere põt immo saltem na
turaliter preexistit ⁊ si nõ duratione: sicut dictū est
supra. ergo ⁊c̄. ¶ Tertia ratio oīs actio vel passio
productiua substātie possibilis creature est muta-
tio vera ⁊ accidēs qꝛ est actus materie: vt subiecti.
ṗle enim subiectū est mutationis substātialis et ꝑ
ꝯ̄ns necessario p̄suppõit materiā sicut accidēs sub
iectū. sed per aliquā actionē nõ põt destrui vel desi
nere esse illud: qđ ip̄a p̄supponit in rõne subiecti. ḡ
⁊c̄. Videtur ḡ ꝙ substātiā totā cõpositā nõ possit
[Obiectõ ꝯ̄ p̄dicta.] creatura trāsubstātiare. ¶ Dices cõtra predicta:
ꝙ imo bene videꝛ creatura posse transubstātiare.
qꝛ habet in potestate sua totā substātiā cõpositam
generabilē ⁊ corruptibilē. generās eñ naturale ꝓ
ducit totū cõpositū generatū. ⁊ per ꝯ̄ns cõtinet in
virtute sua actiua eē eius totum. similiter etiā cor-
rūpit ipsum: ⁊ ita habet in virtute eiꝰ nõ esse suū:
et per ꝯ̄ns esse ⁊ nõ esse materie: que est pars totiꝰ
cõpositi essentialiter inclusa in cõposito: ⁊ pari ra-
tione ipsiꝰ forme. Cū ḡ possit vnū generare ⁊ aliđ
corrūpere: vtrūqꝫ habet in sua ṽtute q̄tū ad esse ⁊
nõ esse totale. Et sic videꝛ: ꝙ possit ipsum trāsub-
stātiare. Similiter posset argui de toto composito
vno ꝑ accidēs ex substātia ⁊ accidēte. ¶ Dico ad
hoc primo: ꝙ licet generās creatū cõtineat in vir-
tute sua esse generati ⁊ nõ esse si possit idē gn̄atum
corrūpere. ⁊ similiter de alio generato ⁊ corrupto:
nõ tñ põt vnū in aliud trāsubstātiare: nec materiā
in materiā ꝯuertere: nec eā cõtinet totaliter q̄tum
ad esse suū vel nõ esse. Qñ dicis: cõtinet esse ⁊ non
esse totiꝰ: ⁊ per ꝯ̄ns cuiuslibet ꝑtis intrinsece sibi.
Dico ꝙ cõtinet esse totiꝰ sic ꝙ põt ip̄m producere
per mutationē substātialē: q̄ est actꝰ ⁊ accidēs ma
terie. ⁊ per ꝯ̄ns presupponēdo materiā: de qua edu
catur forma que est terminꝰ formalis generatiõis.
Et similiter sic põt corrūpere ꝑ mutationē corru-
ptiuā: que est actus ⁊ accidēs materie: per quā re-
ditur forma in potētiā materie ⁊ sic semꝑ relinqui
tur materia. Et quia nullo mõ aliter cõtinet totū
q̄tum ad esse suum vel nõ esse: pꝫ. ꝙ nõ põt ipsum
trāsubstātiare: nec materiā: nec formā: sicut supra
dicebaꝛ. Et patet etiā: ꝙ aliꝛ cõtinet esse vel nõ eē
totiꝰ: ⁊ aliter esse vel nõ esse forme: ⁊ minus inter
oīa esse vel nõ esse materie. Nā esse totiꝰ cõtinet: si
cut esse ꝑ se primi ⁊ cõpleti termini generationis:
quod primo generaꝛ. Et illud esse distinguitur ex
natura rei ab ipsa materia ⁊ forma: ⁊ addit aliqđ
positiuum absolutū super eas: sicut dixi in secūdo.
Et ita primo cõtinet illud esse cõpositi: sed formā
cõtinet: sicut terminū formalem accipiens suū esse
partiale ⁊ incõpletū per generationē vel mutatio-
nē tanq̄ formalis terminꝰ generationis quo pri-
mus ⁊ totalis habet esse sicut sua causa formali in-
trinseca. Esse vero materie minꝰ. qꝛ materia cum
presupponatur generationi: nullo mõ accipit esse
suum per ipsam a generāte in seipsa: licet ⁊ totum
scđm rationē totiꝰ: ⁊ forma ipsa. ¶ Ex quo pꝫ: ꝙ
licet generās in sua virtute cõtineat esse totius pri
mo: non tñ esse materie scđm se. qꝛ nõ continet esse
totius nisi scđm virtutē productiuā ꝑ mutationē
presupponētē ipsam materiā. quare ⁊c̄. ¶ Sic er-
go q̄tum ad primum articulū patet quid intelli-
gitur noīe trāsubstātiatiõis ⁊ ꝙ est simpliciꝛ possi
bilis ipsa trāsubstātiatio respectu virtutis diuine
lꝫ nõ respectu virtutis create seu naturalis agētis.

¶ **Quantum ad secūdum ar-** [Trāsubstātiatio, an ſit vere mutatio. 1. opinio.]
ticulū an scꝫ trāsubstātiatio sit vere ⁊ realiter vel
proprie mutatio: videreꝛ alicui: ꝙ sic. qꝛ oīs transi
tus a cõtradictorio in cõtradictoriū est vere muta
tio. sed trāsubstātiatio est hmõi. Et eñ transitꝰ ab
esse panis ad nõ esse panis. ḡ ⁊c. ¶ Scđo sic. omne
qđ se habet aliter q̄ prius: est mutatū: sꝫ panis ali-
ter se habet ꝑ trāsubstātiationē nūc q̄ prius. quia
prius erat panis. modo nõ est ḡ ⁊c̄. ¶ Tertio sic. si
nõ est mutatio: hoc videꝛ: qꝛ nõ manet cõmune sub
iectū vtriqꝫ per se termino. Si eñ subiectū cõmu-
ne maneret qđ mutaretur: videreꝛ esse mutatio ꝓ-
prie. sed hoc nõ impedit qꝛ nõ obstāte: ꝙ corruptū
nõ sit mutatū ꝑ modū subiecti: qꝛ sit subiectū mu-
tationis: sꝫ magis materia ip̄a nec manet: tñ dꝛ mu
tatū: ⁊ nõ nisi aliqua mutatione. ḡ similiter dato: ꝙ
non maneat subiectum cõmune: quod dicatur mu-
tari a termino in terminū: tñ panis totus non ma-
nens dicetur mutari. et non nisi per transubstantia
tionē. igitur trāsubstātiatio est mutatio. ¶ Quar
ta ratio. qꝛ si trāsubstātiatio nõ est mutatio aliqua
tunc nihil mutatur circa panē vel circa hostiā seu
in hostia per trāsubstātiationē: sed si nihil immuta
tur: non plus est ibi corpus christi: q̄ ante quod est
falsum. ergo ⁊c̄. ¶ Dicunt ergo isti: ꝙ est dare mu [Resolutio. 1. opinionis.]
tationem subiectiuam. alicuius subiecti manentis
sub vtroqꝫ termino talis mutationis. Scđo opor-
tet dare mutationē obiectiuā termini: qui de nouo
acquirit vel desinit esse. Et licet scđm mentem ari-
stotelis vna nõ separeꝛ ab alia: qꝛ nõ posuit aliqđ
incipere vel desinere esse de nihilo vel in nihil: sed
omnia produci de materia aliqua vel subiecto: et
redigi in materiam vel subiectum alicuiꝰ mutatio
nis: tñ ꝭm fideles qui ponūt aliqđ ꝓduci de nihilo
per creationē: ⁊ redigi in nihil per anihilationem

et conuerti in aliud totaliter: ⁊ sic desinere esse: nõ
manente aliquo obiecto communi sed totaliter trā
sire in aliud: oportet ponere mutationem obiecti-
uam vere ⁊ proprie sine mutatione subiectiua ali-
cuius subiecti manētis sub vtroqꝫ termino. ¶ Et
confirmatur hoc scilicet ꝙ non solum subiectū ip-
sum mutetur: sed terminus vel obiectum mutatio-
nis. qꝛ non solum dicitur de termino: ꝙ generatur
[7. meth.] vij. metha. totum cõpositū generaꝛ: sed etiā de sub
[5. phisic.] iecto vel materia dꝛ ꝙ generaꝛ. Unde ⁊. v. phisico
rū diciꝛ: ꝙ illud qđ generaꝛ: nõ est. ⁊ illud qđ moue
tur est. ⁊ planū est: ꝙ ibi accipitur quod generatur
pro subiecto generationis. Subiectum ergo gene
ratur ⁊ terminus vel obiectū generatur: vtrunqꝫ ḡ
mutatur. quia generatio est mutatio. quare ⁊c.

[Opinio doctoris] ¶ **Sed dico:** ꝙ trāsubstātiatio passio nõ est mutatio proprie ⁊ stricte
accipiēdo mutationē. Nam sicut dixi in primo in
di. vij. q. iij. ar. primo. mutatio proprie accipiendo
ipsam: siue sit instantanea siue successiua: est actus
et forma alicuius subiecti vel materie propter qđ
dicit phūs. iij. phisicorum accipiendo motum pro
mutatione non distinguendo inter mutationem in
stantaneam ⁊ successiuam: ꝙ motus est actꝰ existē
tis in potentia scđm ꝙ huiusmodi. Et est actꝰ mo-
bilis in eo ꝙ mobile. Mobile autem ⁊ ens in potē
tia vt mobile dicit ens in potētia subiectiua ⁊ sub-
iectum. ideo ⁊c. Mutatio etiā vt dicitur sexto phi
[6. phisic.] sicorū. Est scđm quam aliquid se habet aliter nūc
q̄ prius. planum est autē illud ꝙ non manet nunc
et prius nõ se habet aliter nunc q̄ prius. qꝛ si non
manet: nõ se habet aliter: sed nullo mõ se habꝫ. Et
[Grego.] huic videꝛ cõsonare grego. v. moralium tractans
illud iob. Ecce qui seruiunt ei: nõ sunt stabiles ⁊c.
mutari quippe ex vno in aliud ire est: ⁊ in semetip̄o
stabilē non esse. Unde imaginaꝛ: ꝙ aliquid est: qđ
mutatur. ⁊ illud est subiectū transiens ab vno ter-
[Mutatõnis cõditiones.] mino mutationis in alium. ¶ Et ideo dixi ibidē:
ꝙ creatio ⁊ anihilatio nõ sunt mutationes proprie
loquēdo. Similiter etiam dixi ibidē: ꝙ per se ter-
mini mutationis cuiuscūqꝫ proprie accipiēdo sunt
affirmatio ⁊ negatio. etiā loquēdo de motu est hoc
verum licet aliter q̄ in mutatione instātanea: sicut
dixi in primo ⁊ in scđo: ⁊ ideo per se primi termini
motus vel mutatiõis sunt incõpossibiles. Nisi for
te accipiatur incõpossibilitas. rõne negationis cõ-
comitantis ad terminū in motu: si ponatur vterqꝫ
terminus eius esse positiuus. Ulterius dixi: ꝙ ad
hoc vt sit mutatio ꝓprie oportet necessario: ꝙ alter
terminus p̄cedat alium in subiecto etiam duratio-
ne. Unde ⁊ si ignis causareꝛ ab eterno etiā in tpe
vel de nouo: ⁊ cū ipso causareꝛ sua caliditas et si-
mul duratiõe: ignis ꝓprie loquēdo nõ mutareꝛ ad
caliditatē. Nõ eñ se haberet aliter nūc q̄ priꝰ. qꝛ
priꝰ cū fuisset nõ ens: nõ aliter se habuit. quare ⁊c̄.

[Argumēta ꝙ transubstātiatio nõ sit mutatio.] ¶ **Ex predictis** cõditionibus arguo. ꝙ trāsubstātiatio non est
mutatio ꝓprie accipiendo mutationē. Primo sic.
Illud nõ est mutatio scđm qđ aliquid nõ se habet
aliter nūc q̄ prius. sed nihil se habet in proposito
aliter nūc q̄ priꝰ. qꝛ non manet aliqđ subiectū sub
vtroqꝫ termino. Et ita nihil se hꝫ aliter. qꝛ nec ter
minus cõuersus seu aliquid eiꝰ qꝛ totus transit: et
nõ manet. nec terminꝰ in quē cõuertiꝛ: vt paꝫ. Nā
sine omni mutatione sui aliquid cõuertiꝛ in ipsum
ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. illa cõuersio non est muta-
tio ꝓprie: cuius per se primi termini nõ sunt affir-
matio ⁊ negatio: nec aliqua simpliciter incõpossibi
lia. sed termini trāsubstātiatiõis nõ sunt simpliciꝛ
incompossibiles sicut affirmatio ⁊ negatio. Ambo
enim sunt per se positiua disparata: sicut patet de
substātia panis ⁊ corpore christi: sicut ostenderur
infra. ḡ ⁊c̄. ¶ Tertio sic. illa conuersio nõ est muta
tio proprie accipiendo mutationem: que non est a-
ctus mobilis vel mutabilis scđm ꝙ hmõi. sed tran
substantiatio est hmõi. patet. Non est enim ibi ali-
quid dare: cui inhereat vel insit transubstantiatio:
sicut accidens subiecto. Quia nec terminū conuer
sum. eo ꝙ in instanti trāsubstātiationis desinit esse
Nec terminum in quem fit conuersio patet. nec ali
quod istorum. ergo ⁊c̄. ¶ Quarto sic. illud nõ est
mutatio. cuius terminus ad quē potest precedere
terminū a quo etiā duratione. probatio. Mutatio
enim proprie accepta non est posterior suo termi-
no ad quē. sed de trāsubstātiatiõe sic est: vt pꝫ per
dicta in primo articulo. ergo ⁊c̄. ¶ Quinto sic. il-
la cõuersio non est mutatio: cuius terminꝰ a quo ⁊
quē possunt esse simul duratiõe. sed terminꝰ a quo
et ad quē transubstātiationis pñt stare simul dura-
tione: loquendo de per se terminis. patet de substā
tia panis et corpore christi. quare ⁊c̄.

¶ **Dico** igitur ꝙ sicut creatio ⁊ anihilatio nõ sunt mutationes ꝓprie loquen- [ꝙ trāsubstātiatio nõ est mutatio.]
do ita nec trāsubstantiatio. Scđo tñ dico: ꝙ acci-
piēdo large mutationē pro quacūqꝫ noua acceptio
ne vel desitione esse: ꝙ trāsubstātiatio est mutatio.
qꝛ panis vel illud qđ cõuertitur de nouo: esse desi-
nit. nõ tñ oportet: ꝙ terminus ad quem de nouo ac
cipiat esse: vt dictū est supra. Si dicas: ꝙ nõ opor-
tet aliquid manere nec esse ens: dato ꝙ se habeat
aliter q̄ prius. sicut nec oportet: ꝙ illud scđꝫ quod
aliquid se habet aliter nunc q̄ prius: sit aliqđ ens.
qꝛ scđm priuationem vel negationē aliquid se ha-
bet aliter nunc q̄ prius. ⁊ tñ priuatio vel negatio
non est aliqua entitas in subiecto. Dico ꝙ immo
oportet ad hoc ꝙ aliquid aliter se habeat aliꝛ nūc
q̄ prius vere et realiter oportet ꝙ maneat nunc ⁊
prius. qꝛ sicut p̄misi: oportet necessario: ꝙ sit affir-
mationis ⁊ negationis subiectū nūc ⁊ priꝰ. Et tūc
pꝫ: ꝙ nõ est simile de priuatione scđm quā dꝛ aliqđ
se habere aliter nūc q̄ prius. ⁊ de subiecto. Nā li-
cet ꝑuatio realis vel ex natura rei nõ dicat forma-
liter aliquā entitatē positiuā: tñ per se subiectum
ꝑuatiõis oꝫ esse ens positiuū. qꝛ oportet: ꝙ possit
esse subiectū habitꝰ oppositi: qui est aliqđ positi-
uum. Nõ ens eñ nõ põt esse subiectū entis positi-
ui manens in sua nõ entitate. Preterea etiā dice-
retur ad hoc: ꝙ priuatio nõ est illud scđm quod for
maliter subiectum aliter se habet nunc q̄ priꝰ. sed
magis ipsa mutatio est: qua formaliter aliquid mu
tatur: ⁊ se habet aliter nūc q̄ prius: sed bene cõco
mitatur negatio. Sicut eñ albedine formaliter
est aliquid albū: ⁊ nullo alio ita mutatione forma-
liter est aliquid mutatū: ⁊ nõ aliquo alio: nec affir-
matione nec priuatione vel negatione: licet bene
cõcomitanter ad mutationem.

¶ **Ad primum** aliorum dico: ꝙ nõ quicūqꝫ transitꝰ a ꝯtradicto [Ad motiua. 1. opi.]
rio in cõtradictoriū est ꝓprie mutatio. sꝫ alia reqꝛ-
runtur: q̄ dicta sunt supra. Et ideo non sufficit: ꝙ

conuersum ab esse trāseat in non eē. Scđo dico: ꝙ
esse ⁊ non eē panis nō sunt per se termini trāsubstā
tiationis: sed eē panis vel trāsubstātiati ⁊ eē termi
ni in quē trāsubstātiatur aliqđ: vel ꝯuertit͛. Et iō
adhuc nō est mutatio: sicut patet ex predictis. Di
co tñ bene: ꝙ large loquendo mutatio potest dici.
¶ Ad scđm patet per ꝑdicta: ꝙ ꝯuersum nō se ha
bet aliter nūc q̄ꝫ priꝰ. qꝛ prius se habebat: nūc aūt
nō se habet. qꝛ nō est. Et similiter scđo potest dici:
sicut dictū est ad primū. Et bene cōcludit ꝙ est mu
tatio aliquo modo cōiter accipiēdo mutationē sal
tē. ¶ Ad tertiū dico: ꝙ in trāsubstātiatiōe nō ma
net subiectū cōmune vtriqꝫ termino tanq̄ꝫ affirma
tioni ⁊ negationi. ⁊ hoc sufficienter impedit ne sit
mutatio. Qñ dicis: ꝙ corruptō dicitur mutatum: ⁊
tñ nō manet: sicut subiectū cōmune vtriqꝫ termino
corruptionis: sed est alter terminorū dico: ꝙ corru
ptū nō dicitur ꝓprie mutatū: nisi forte denomina
tiue ⁊ per accidēs rōne ꝑtis sue scꝫ materie q̄ per
se mutatur et transit a forma ad priuationem for
me. Unde materia termini corrupti ꝓprie mutat͛:
nō autē corruptū. Et de materia patet ꝙ manet.
Et similiter dicēdū: ꝙ licet generatū vt terminus
etiā dicat͛ mutatum: hoc tñ nō est proprie ⁊ per se.
Qñ dicis: generatio ⁊ corruptio sunt mutationes
essentialiter ⁊ per se primo mō. ergo ꝑ se generatū vel
corruptū ꝑ se mutant͛ scꝫ terminꝰ ꝑ se gñat͛: vel cor
rūpitur: ⁊ nō ipsa materia ergo per se mutantur et
nō materia ipsa. Dico ꝙ generatio vel corruptio ꝑ
se ꝑmo mō est mutatio. Et ista noīa magis dicūt or
dinē ad subiectū: cui inest mutatio. ⁊ ideo materie
inest generatio etiā corruptio. Concreta tñ verba
vel participia magis imponuntur ex terminis qui
nō mutātur: sed magis acqrūtur: vel corrūpuntur.
ideo ⁊c. generatio eñ ⁊ corruptio sunt ⁊ mutatio
nes vel forme subiecti: ⁊ sunt ꝓductiue vel destru
ctiue terminorū suorū. Et scđm ista duo diuersi
mode imponuntur concreta ab ipsis. Unum inq̄ꝫ
tum quelibet istarum est mutatio et actus subiecti:
sicut mutatum vel mutari: ⁊ istud dicitur de subie
cto. Aliud secundū ꝙ quelibet se habet ad termi
num. et istud est generari vel corrumpi generatum
vel corruptum. et ista magis dicuntur de terminis
et non dicūtur proprie de subiectis. Unde nō opor
tet: ꝙ illud quod per se dicitur generatum vel cor
ruptum: dicatur mutatum: nec econuerso. licet ge
neratio ⁊ corruptio per primo modo ⁊ essentialiter
sint mutationes. Nam mutatum esse imponitur a
mutatione: prout respicit subiectum. sed generatū
esse vel corruptum ab aliqua mutatione: prout re
spicit terminum. ideo ⁊c. ¶ Ad quartum dico: ꝙ
corpus christi vere et proprie mutatur: quando fit
ibi presens. Nec oportet ꝙ aliud aliquid: nisi acci
dentia ipsa que fiunt sine subiecto. Ex his patꝫ ad
illa que dicuntur in modo dicendi aliorum. De phi
losopho dico enim: ꝙ philosophus posuit propriam
rationem mutationis. nec rationabiliter potuisset
posuisse aliam mutationem proprie loquēdo. Un
de si nobiscum posuisset creationem vel anihilatio
nem vel transubstantiationem. dico ꝙ nec conces
sisset eas esse mutationes proprie loquendo: sed tā
tum large et cōmuniter. Ad illud quod adducitur:
ꝙ materia dicitur generari ⁊ etiam totum compo
situm: dico sicut prius: ꝙ proprie loquendo secun
dū impositionem verbi totum dicitur generari vel
generatum eē. vij. metha. sed proprie loquēdo nō
dr̄ materia generari: sed mutari magis vel mutata
esse: sꝫ magis per accidēs rōne sui totius. Nisi dica
tur: ꝙ ibi accipit phūs: qđ generat͛. pro hoc scꝫ pro
ut mutatur mutatione substātiali. ⁊ tūc nō accipit
ibi generatur ꝓprie scđm impositionē verbi. ideo
nō cōcludit. Hec de secūdo articulo principali.

¶ **Quātum ad tertiū** articulū videtur: ꝙ trāsub
stātiatio vel cōuersio nō sit idē realiter cum aliquo
suorū terminorū. qꝛ si est eadē aut est eadē cū termi
no cōuerso: aut cum alio aut cū vtroqꝫ. Nō pōt di
ci: ꝙ cum altero istorum. qꝛ manēte vel existēte al
tero istorū: maneret: ⁊ esset cōuersio: que est idē esse
tialiter cum illo: sicut dicis. Nec potest dici: ꝙ cum
vtroqꝫ. qꝛ nō esset aliquid vnum: sicut nec ambo sūt
aliquid vnum. Et preterea: qꝛ posita cōuersione in
instanti ipsius conuersionis oportet ꝙ alterum scꝫ
conuersum non sit. ergo ⁊c. ¶ Scđo sic. sicut se ha
bet generatio ad suos terminos: ita trāsubstantia
tio suo modo. sꝫ generatio nō est essentialiter eadē
alicui per se terminorum suoꝝ. Nō termino a quo:
puta nō esse. qꝛ est aliquod ens positiuum. Nec ter
mino ad quē. qꝛ non manet manente esse generati
vel forma eius. Similiter qꝛ cū idem possit esse ge
neratum vel creatū: sequeretur: ꝙ creatio et gene
ratio essent idem: vel possent esse idem sicut creatū
generatum: et sunt idem specie saltem frequenter.
Si dicas: ꝙ generatio si distiguitur a generato: est
aliquid creatum ⁊ cōcreatum siue idem qđ creatū:
sequitur etiā: ꝙ generatio sit creatio. Dico ꝙ ita ē
contra te: si generatio est idem quod genitū. Ideo
dico: ꝙ impossibile est generationē creari. quia im
possibile: ꝙ generatio nō sit mutatio sibi necessario
inherēs materie. ⁊ presupponēs ipam. sꝫ dico ꝙ si
esset idē cum genito: posset creari: et ita esse crea
tio ⁊ reuertitur contra te argumentum. Non nego
tamen generationē esse creaturam: eo modo quo
omnia preter deum creature dicūtur. Et similiter
potest argui de corruptiōe ⁊ aliis mutationibꝰ suo
modo. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. si ꝯuersio esset idem cum
aliquo suorum terminorum hoc maxime videretur
cum termino ad quem cōuersionis. Mutatio enim
vel quasi mutatio positiua ⁊ in se magis sortitur ra
tionem ex termino ad quem q̄ꝫ a quo: vt pꝫ. v. phisi
corū. sed nō potest poni eadem essentialiter cū ter
mino ad quem conuersionis. Tunc eñ eo mō quo
cōuersio potest dici mutatio: terminꝰ ad quem ma
gis diceretur mutari: ⁊ per cōsequēs mutari: q̄ꝫ ter
minus a quo. qꝛ sibi esset mutatio eadem. ergo ⁊c.
¶ Quarto sic. qꝛ forte diceretur. ꝙ conuersio est
eadem termino conuerso. Contra conuersio est ali
quid positiuum tantum. sed terminus conuersus li
cet sit positiuum ante conuersionem: est tamen ali
quid permanens. ⁊ in instanti cōuersionis nō est. ergo
cōuersio non est eadem sibi essentialiter.

Trāsubstātiatio an eadēꝫ cum aliq̄ suoꝝ terminorꝫ. 1. opinio.

5. phisic.

¶ **Contra** hoc arguūt alij: ꝙ necessario sit idem extra intellectū cū altero
terminorū. ¶ Primo sic. cōuersio ista passiua que
est trāsubstātiatio: aut est substātia: aut est accidēs
qꝛ aliquid positiuū in genere. sed nō est accidēs. pꝫ
ex supradictis. Non eñ est actus inherens alicui
vt subiecto. queritur enim cuius esset accidens. et
non potest dari cuius. ergo est substantia. sed non
alia substātia ab altero terminorū: vt patet. ergo ⁊c.

2. opinio ꝑori contraria.

¶ Scđo sic. sicut se habet creatio ad creatū esse: sic
conuersio ad conuersū esse: sꝫ creatio ⁊ creatuꝫ esse
sunt idē penitus extra intellectum nec in aliquo di
stinguūtur positiue: sicut dicuꝫ est in scđo. ergo ⁊c.
¶ Tertio sic si conuersio non est eadē cū aliquo ter
minorū sed aliquid aliud: quero quid est aliud: aut
absolutum: aut respectiuum. Si absolutū: aut sub
stantia aut accidens. Non substantia. qꝛ non potest
dari qualis substātia. Nō accidēs: vt dictū est. simi
ter etiā quale accidēs esset? Non enim q̄ꝫtitas nec
qualitas nec accidens respectiuū. quero eñ in quo
fundaret͛ tale accidens: et ad quid terminaret͛. Et
nō posset fundari: vt videtur: nisi in termino cōuer
so: ⁊ terminari nisi ad terminū in quē cōuersionis.
sed hoc est impossibile. qꝛ existēte respectu oportet
existere fundamētū ⁊ terminū. qꝛ non entis ad non
ens nō est relatio realis. nec econuerso. sed dum po
nitur conuersio in illo instanti conuersum non est.
ergo ⁊c. Pari ratione potest probari: ꝙ nec potest
fundari in termino ad quē: ⁊ terminari ad terminū
a quo cōuersum. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic sicut se habet
anihilatio ad anihilatū esse: sic cōuersio ad cōuer
sum. per vtrāqꝫ eñ vtrūqꝫ desinit esse. sed anihila
tio est eadē cū anihilato eē. nō pōt eñ esse aliquid
aliud. ergo ⁊c. ¶ Iste rōnes vidētur ꝓbare: ꝙ cō
uersio est eadē essentialiter cum altero terminorū:
et magis cū termino cōuerso q̄ꝫ cū termino a quem
cōuersionis: sicut patet inspiciētibꝰ eas. Et hoc vi
deretur ꝓbabiliter posse dici ꝙ scꝫ cōuersio est ea
dē cū termino ꝯuerso. nō absolute sic: sed vt desinē
te esse in aliud: in quod conuertitur: ⁊ in quod ce
dit. et ita nō oportet: ꝙ cōuersum sit in instāti con
uersionis: sed ꝙ desinat esse in aliud in qđ cōuertit͛.
nō aūt simplicit͛ ⁊ absolute. tūc magis anihilaret͛:
q̄ꝫ cōuerteret͛. ¶ Sed istud nō videt͛ ꝓbabile. Im
possibile eñ videt͛: ꝙ nō ens sit essentialiter idē cū
ente vel ecōuerso. sed terminus cōuersus qñ est: cō
uersio nō est: sed desinit esse. etiā scđm ipsos. ergo ⁊c.

Refellit͛ 2. opinio

¶ **Ideo** videret͛ aliis posse dici: ꝙ est eadem essētialiter ⁊ penitꝰ extra intellectū:
q̄ꝫtuꝫ ad id qđ est ipsi termino ad quē cōuersionis:
in quē cōuertit͛ aliquid. Cōuersum esse pōt dici du
pliciter: vno modo pro termino a quo conuersiōis:
et sic accipitur cōiter. Alio modo pro termino ad
quē: ⁊ sic cōuersum esse nō est nisi esse terminās cō
uersionē: vt terminꝰ ad quē. sicut suo modo dicimꝰ
generatū esse terminās generationē: ⁊ creatū esse
terminās creationē. Et tunc q̄ꝫtum ad totū id qđ
est intrinsece ⁊ positiue cōuersio passiua nō est aliđ
q̄ꝫ terminus ad quē. Dico tñ ꝙ connotat ꝑm impo
sitionē nominis terminū a quo: vt desinēs eē de no
uo in aliud: in quod conuertitur. sicut etiam diceba
tur in scđo de creatione: ꝙ licet creatio ⁊ creatum
esse sit idem: tñ creatio noua saltem connotat non
esse creati precedens immediate. Et ita non dicit͛
semper res de nouo creari. Sic etiā dico: ꝙ non di
citur semper esse vel manere conuersio vel aliquid
conuerti q̄ꝫdiu manet illud: in quod aliquid cōuer
titur sed tūc dicitur conuerti vel esse conuersio in
instanti scꝫ desitionis essendi illud: quod in aliud
conuertitur: licet idem sint conuersio ⁊ terminꝰ il
le: sicut creatio ⁊ creatum esse.

3. opinio.

Cōuersū duplex.

¶ **Ad rationes oēs** que sūt ꝯtra hoc Ad primā iā pꝫ:
quid dicēdū: ꝙ conuersio est eadē q̄ꝫtū ad id qđ est
cum termino ad quē ꝯuersionis. nec oꝫ: ꝙ q̄ꝫdiu est
vel manet ꝯuersio: dicat͛ ad aliqđ ꝯuerti vel esse cō
uersio noua: vt dictū est: sicut de creatione. Dices:
quō potest intelligi: ꝙ cōuersio sit noua: ⁊ terminꝰ
ad quē cum quo est eadē preexistat sibi? Dico ꝙ sic
potest inteligi: sicut pōt intelligi ꝙ aliqđ de nouo
conuertat͛ in preexistēs. Et istud est de mirabilibꝰ
dei. ⁊ qui pōt capere: capiat. Tñ dico: ꝙ pōt sic ca
pi. scꝫ ꝙ cōuersio q̄ꝫtum ad id qđ est reale positiuū
est idē cū termino preexistēte: ⁊ p̄existit vel manet
sicut ⁊ terminꝰ ille. sed q̄ꝫtū ad illud qđ cōnotat. scꝫ
nouā desitionē essendi eiꝰ: qđ in aliud conuertitur:
non est idē: nec sic manet nec semꝑ est q̄ꝫdiu termi
nus ad quē est: vel manet. Tu dicis: oportet ꝙ ter
minus creationis noue sit nouus. ergo oportet idē de
termino conuersionis. Dico ꝙ nō sequitur. qꝛ crea
tio noua habet pro terminis nō esse rei vel termini
ad quē. ⁊ esse eius cū quo est eadē. Idem aūt simul
non potest esse ⁊ non esse. ⁊ ideo oportet: ꝙ creatū
ante creationē nouā nō sit sed conuersio noua non
respicit sicut terminos esse ⁊ nō eē termini ad quē:
sed magis sicut per se terminos esse conuersi: ⁊ ter
mini ad quē conuersionis. ⁊ sic ꝙ alterū oportꝫ nō
esse puta terminū a quo scꝫ ꝯuersum. ⁊ cōnotat ne
cessario nō esse ꝯuersi. ⁊ per ꝯñs oportet ꝯuersū de
nouo nō eē: sꝫ nullo modo respicit nec ꝑ se nec con
notādo non esse termini ad quē: ⁊ ideo non oportet
ipm esse de nouo: sꝫ accidit ꝙ sit de nouo vel ꝙ pre
existat. q̄re ⁊c. ¶ Ad aliđ: ꝙ nec generatio nec cor
ruptio nec aliqua mutatio ꝓa est eadē cū suo termi
no: sicut dixi ⁊ ꝓbaui pluries supra. Sꝫ dico vltra:
ꝙ nō simile de trāsubstātiatione vel ꝯuersione vel
creatione. qꝛ tales non sunt mutationes nec actus
accidētales aliquorū subiectorū vt patet: sicut di
ctū est supra ideo ⁊c. Dices ꝙ si ratio est bona de
gñatione: ꝙ non est eadē cū suo termino; pari rōne
sequit͛ de cōuersione qꝛ non manēte termino: sicut
nec generatio. Dico ꝙ ꝯuersio q̄ꝫtū ad totū illđ po
sitiuū qđ est manet. sꝫ ipossibile est hoc de gñatiōe:
sicut ꝓbatum est alias. tūc eñ maneret positiuum
gñationis sine generāte: ⁊ positiuū motꝰ sine mo
uente: qđ est impossibile. ¶ Ad tertiū dico: ꝙ licet
cōuersio q̄ꝫtū ad suū positiuū sit eadē cū termino
ad quē ꝯuersionis: non tñ magis dr̄ terminꝰ ad quē
mutari: sꝫ magis terminꝰ a quo cuiꝰ desitionē essē
di ꝯnotat illud positiuum. ⁊ non terminꝰ ad quē: q̄
potest esse preexistens. ¶ Ad quartum dico: ꝙ po
sitiuum conuersionis substantialis non est aliquid
successiuum sed est aliquid permanens ⁊ euiternū
sicut et substātia illa cum qua est idem: ⁊ potest co
existere tempori vel instanti: sed quantū ad negati
uum connotatum quod est desitio essendi: potest di
ci aliquid instantaneum prout concurrit simul cū
esse ipsius termini ad quē in instāti eodē. vnde ī eo
dem instāti durationis est terminus ad quem: ⁊ de
sinit esse terminus a quo. Et sic debet intelligi con
uersio instātanea: sicut etiā creatio suo modo: licet
sit permanēs q̄ꝫtum ad suū positiuum pro q̄ꝫto est
dare instans: cui potest coassistere ⁊ ꝙ habuit non
esse rei immediate precedens dicitur instantanea.
quare ⁊c.

Ad motiua. 1. opi.

¶ **Ad primum** in oppositū ꝯcedo ꝙ q̄ꝫtū ad suū positiuū ꝯuer
sio est substantia: ⁊ est eadem cū altero terminorū
modo predicto. ¶ Ad scđm pro idē cōcedo ꝙ est

Ad rōes 2. opinionis cōtra primam.

eadē cū altero terminorꝫ. ¶ Ad tertiū dico ꝙ sicut creatio ⁊ creatū esse: qd̓ est termin⁹ ad quē creationis sunt termini quãtū ad positiua ipsorū: ita etiã cõuersio ⁊ cõuersum esse: accipiẽdo cõuersum pro esse terminatiuo: vel ꝓ termino ad quē conuersionis: nõ aũt cum cõuerso eē: accipiẽdo pro termino a quo cõuersiõis. Et patet ratio supradicta. Nam cõuersiõe posita: termin⁹ a quo cõuersionis nõ est: sed desinit esse. ens aũt nõ põt esse idē cũ non ente. ꝗ ⁊c̄. ¶ Ad quartū de adnihilatione dico ꝙ adnihilatio alicui⁹ nõ est actio positiua termini: nec sibi correspõdet aliqd positiuū increatū. Adnihilatio eñ actio nõ est nisi volitio diuina efficax que vult aliqd nõ esse totaliter postq̃ fuit ⁊ isti actioni nihil correspõdet positiuū ex parte termini: nec per consequēs aliqua passio positiua: que possit dici adnihilatio: sed tantū nõ esse adnihilati: cū quo etiã adnihilatio passio eo modo quo põt poni: est eadem: sicut desitio essẽdi est eadē cũ nõ esse. vnde dico vltra ꝙ adnihilatio passio nõ est eadē cũ esse positiuo ei⁹ quod adnihilatur: quod se habet vt termin⁹ a quo: sed magis cum nõ esse suo. qd̓ patet. q2 adnihilatione posita: nõ est ipsum esse positiuū vel terminus a quo. vnde nõ est verũ ꝙ adnihilatio ⁊ adnihilatuꝫ esse sint idem accipiẽdo adnihilatũ esse pro termino a quo. sed bene est verũ accipiẽdo adnihilatum esse ꝓ nõ esse adnihilati. Et sic dico ꝙ cõuersio est eadē cum esse termini ad quē cõuersionis: ⁊ est positiua termini ⁊ aliqd positiuũ ĩ se. nõ tñ ponit terminũ de nouo sic ꝙ oporteat ipsum nõ preesse: ⁊ iõ nõ ponit ipsum ꝓductiue vel modo ꝓductiuo de nouo: sed modo cõuersiuo. Ponere eñ terminũ abstrahit a positione noua ⁊ a non esse priori termini positi: sicut dictũ est etiã in scd̓o de creatione absolute accepta nõ dico noua: ꝙ per illam potuit poni terminus ab eterno qui nũq̃ pri⁹ habuisset nõ eē. ¶ Sic de isto articulo: nisi ꝙ forte posset dici: vel etiã sustineri: ꝙ cõuersio q̃tum ad suum positiuum est eadē cũ termino a quo cõuersionis: tñ connotat nõ esse eius immediate sequēs vel desinere sui esse in aliđ ⁊ in quod cõuertitur. Et forte currerēt oĩa pari passu: sicut currũt: eo modo quo positũ est supra de termino ad quē: cum quo posita est esse idē. Potest tamen dici primo modo. Nec discutio istũ secundum modum gratia breuitatis.

Ad arg. principalia.

¶ **Ad primum** principale argumētum dico ꝙ aliqd trãssubstãtiari in aliud nõ implicat cõtradictionē. Tu dicis aliquid esse aliud implicat cõtradictionē: sicut ideꝫ esse aliud a seipso. dico ꝙ non est simile. Nã qñ dicitur aliqd esse aliud intelligitur vtrũq̃ manēs. ⁊ ita implicat cõtradictionē. sed qñ dicit̃ aliqd fieri aliđ per conuersionē intelligitur cõuersum nõ manere sed alterũ tantũ: qd̓ nõ põt verificari de alio nõ manente. quare ⁊c̄. lꝫ ergo implicet cõtradictionē aliquid manēs conuerti in aliud: vel fieri aliud: q2 ad hoc seqtur idem esse aliud: nõ tñ implicat cõtradictionē aliqd nõ manens conuerti in aliud vel fieri in aliud: et sic illud nõ esse aliud. ¶ Ad scd̓m dico ꝙ proprie accipiẽdo mutationem ⁊ stricte: nõ sunt nisi due mutationes substãtiales generatio ⁊ corruptio: de quibus locutus est phũs. sed accipiẽdo mutationē large ꝓ quacũq̃ acceptiõe esse vel desitiõe bene alie sunt mutatiões substãtiales sicut creatio. adnihilatio. trãssubstãtiatio ⁊ multiplicatio: quas phũs forte nõ intellexit. saltē q̃tum ad oẽs: licet creationem aliquo modo intellexerit. De quo nõ curo modo: ⁊ satis dictũ est in scd̓o. ¶ Ad tertium dico ꝙ transsubstãtiatio nõ est proprie mutatio: sicut bene ꝯcludit illa ratio. q2 nec habet aliqd cõmune vtriq̃ termino per modũ subiecti: nec etiã habet terminos ꝑ se incõpossibiles scd̓m durationē: large tñ ⁊ cõmuniter accipiẽdo mutatione: mutatio dici potest: vt patet ex predictis.

¶ Distinctionis Undecime. Questio Secunda.

Secundo quero: vtrũ qdlibet positiuũ virtute diuina possit conuerti in aliud vl' ecõuerso. ¶ Videt̃ ꝙ sic. Et primo ꝙ creatura in deũ illud põt conuerti in aliud q̃tũcũq̃ ĩmutabile est cui⁹ conuersio nullã arguit mutabilitatē in illo in qd̓ cõuertitur: sꝫ ĩ termino ad quē trãssubstãtiationis nullã arguit mutationē trãssubstãtiatio ipsa sicut dictũ ē supra. ꝗ creatura in deũ põt ꝯuerti vel trãssubstãtiari. ¶ Scd̓o videt̃ ꝙ potest de⁹ conuerti ĩ creaturã. Non est magis ĩpossibile deũ fieri creaturam q̃ esse creaturã. sed possibile est deũ esse creaturaꝫ. q2 deũ esse hominē. pꝫ de v̄bo qd̓ est homo. ꝗ ⁊ fieri creaturã. sed hoc est ꝯuerti vel trãssubstãtiari in creaturã. ꝗ ⁊c̄. ¶ Tertio ꝙ oĩs creatura in creaturã ⁊ econuerso. illud qd̓ scd̓m suũ esse vel non eē est totaliter in potestate alicui⁹ agētis potest ꝯuerti in aliud: cui⁹ eē similit̃ est in ptãte illi⁹ agētis ⁊ econuerso: ⁊ ab illo agēte sed esse ⁊ non esse cuiuslibet creature est totaliter in potestate dei agētis. ꝗ quelibet ab ipo potest conuerti in aliam. et econuerso.

¶ **Contra** si qdlibet possũ ꝯuerti ĩ qdlibet: oĩa pñt eē vnũ: q2 oĩa possim cõuerti in vnũ. sꝫ ĩpossibile est oĩa eē vnũ. 1. phisi. ꝗ ⁊c̄

¶ In ista questione sic ꝓcedã.

¶ Primo inqrã vtrũ creatura q̃cũq̃ possit ꝯuerti in deũ vel ecõuerso. ¶ Scd̓o vtru oĩs creatura corporalis possit ꝯuerti in spũaleꝫ ⁊ ecõuerso. ¶ Tertio vtrũ creatura spũalis in spiritualē ⁊ ecõuerso. ¶ Quarto vtrũ oĩs creatura corporalis possit ꝯuerti ĩ corpalē ⁊ ecõuerso ¶ Vltĩo ad rões ꝓncipales

Creatura q̃cũq̃ an possit conuerti in deũ. vl' econtra.

¶ **Quãtum ad primũ** premittẽdũ est ꝙ ꝯuersio dicit aliqd cõius q̃ trãssubstãtiatio. q2 trãssubstantiatio est ꝯuersio substãtie in subãm: sicut dictũ est supra: sꝫ ꝯuersio est cõius. q2 est trãsitio totalis cuiuscũq̃ alteri⁹ a substãtia vel in q̃cũq̃ aliđ a subã: et etiã substãtie in substãtiã. Ad ista eñ oĩa se extēdit. ¶ Hoc ꝓmisso q̃tũ ad istũ ꝗ articulũ videretur alicui ⁊ ꝓbabilit̃ ꝙ creatura aliq̃ siue corpalis siue spũalis possit in deũ vel diuinã subãm ꝯuerti.

1. opinio.

¶ Primo sic. Nõ repugnat diuine nature aliquã actionē terminare q̃ nõ ponit: nec arguit mutationē ĩ ipsa. q2 stãte diuina ĩmutabilitate: stat ⁊ natura ei⁹. sꝫ trãssubãtio in termĩo ad quē nullã arguit mutationē. q2 nec accidētalē: pꝫ. nec substãtialē: sicut dictũ est supra. põt eñ subãliter preesse terminus ad quē. ꝗ ⁊c̄. ¶ Scd̓o sic, illud nõ est impossibile qd̓ nõ implicat contradictionem. sed creaturam in deũ cõuerti non implicat cõtradictionē sicut nec implicat contradictionem creaturam esse deum: puta hominem esse deum. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. non plus repugnat deo terminare ꝯuersionem vt terminus ad quē: q̃ terminare aliquã actionem realem: sed deo nõ repugnat terminare aliquam actionem realē siue immanētem: vt intelligere vel velle creatum: que terminãtur ad obiectum diuinũ: siue etiã trãseuntem vt incarnationem q2 verbum vere est incarnatum ⁊ terminat actionem incarnationis: vt videtur ergo ⁊c̄. ¶ Quarto sic. Termino trãssubstãtiationis accidit ꝙ sit aliquid nouum sicut dictũ est supra. nam trãssubstãtiatio potest esse in preexistens: sed nulla creatura potest esse nisi noua. igitur terminus trãssubstãtiationis potest esse aliquid increatum quod est deus. Minor patꝫ. quia creatura nõ potest esse ab eterno. ¶ Ex hoc videtur etiam consequēter ꝙ deus possit ꝯuerti in creaturam. nõ eñ deo magis repugnat conuerti in creaturam q̃ creature in deum. equalis enim distantia ⁊ proportio vel improportio est vtrobiq̃: sed creature non repugnat conuerti in deum. igitur nec econuerso.

Opinio doctoris

¶ **Sed q̃tum ad istum** articulum dico breuiter primo ꝙ repugnat ⁊ impossibile est quancunq̃ ceraturã ꝯuerti in deum: ⁊ deum ꝯuerti in aliquam creaturã. Primo probo ꝙ repugnat deo conuerti in creaturã. scd̓o aliud.

Q2 repugnat deo ꝯuerti in creaturã

¶ Pro primo arguitur sic deus est simpliciter necesse esse: sicut dictũ est in primo. sed simpliciter necesse esse repugnat cõuerti in aliud. q2 sibi repugnat non esse. Illud autem quod conuertitur per conuersionem oportet nõ esse. ergo ⁊c̄. ¶ Scd̓o sic. dictum est supra ꝙ trãssubstantiatio vel ꝯuersio vnius entis in aliud possibilis est solum virtute diuina. Tunc arguo. Impossibile est conuertens aliquid in aliud ꝯuersione eadem ꝯuerti in illud. Tunc eñ seipsum in illud conuerteret: ⁊ ita seipsum destrueret ⁊ per se corrumperret. sed solus deus potest aliquid in aliud ꝯuertere: ⁊ conuertit. ergo impossibile est ꝙ tali ꝯuersione in aliud cõuertatur. ¶ Tertio sic. Illud quod potest in aliud conuerti totaliter q̃tum ad esse vel non esse: subest potestati ⁊ virtuti ꝯuertentis: vt dictum est supra. sed diuinum esse nõ subest virtuti vel potētie diuine. Est enim idem ꝙ esse suum virtus sua ergo ⁊c̄. ¶ Quarto sic. Illud quod est aliquid infinitum et alteri simpliciter improportionatũ ⁊ necessario improportinatum: nõ potest fieri illud finitum vt videtur. sed deus respectu creature cuiuscũq̃ est huiusmodi ergo ⁊c̄.

Q2 nõ q̃cũq̃ creatura põt ꝯuerti in deum.

¶ Scd̓o dico ꝙ nec creatura quecunq̃ potest ꝯuerti in diuinitatē vel in deum. Hoc probo primo sic. necesse esse simpliciter immutabile nõ potest esse primo terminus alicuius mutationis vel quasi mutatiõis realis: nec possibile est hoc esse. q2 necesse esse semper necessario est necesse esse. sed omne illud in quod potest aliud ꝯuerti vel trãssubstantiari: est possibile esse: ⁊ terminus mutationis esse potest vel quasi mutationis realis. quia ⁊ lꝫ conuersio nõ sit ꝓprie mutatio: tñ est quasi mutatio realis eadē cum aliquo possibili esse cum termino: scꝫ ad quem ⁊ in quē aliud ꝯuertatur. q2 sicut ꝯuersio est possibile esse: nõ autem deus vel necesse esse: ita terminus ad quem ꝯuersionis cum quo conuersio est eadē: est possibile esse. ⁊ ita nõ est deus. ergo ⁊c̄. ¶ Secundo sic. impossibile est agens et per se terminum realē alicuius mutationis vel quasi mutationis esse idem. pꝫ de creatione vel de quacũq̃ alia mutatione vel quasi mutatiõe. Impossibile est eñ ꝙ aliquid creet vel generet vel ꝓducat seipm: vel per mutationē quãcunq̃ vel motum. sed de⁹ est agēs cuiuslibet ꝯuersionis vel mutatiõis seu quasi mutationis. igitur impossibile est in ipsum esse terminum ad quem talis ꝯuersionis. ⁊ ita nihil potest conuerti in ipsum. ¶ Tertio sic. Nõ minus esse termini ad quē est in potestate conuertētis q̃ esse vel nõ esse termini a quo. sed in potẽtia dei nõ est suum esse: nec est in obedientiali potentia respectu suijpsius. igitur nõ potest esse terminus cõuersionis: ita ꝙ in ipsum nihil potest ꝯuerti. ¶ Quarto sic. qua ratione vnum potest ꝯuerti in aliud eadem ratione ecõuerso. sed deus nõ potest in creaturam cõuerti: vt videtur: ⁊ ꝓbatum est prius. igitur nec econuerso. ¶ Vltimo q2 finitum possibile improportionatum necessario ad aliud improportionatuꝫ necesse esse nõ potest fieri illud nec ꝯuerti in illud: sed creatura sic se habet respectu dei. ergo ⁊c̄. Sic igitur dico breuiter ꝙ nulla creatura potest in deum cõuerti nec econuerso.

Ad motiua. 1. opinionis.

¶ **Ad primum** aliorum dico ꝙ lꝫ cõuersio non arguat in suo termino ad quē mutationem actualē: tñ arguit possibilitatem mutatiõis vel quasi mutationis que simpliciter repugnat deo: ⁊ potētialitatem ⁊ excludit ab ipso necessitatē essendi: sicut ostēsum est supra. et ideo deus non potest esse terminus a quo vel ad quem ꝯuersionis. vt pꝫ. ¶ Ad scd̓m dico ꝙ repugnat ⁊ implicat ꝯtradictionem fieri deum per conuersionem totalē alicuius in ipsum vel ecõuerso sicut implicat contradictionem aliquid esse necesse ⁊ possibile esse. Tu dicis nõ repugnat reaturam esse deum. dico ꝙ creaturã esse deum: si tñ hoc cõcedatur: potest dupliciter intelligi. vno modo per vnionem creature ad deũ: ⁊ per cõmunicationē ydiomatum. Et sic saltē ꝺm vnũ modum ponendi possibile est deum esse creaturam vel econuerso. ⁊ dico scd̓m vnum modum dicēdi. q2 scd̓m aliquos ista est falsa xp̄us est cratura. scd̓m alios est vera: sicut dictũ est in tertio.

Nota.

Alio modo potest intelligi per idētitatē: sic ꝙ nihil sit ibi nisi deus: ⁊ eomodo quo dicimus creaturã posse fieri craturã aliam per ꝯuersionem. et isto modo est impossibile. Si eñ non est ibi dare nisi deum. creatura nõ est deus. q2 creatura nõ est. Et similiter nõ fit deus. sicut probatum est supra. quare ⁊c̄. ¶ Ad tertium dico ꝙ deo repugnat terminare quãcunq̃ actionem trãseuntem diuinam ad extra. cuiusmodi est oĩs trãssubstantiatio vel cõuersio. nõ sic de actione immanēte siue sua siue creature. Quãdo dicis ꝙ verbum terminat actionem incarnationis: dico ꝙ nõ: sed magis natura humana in qua causatur respectus vnionis ad verbum. que quidem vnio vel relatio fundatur ⁊ causatur a deo in natura humana assumpta. Et ita verbum lꝫ terminet relationem vnionis: non tñ actionem illam trãseuntem causatiuã vnionis ideo ⁊c̄. ¶ Ad quartum dico ꝙ termino trãssubstantiationis accidit ꝙ sit nouum non simpliciter: sicut dicerent aliqui: sed pro tãto: quia lꝫ aliqñ fuerit de nouo: nõ potest preexistere transsubstãtiationi vel conuersioni: non tñ potest esse aliquid quod de nouo nõ inceperit esse.

et ita non potest esse deus: sicut potest esse deus recens vel nouus. Ita dicerēt illi q̄ ponerēt aliquā substantiā creatā nō posse esse ab eterno ꝛ nec nisi nouā. Aliter videtur mihi posse dici q̄ accidit termino trāssubstantiationis ad quē esse nouum. Et dico q̄ potest esse aliquid ab eterno ꝓductum: sed dico q̄ aliquid eternū nō solū est deus: sed creatura potuit esse ab eterno sicut dixi in scō. quare ꝛc. Similiter dico de termino a quo: q̄ potest esse vel potuit aliqua creatura ꝓducta ab eterno. et ita cōuersum ꝯ terminus ad quē conuersionis vtrūq; potuit esse eternum: iz conuersio ipsa vel transubstantiatio nō potuerit esse eterna vel conuersio: sicut nec nō esse conuerti sequēs suum esse scōm durationem. ¶ Ex his ptz ad illud quod additur scz q̄ deus in creaturam non potest cōuerti. Hec de primo articulo principali

ois creatura corpozalis an possit conuerti in spūalem vel econtra. 1. opinio.

¶ Quantum ad secundū articulum dicunt aliqui q̄ creatura spūalis in corpozalem cōuerti nō potest nec ecōuerso. hoc probāt primo sic. Illoꝝ quoꝝ vnum nō est in potētia ad aliud vnum non potest conuerti in aliud. sed creatura spiritualis nō est in potētia ad corpozalē nec ecōuerso. qz nō habēt materiā cōmunē que est potētia vnius ad aliud. Est em̄ potētia passiua transmutādi vnū in aliud substantialiter. ergo ꝛc. ¶ Sedo sic. Illa substātia que nō potest sortiri cōditiones alterius: non potest conuerti in aliam. sed creatura spiritualis non potest sortiri cōditiones vel ꝓprietates spiritualis nec econuerso: sicut angelus ꝓprietates lapidis nec econuerso. ergo ꝛc. ¶ Tertio quia ad ad hoc videtur expresse auctoritas August. vij. super genesim ad litterā: ꝛ Boecij de duabus naturis ꝛ vna persona xpi: qui dicit q̄ nullo modo pōt corpus conuerti in spiritum nec econuerso.

Opinio doctoris

¶ Sed his non obstantibus dico q̄ virtute diuina creatura corpozalis potest conuerti in spiritualē ꝛ econuerso. Prima ratio est ad hoc quia illa quoꝝ esse et non esse cuiuslibet sunt in plena obedientia respectu virtutis diuine: videntur posse conuerti in inuicē: nō obstāte q̄ neutrū habeat materiā: nec habentē aliquid intrinsecū cōmune vtriq;. sed creatura corpozalis et spiritualis sunt huiusmodi: vt ptz. ergo ꝛc. ¶ Scōo sic. Non magis repugnat nec implicat ꝯtradictionem creaturam spiritualē cōuerti in corpozalē ꝛ econuerso. ꝯ aliquā corpozalem in aliā. qz est dare creaturas duas corpozales que non habent aliquid cōmune nec vniuocum nec intrinsecum: sicut substātiā corpoream ꝛ quantitatem. sed creatura vna spiritualis potest habere aliquid cōmune vniuocū saltē cū alia corpozali: sicut patz. qz ambe possunt ꝓtineri in genere substātie. sed cpzpozalis in corpozalē conuerti potest: vt videt. ꝛ infra ꝓbabitur ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Si creatura corpozalis non posset cōuerti in creaturā spiritualē ꝛ ecōuerso. hoc videret: qz vnū non est in potētia transmutabili ad aliud qz vnum nō habet materiā: sed istud non impedit. quia conuersio nō est mutatio nec actus materie: sicut dictū est supza. vnde licet vna nō posset cōuerti in aliam per generationem nihil ad propositum. ergo ꝛc.

Rosolutio doctoris.

¶ Dico igitur q̄ vna creatura spiritualis valde bene virtute diuina potest conuerti in aliam: nisi ob id aliud ꝯ spiritualitas ꝛ materialitas, nec implicat hoc aliquam contradictionem.

ad motiua prime opinio.

¶ Ad primam rationem aliorū dico q̄ licet vnum non sit in potentia trāsmutabili ad aliud scōm aliquā mutationem ꝓprie dictā que sit actus subiecti vel materie manētis sub vtroq; termino: tñ vna potest cōuerti in aliam: ꝛ possibilis est desinere esse in aliā in quā potest conuerti. nec ad hoc requiritur materia communis in vtroq;. ¶ Ad scōm dico q̄ non opz conuersum sortiri cōditiones eius in quod cōuertitur: sicut nec manere. sed sufficit q̄ illud in qđ conuerti tur habeat ꝓprias cōditiones ꝛ aliud in ipsum conuertatur: sicut patz q̄ non oportet q̄ panis habeat cōditiones corporis xpi: iz possit conuerti in ipm.

Responsio cuiusdam.

¶ Ad tertium dico q̄ Boetius ꝛ August. exponi possunt q̄ verum dicūt naturaliter loquēdo: ꝛ per verā mutationē. cōuersio autem non est mutatio vera vel ꝓprie dicta: que requirit subiectum vel materiam cōmunem vtriq; termino: ¶ Aliter respōdet vnus doctor q̄ ꝓ tāto dicitur esse impossibile: qz licet absolute sit possibile virtuti diuine: non tñ ex tot causis ex quot possibile est q̄ corpus conuertat in corpus. Nam q̄ corpus quertatur vel possit conuerti in corpus habet: ꝛ qz habet materiam cōmunem: ꝛ qz suum esse est in plena obedientia ꝺei: vt de ipso fiat quicquid nō implicat contradictionē. Et ita ex duabus causis potest conuerti corpus in corpus. nō sic aūt in spiritū vel spūs in corpus. qz prima causa nō habet ibi locum. Non em̄ habēt materiam cōmunem: sed scda causa tñ. Et ideo dicitur impossibile ex defectu prime cause: licz simpliciter sit possibile ex prima causa. Et reprobat primā solutionem q̄. i. corpus nō possit cōuerti in spiritum naturaliter: ꝛ per verā mutationem sicut corpus in corpus. qz nec etiā virtute naturali ꝛ per mutationem talē posset cōuerti quodlibet corpus in aliud. ptz de corpore xpi. Et ita potest dici q̄ corpus nō potest cōuerti in spiritum vel ecōuerso si prima solutio esset bona.

Cōtra p̄ cedentem solu.

¶ Sed dico q̄ sua solutio non valet ꝯtum mihi videtur. nam ex pluribus causis nō habet corpus q̄ possit cōuerti in corpus ꝯ in spiritum: loquēdo de conuersione in proposito nostro que est totalis. Nā omne sic quertibile siue habeat materiā siue non: ex hoc precise est quertibile. qz est in plena obediētiali potētia: ꝛ suum esse vel nō esse totale est totaliter in virtute primi agētis. Et hec est precisa causa non per hoc q̄ habet materiā partem sui. Nam ꝛ ipsa materia cōuertibilis in aliam materiam vel in formam ex prima causa: sicut ptz. ideo ꝛc. ¶ Similiter etiam improbatio prime solutionis non valet. licet enim agens naturale non possit conuertere celum in aliud corpus per transmutationē naturalem siue in celo sit materia: siue non: de quo non curo modo: tamen multa alia corpora potest conuertere inuicem. vnde non sequitur si istud non potest conuertere: ergo nullum. Et sufficit ad solutionem q̄ corpus aliquod posset conuerti in aliud per mutationē. quia nullum corpus simpliciter sic potest conuerti in spiritum sicut patet. Preterea etiam dicere q̄ impossibile est conuerti spiritum in corpus simpliciter ꝛ absolute: qz hoc est non est possibile secundum vnū modum: est committere fallatiam consequentis: ex quo est impossibile secundum alium. Et ita non videtur illa fuisse intentio Augustini et Boecij.

Summa no huius articuli.

¶ Hec de secundo articulo principali istius questionis in quo patuit q̄ creatura corpozalis potest cōuerti in spiritualem ꝛ econuerso. Et dico breuiter q̄ omnis creatura corpozalis que potest esse in re ꝛ in effectu sine spirituali aliqua potest in illam conuerti. vel magis ꝓprie loquēdo creatura quecunq; corpozalis potest conuerti in illam spiritualē: que potest esse ꝛ poni in re sine illa creatura corpozali: dum tñ neutra sit pars alterius. Econuerso etiā creatura quecunq; spiritualis potest conuerti in quācunq; corpozalem: que potest poni in re et in effectu sine creatura spirituali. Et dico bene istud. nam sicut dictum est supra: oportet necessario q̄ illud quod conuertitur in aliud: desinat esse et illud in quod conuertitur: oportet q̄ vel incipiat esse: vel preexistat ꝛ maneat in esse ꝓ instanti saltem conuersionis. Si ergo est aliqua creatura spiritualis que potest non esse creatura corpozali existente: nō video quare non possit in illam cōuerti. Sed si esset aliqua creatura spiritualis sine qua corpozalis nō potest esse: dico q̄ in illam non posset conuerti spiritualis creatura. Nam contradictio in hoc implicatur. scz q̄ creatura conuersa esset. quia sine ipa non potest poni creatura corpozalis in quam conuertitur ꝫn positionem. ꝛ tamen non esset. quia conuerteretur. ¶ Similiter etiam comparando creaturā corpozalem ad spiritualem: dico q̄ omnis creatura corpozalis sine qua potest eē ꝛ poni creatura spiritualis: potest in illā cōuerti. sed si esset aliqua creatura corpozalis: sine qua non posset esse nec poni creatura spiritualis: in illam non posset cōuerti ratione predicta. ¶ Ad hoc possunt adduci exempla vnum est angelus. quilibet potest esse in re ꝛ in effectu sine quacunq; substantia corpozali. patet. et econuerso: etiam saltem virtute diuina. Et dico q̄ vnum potest conuerti in aliud ꝛ econuerso. sed angelus mouēdo celum habet aliquem respectum realem et spiritualem in seipso formaliter ad celum: vt ad corpus motum. Et planum est q̄ talis respectus esse nō potest in re sine creatura corpozali qui est celum: sicut nec relatio sine termino. Similiter etiam econuerso celum habet aliquem respectum realem et corpozalem. quia extensum per accidens extensione celi ad angelum mouētem. Motum em̄ refertur ad mouens: et mouens creatum ad ipsum motum ꝛ econuerso. ꝛ ille respectus non potest esse sine angelo: sicut nec respectus sine termino quacunq; virtute. Et ideo dico q̄ nec celum pōt cōuerti in respectū angeli nec angelus in respectū celi.

Creatura spūalis an possit querti in spiritualē ꝛc. 1. opinio.

¶ Quantum ad tertium articulum haberent aliqui dicere sequendo viam suam positam in articulo precedenti q̄ deus nullā creaturā spiritualem posset in aliam conuertere. Nam vna non est in potentia ad aliam eo q̄ non habent materiam. ¶ Similiter etiam secundo. quia vna non potest sortiri ꝓprietates alterius ꝑcipue si differat ab ipsa secūdum speciem. immo etiam nec secundum materiam. quia ꝓprietates individuales ꝓprie sunt in quolibet individuo. ¶ Similiter etiam tertio. quia magis videtur esse in potētia corpus habens materiam ad spiritum vt conuertatur in ipsum ꝯ angelus ad angelum. quia in neutro est aliqua potentia: sed corpus secundum eos non potest conuerti in spiritum ergo ꝛc.

doctoris opinio.

¶Secũdo requiritur:ꝙ nõ maneat in potẽtia passiua alicuius subiecti:de quo ipm sit educibile:vel forma eius. Et hec cõditio magis ꝓprie habet locũ de forma:q̃ de cõposito. Vnde dico:ꝙ si aliqua forma manet in potẽtia subiecti:de qua possit educi p trãsmutationẽ:illa nõ anichilatur:ꝓcipue si in illã redigitur p mutationẽ veraz sicut p corruptionẽ. Et isto mõ forma alicuius generabilis vel corruptibilis quãdo redigitur in potentiam materie: nõ anhilatur:licet desinat esse:ꝛ post corruptionẽ sit nichil. ¶Tertio requirit: ꝙ actio ꝙ quam aliquid debet anichilari:ꝙ se terminetur sicut ad terminũ ad quẽ ad negationẽ simpliciter extra genus que vt sic nullo positiuo saluetur:vel ipsum necessario cõcomitetur. Et ꝙ hoc etiã patet:ꝙ corruptio nõ est anichilatio.quia corruptio non terminat ad talẽ negationẽ forme simpliciter extra genus: sed magis ad negationẽ in genere vel subiecto tanq̃ ad priuationẽ forme in materia. Vel si dicas:ꝙ ad nõ esse forme non terminatur primo corruptio sed ad nõ esse totius.saltẽ illud non esse totius concomitatur tale nõ esse forme. Ex hoc etiam patet: ꝙ nulla cõuersio vel actio seu passio vel mutatio seu quasi mutatio cuius ꝙ se primus terminus ad quẽ est aliquid positiuum:cuiusmodi est transsubstãtiatio:est anichilatio. Nõ em̃ habet tale nõ esse extra gen⁹ pro ꝙ se termino.ad quẽ.ideo ꝛc. Patet etiã ꝙ si relinquatur aliquid positiuum reale.tanq̃ ꝙ se terminus ad quẽ ipsius actionis vel mutationis licet aliud puta terminus a quo desinat esse:non tamen anichilatur. ¶Secũdũ dicta ista ꝓbo:ꝙ panis in ista cõuersione non anichilatur:licet desinat esse simpliciter ꝛ sit nichil. Primo sic.illud nõ anichilatur:quod cõuertitur vel trãssubstãtiatur. hoc patet ex distinctione anichilationis a conuersione vel trãssubstantiatione ꝛ incõpossibilitate ambaꝝ respectu eiusdẽ termini sed panis in ista cõuersione trãssubstantiatur.q̃ ꝛc. ¶Scõo sic.illud nõ anichilatur:quod nõ deducit ad nõ esse simpliciter extra genus ꝙ aliquam mutationẽ vel quasi mutationẽ terminatã per se ad tale nõ eẽ simpliciter extra genus.quod simpliciter cõtradicit ꝛ incõpossibile est suo esse.hoc patet ex ꝓdictis. sed panis licet in ista cõuersione deducatur ad tale nõ esse:nõ tamen per aliquam mutationem per se terminatam ad tale non esse:sed per conuersionem per se terminatam ad esse corporis christi:sicut ad per se terminum ad quem:licet concomitanter habeatur tale non esse panis.ergo ꝛc. ¶Tertio sic. Illud non anichilatur cui succedit aliquid positiuum reale per mutationem vel quasi mutationem:cum qua accipit non esse.sed pani succedit aliquod ens positiuum virtute conuersionis:cum qua panis incipit non esse simpliciter ꝛ extra genus.ꝛ illud est corpus christi.nõ ꝙ corpus christi sit presens virtute conuersionis: sed quia est terminus conuersionis:sicut magis patebit in sequenti questione.ergo ꝛ cetera.

¶Ex predictis patet ꝙ non valet dictum aliquorum:ꝙ panis non anichilatur pro tanto:quia negatio sui esse fundatur in aliquo positiuo disparato: quod est corpus christi. Et ita non est negatio simpliciter extra genus. sed in ente puta in corpore: quia negatio illa que fundatur in corpore christi: qua dicitur corpus christi non esse panis:eo modo quo homo dicitur non esse asinus: non est negatio illa ipsius esse panis noui:que habetur in conuersione ꝓpi preexistẽs cum ipso corpore.ꝛ sicut disparatio panis a corpore vel econuerso est antiqua: vt patet. Nam sicut ante conuersionẽ panis corpus non erat panis:sic nec post cõuersionem. Et negatio illa non est contradictoria ipsi esse panis simpliciter in re.quia dato ꝙ panis maneret:adhuc conueniret talis negatio ipsi corpori. et conueniebat ante cõuersionem panis.sed magis ista negatio est idẽtitatis panis cum corpore vel corporis cum pane. et pertinet intrinsece ad vnitatem panis. quia est panis in se vnus est. et per conquens ab alio puta a corpore distinctus. vel non idem:conuenit sibi talis negatio respectu cuiuscunq; alterius:qua negatur esse aliquid alterum. Et econuerso corpori ipsi conuenit talis negatio:ꝙ non est aliquid aliud siue sit siue non sit. Vnde nichil facit ad propositũ talis negatio sic saluata in positiuo disparato ad vitandum anichilationem panis. Nam est dare aliam negationem nouam simpliciter et extra genus ipsius esse panis:quam negationem accipit in conuersione:quando conuertitur:ita bene sicut si anichilaretur:que videretur ad anichilationem sufficere:nisi obesset aliud secũdum supradicta. Et patet etiam ꝙ nichil facit ad propositum negatio in corpore christi saluata:que non est extra genus.qz dato ꝙ panis esset anichilatus:adhuc posset manere corpus:ꝛ talis negatio in corpore:ergo ꝛ c.

Qz panis in cõuersione nõ anhichilatur.

¶Secundo etiam.quia secundum hanc viam nichil posset anichilari vel aliquid non posset anichilari manente aliquo positiuo disparato sibi.quia ꝛ quolibet tali positiuo manente manet talis negatio:vt patet.hoc autem falsum est:ergo ꝛ cetera.

¶Tertio etiam quia talis negatio non habetur per conuersionem quia non est noua:vt dictum est supra.ꝛ posset stare cum anichilatione panis.ergo nichil facit ad propositum. Qz autem per conuersionem non habeatur: patet.quia negatio esse panis habita per conuersionem nõ preexistebat cum esse ipsius panis.sed sicut panis vere prefuit ante conuersionem ita vere de nouo incipit non esse in ipa conuersione vel cum ipsa:sicut superius dicebatur. Dico igitur ꝙ panis non anichilatur ꝟm rationes predictas.

ꝯ dicta hui⁹ opi.

Sed contra predicta sunt alique dif ficiles instātie. Prima est ista. respectu quorumcunq̄ duorum terminorū qui non sunt essentialiter idē: sed sunt separabiles oportet dare duas ꝑ se mutatiōes vel quasi muta tiōes eis corrñdentes. ptꝫ de gñatione: ꝙ corrñdet eē generati: ⁊ corruptiōe: ꝙ corrñdet nō esse corru pti. Et silr patet de creatiōe ⁊ anichilatione: q̄rū vna correspōdet nō esse: ⁊ altera ipsi eē eiusdē rei. Patet de generatiōe ⁊ alteratione vel loci muta tione ⁊ sic de oībus. sed in ꝓposito sunt duo ꝑ se ter mini habiti nō idē essentialiter sed separabiles: scꝫ nō esse panis simpliciter ⁊ esse corporis. Et ptꝫ: ꝙ vnū pōt esse sine alio. igiꝉ oportet dare duas per se mutatōes terminatas ad istos terminos. Accipio ꝗ illā ꝙ terminaꝉ ꝑ se ad nō esse panis. illa non pōt dici anichilatio: vt ptꝫ. igiꝉ panis ita vere anihila tur sicut si ali⁹ termin⁹ puta corp⁹ xp̄i ꝑ aliā nō ha bereꝉ. q2 alia nō variat rationē hui⁹ mutatiōis. vt videꝉ. ¶ Scd̄o sic. sicut nō eē panis posset haberi dato ꝙ nō habereꝉ eē corpis xp̄i ⁊ ecōuerso corp⁹ xp̄i posset haberi: dato ꝙ nō habereꝉ desitio panis q2 nec desitio panis est ratio positiōis corpis xp̄i: nec ecōuerso positio corpis xp̄i est ratio desitiōis. Ita (vt videꝉ) desitio illa panis simplr distīcta est a positiōe corpis ⁊ alia. ⁊ posset eē illa desitio: qua panis desinit eē totaliter sine positiōe corpis. vt vi deꝉ. ⁊ tūc q̄ro de illa desitiōe in se ⁊ ī ratiōe sua: q̄ lis mutatio est. Nō pōt dici creatio nec generatio nec cōuersio. q2 hꝫ nō esse simpliciter ꝓ ꝑ se termi no. Nec pōt dici corruptio q2 nichil de pane relin quiꝉ. ita ꝙ nō manet panis: nec aliq̄d eius in potē tia materie: nec in seipso ī actu. igiꝉ anichilatio de bet dici panis. ꝗ est anichilat⁹: vt videꝉ. ¶ Tertio sic. corruptio nō ꝓpter hoc nō est anichilatio. q2 ip sam cōcomitaꝉ generatio: ꝙ terminaꝉ ad aliq̄d po sitiuū reale. Nā ⁊ si esset corruptio sine generatiōe sicut virtute diuina posset esse: adhuc corruptio nō esset anihilatio. Silr q2 corruptio nō terminaꝉ ad illud esse positiuū ad qd̄ generatio: sed ad nō eē ter minaꝉ ꝑ se. ꝗ silr nō ꝓpter hoc debet negari anihi latio ab illa desitione essendi panē. q2 ipsam conco mitaꝉ positio corporis xp̄i sed ꝓpter aliud negari nō pōt. ꝗ ⁊c̄. ¶ Et cōfirmaꝉ. q2 illa desitio termīa tur ad negationē simpliciter extra gen⁹: sicut etiā anichilatio. nō autē ad negationē alicui⁹ in subie cto apto nato: puta ad priuationē forme ī materia sicut corruptio: ꝙ ꝓpter hoc anichilatio dici nō pōt sed illa bn̄: vt videꝉ. lꝫ ꝑ accidēs cōcomiteꝉ positio corpis xp̄i ꝙ nō videꝉ variare rationē ꝑ se illi⁹ desi tionis. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō aufert ab ea rōnē anichilatiōis.

Nō hec.

Ad euidētiā solutiōis istarū instātiarū no tandū est: ꝙ nō sic est de desitiōe panis ⁊ positiōe corpis in ꝓposito: sicut de generatiōe et corruptiōe in materia. Nā gñatio ⁊ corruptio sūt due mutatiōes distincte essentialiter simul curren tes quarū vna est ab esse corrupti ad nō esse eiusdē Alia vero ab nō esse generati ad esse eiusdē: vel for me ei⁹. nō curo modo. ⁊ sunt simul in eodē instanti duratōis. Et puto ꝙ nature etiā. ita ꝙ simul natu ra ⁊ duratiōe nō eē corrupti ⁊ corruptio: ⁊ eē gña ti ⁊ gñatio. Nō sic aūt in ꝓposito. Nā ipa cōuersio que est positio corpis xp̄i: est vna simplex mutatio inter duos terminos positiuos. s. inter esse panis: ⁊ esse corporis xp̄i. ita ꝙ de pane fit corp⁹ xp̄i ⁊ ista cōuersio ꝑ se primo terminaꝉ ad esse corporis chri sti: sed verū est: ꝙ ipsam cōuersionē concomitaꝉ nō esse panis: vel termini a quo. Non ꝑ vnā aliā muta tionē distinctā terminatā ad nō esse panis simplici ter ⁊ extra genus. q2 tūc non posset vitari anichila tio: vt videꝉ: sed eadē conuersione ⁊ simul omnino panis conuertitur in corpus: ⁊ desinit esse. nō sic ꝙ nō esse sit aliqs de ꝑ se terminus ꝯuersionis: sed cō comitaꝉ ipsam conuersionē. Sicut suo modo licet nō sit simile omnino: eadem generatione habeꝉ es se asini vel esse asinum ꝑ se: ⁊ esse vnuꝫ: vel ab equo distinctū. i. non esse equum fm̄ philosophū. iiij. me tha. non ꝙ nō esse equum sit terminus generatio nis vel ꝑtinens intrinsece ad ipm̄: sed ꝯcomitatur necessario ipm̄: sicut vnum concomitatur ens.

Solutio instātiarū ꝯ opi. vltimam

Ad primam ergo instātiam dico: ꝙ nō semper oportet dare duas mutationes vel quasi mutationes siue ꝓdu ctiones siue destructiones respectu duorū termi norum: qui nō sunt essentialiter idem: sed sunt sepa rabiles. ꝑcipue quādo alter eorū est negatiuus. li cet etiā sit possibile respectu ipsorum esse duas mu tationes vel quasi. sed alter eorū cōcomitatiue po test haberi ꝑcipue negatiuus eadē mutatione vel quasi mutatione: qua habetur ꝑ se terminus posi tiuus. ⁊ ꝑcipue si illa mutatio sit cōuersiua: quic quid sit de alijs. Nam ipsa sola conuersione vnica simplici mutatione posita necesse est poni terminū ad quē positiuum: ⁊ destrui terminum a quo posi tiuum ⁊ implicat aliter contradictionē planā. Ad minorē dico bene ꝙ esse corporis ⁊ nō esse absolu te loquēdo nō sunt essentialiter ideꝫ: sed sunt sepa rabilia. ⁊ ideo dico bene ꝙ ad nō esse panis posset terminari bene anichilatio: ⁊ ad esse corporis chri sti creatio: que essent mutationes distincte. sed non sic se habet: nec habere potest: quādo panis ꝯuerti tur in corpus. sed necesse esse ad cōuersionē: vt per ipsam eādem mutationē vel quasi mutationē sim plicē habeatur esse corporis christi ꝑ se ⁊ non esse panis cōuersi. ita ꝙ respectu cōuersionis non esse panis et esse corporis sunt simpliciter inseparabi lia quacūq̄ virtute. ¶ Ad secūdam instātiam pa tet ꝑ idem: quid dicēdum est. ¶ Et ad tertiā etiaꝫ quia desitio esse panis ⁊ positio corporis non sunt due mutatiōes: sicut generatio ⁊ corruptio: vt pa tet ex ꝑdictis. nec est sic imaginādum: sicut imagi natur argumētum. Tamē in ꝯfirmatione ponitur vnū dubium. s. ꝙ ꝓpter hoc negatur corruptio esse anichilatio: q2 terminatur ad negationē in subie cto apto nato. Nā anichilatio gratie etiā videtur terminari ad negationē eius in subiecto apto na to: sicut in aīa. ⁊ tn̄ nō ꝓpter hoc debet negari ani chilatio. Et similiter creatio gratie fit in subiecto apto nato: ⁊ tn̄ nō ꝓpter hoc minus est creatio. Et quicquid sit de hoc: planū est ꝙ argumētum nō cō cludit. Verūtn̄ de illo dubio pōt dici: ꝙ vel destru ctio gr̄e nō termīaꝉ ꝑmo ad negationē sui eē ī sub iecto. vn̄ ⁊ manere posset sepata a subiecto. ⁊ sic nō eēt in subiecto. ⁊ tn̄ esset: ⁊ nō eēt destructa vel ani chilata: vt patet. sed terminatur destructio gratie ad non esse simpliciter ipsius gratie: quod est ne gatio extra genus ⁊ subiectū: ⁊ ita anichilatur. nō sic autē forma quādo destruiꝉ. sed terminaꝉ ei⁹ cor ruptio ꝑ se ad non esse in subiecto. non autē ad nō eē simplr extra gen⁹: vt patet. ⁊ iō d2 corrūpi ⁊ nō anichilari sicut enim prius natura gratia ipā hꝫ ⁊ creari: q̄ꝫ sit vel ponatur in subiecto: sic vt videtur prius natura est nichil extra genus ⁊ non ens sim pliciter: ⁊ anichilatur prius q̄ꝫ sit non ens in subie cto. sed sicut forma vt ꝑ generationē acquiriꝉ: non prius in se acquiritur q̄ꝫ in materia. q2 nō acquiriꝉ primo fm̄ se sed magis ipm̄ totū cuius forma est pars intrinseca. ⁊ ita simul ⁊ non prius natura ha betur q̄ꝫ totū. ⁊ ꝑ consequēs q̄ꝫ ipsa in subiecto vel in toto. Sic etiā primo corrūpitur totū ⁊ simul for ma est nō ens ⁊ in materia vel subiecto. ¶ Tamen ꝯtra ista sunt etiā aliqua dubia. ⁊ ideo dicas si vis ꝙ nō ꝓpter hoc excluditur anichilatio a corruptio ne: q2 terminetur corruptio ad nō esse forme in sub iecto sic absolute loquēdo: sed q2 terminaꝉ ad tale nō esse tanq̄ꝫ ꝑ se mutatio vera: ⁊ actus materie vl subiecti. que etiā non primo terminaꝉ ad nō eē for me: sed ad nō esse totius. cuius tn̄ manet aliqua ps puta materia: que est subiectū talis mutatiōis. vel si primo ad formā ipsam vel nō esse forme: cui⁹ ni chil manet: tn̄ est mutatio vera: ⁊ nō est anichilatio et terminatur ad nō esse forme manētis in potētia talis materie vel subiecti tanq̄ꝫ aliquid terminato educibile de illo subiecto vel materia ab aliqua vir tute quecūq̄ sit illa siue creata siue increata. nō sic autē terminatur destructio gratie ad nō esse ei⁹ in subiecto sicut patet. Non enim a quacūq̄ virtute educibilis est de potētia subiecti: nec ꝑ verā muta tionē ꝓductiuā potest haberi a quocūq̄ agēte: sed solum ꝑ creationem. nō de potētia subiecti nec na turali nec obedientiali vt videꝉ: quare ⁊c̄. Hec de secundo articulo ꝑncipali: nisi ꝙ ꝑ multas auctori tates posset ꝓbari ꝙ panis nō anichilatur: sicut ꝙ conuertitur. Et hoc ꝑ Ambro. de sacramētis: ⁊ ꝑ Hugonē ⁊ Damas. quas dimitto causa breuitatis

Panis an cōuersus possit idē numero repari ⁊c. i. opinio.

Quātum ad tertium arti culū est magnū dubium an panis cōuersus in cor pus xp̄i possit idem nūero reparari nulla facta mu tatione vel quasi mutatione circa corpus christi. ¶ Et videꝉ ꝙ possit reparari idem numero etiam de corpore xp̄i sine quacūq̄ mutatione in corpore xp̄i. Primo sic. sicut panis fuit cōuersus in corp⁹ xp̄i: ita ꝙ de pane factum est corpus xp̄i sine muta tione omnimoda corporis xp̄i: ita videtur omnino possibile ꝙ econuerso fiat vel possit fieri panis de corpore xp̄i sine mutatione sui. Minus em̄ videꝉ esse mutatio ex parte termini a quo alicuius muta tionis q̄ꝫ ex parte termini ad quē. quia mutatio vl quasi per se posita ꝓpter terminū ad quē et magis sortitur rationē ⁊ speciem ex termino ad quē q̄ꝫ a quo. sed primū est possibile. ⁊ fit de facto in ista cō uersione. ꝗ ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. Non minus pōt de⁹ reparare panē eūdem numero de corpore xp̄i nul la facta mutatione in corpore: q̄ꝫ de nichilo. sꝫ de⁹ pōt reparare eundē panem numero de nichilo nul la facta mutatione in corpore xp̄i: vt patet. ꝗ ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Illud nō est deo impossibile qd̄ non implicat cōtradictionē: sed panē eundem sic repa rari nulla mutatione facta in corpore nō implicat contradictionē. Illa em̄ ꝯdictio videreꝉ ꝙ corpus xp̄i simul maneret et nō maneret: maneret. q2 nul la mutatio. Nō maneret. quia de ipso repararetur panis. ⁊ non nisi per conuersionem: et ita non ma neret. sed istud non cogit: quin alio modo sine con uersione possit reparare: immo nec per conuersiō nem repararetur. quia panis non preexistit repara tioni nec duratione: nec natura: vt patet. ergo ⁊c̄. et ita nichil potest in eum conuerti vt videtur: nisi prius repararetur. ¶ Quarto quia qui potest facere ꝙ vnum sit multa: potest facere de corpore christi panem manente corpore: precipue si panis manet aliquo modo in corpore secundum aliquitatē quā cunq̄ secundum aliquos. sed deus potest hoc face re. posset enim simul conuertere vnum ens in mul ta. ⁊ ita de vno facere multa. igitur de corpore xp̄i potest sic facere panem manente corpore.

Sed q̄ntum ad istum articulus lꝫ sit val de difficilis: videtur mihi dicēda aliqua. ¶ Prīo ꝙ deus panem prius conuersum in corpus posset reparare eundem numero nō de corpore sed de ni chilo. ¶ Secundo ꝙ in panem sic prius reparatū posset corpus christi ꝯuertere. ¶ Tertio ꝙ de cor pore christi non posset primo panem reparare.

Mēs doctoris.

¶ Quarto ꝙ si de corpore repararet eundem pa nem non primo: sed conuertendo corpus in panē iam reparatum: hoc non posset esse sine mutatione vel quasi mutatione corporis: sed transiret necessa rio ab esse in non esse. ¶ Primum probo sic. Quic quid vere est nichil simpliciter ⁊ prefuit: deus po test ipsum reparare de nichilo vel non de aliquo. patet. sicut anteq̄ꝫ esset: potuit ipsum creare de ni chilo. Non plus enim implicat vnum contradictio nem q̄ꝫ reliquum. sed panis post conuersionem est simpliciter nichil ⁊ nō ens ita bene sicut fuisset ani chilatus: vt dictum est supra. ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. Si panis conuersus non posset reparari de ni chilo: hoc videretur quia non posset reparari nisi de corpore in quod est conuersus. sed istud non est verum. nam pane conuerso potest deus anichilare corpus in quod cōuersus est: ⁊ tamen raparare pa nem de nichilo. patet. ergo etiam stante corpore et non anichilato quia panis ita est nichil stante cor pore in quod conuersus est: sicut corpore anichila to. ⁊ sic ita potuit de nichilo reparari sicut corpore anichilato. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Habitis ꝑ se ter minis alicuius quasi mutationis que subiectuꝫ nō requirit: ⁊ agente sufficientis virtutis: potest ha beri illa mutatio vt videtur quocunq̄ alio posito: vel etiam circunscripto. sed termini reparationis panis sunt non esse simpliciter ipsius panis et esse simpliciter. nec ista reparatio requirit subiectum: ⁊ deus est virtutis sufficientis ⁊ ꝑfecte. igitur po sito vel circunscripto quocunq̄ alio: potest haberi talis reparatio. igiꝉ stante pane ꝙ est aliquid aliud potest corpus christi de nichilo reparari: vel etiaꝫ ipso circunscripto non obstante ꝙ panis fuerit in ipsum conuersus. ¶ Secundam conclusionē pro bo. ⁊ nō oportet hic insistere. quia vniformiter po test probari ꝙ corpus christi possit conuerti in pa nem sic iam reparatum de nichilo: sicut panis pri⁹ conuertebatur: vel poterat conuerti in ipsum.

¶ Tertiam conclusionem probo sic. Primo sup pono ꝙ postq̄ꝫ panis conuersus est ante primam reparationem est nichil: sicut dictum est prius et probatum. Tunc arguo. Si panis reparatur pri mo de corpore Christi: aut hoc est per creatio nē/aut ꝑ cōuersioneꝫ/aut ꝑ generationē. Non per generationē patet. q2 nō preexistit materia panis

illi reparationi.nec per creationē.quia creatio est
nō de aliquo. Hic autē ponit ꝙ panis de corpe re
paretur.⁊ sic de aliquo.igitur non ꝑ creationem.
Nec ꝑ conuersionē.patet.quia sicut nichil non pōt
cōuerti in aliquid vel transsubstātiari:sed oportet
ꝙ transsubstātiatū vel cōuersum prius fuerit ens
etiā duratione ꝙ̄ conuertat:⁊ in conuersione desi
nat esse.ita oportet ꝙ illud in quod aliquid cōuer
titur sit preexistens saltē ordine nature illi conuer
sioni.q₂ aliquid nō trāssubstātiatur in nihil: sed in
ens.cū ergo panis ante illā reparationē sit nō ens
simpliciter:sua reparatio prima nō potest esse con
uersio. ¶ Dices ꝙ nō oportet terminū in quē con
uersionis prius existere nec duratione nec natura
sed sufficit ꝙ sit simul ⁊ simul terminet cōuersionē
⁊ duratione ⁊ natura. Secūdo dices ꝙ illa cōuer
sio non est sufficiēs.quia poterit reparari nec per
creationē:nec ꝑ generationem nec ꝑ conuersionē:
sed ꝑ alium modū.sicut etiam de facto nō reparā
tur entia a deo:que ꝑ̄fuerunt per aliquē istorū mo
dorum.sed reparatio est aliquid aliud ab omnib⁹
istis tribus. ¶ Contra primū.quia aut ipa cōuer
sio est actio ꝓductiua termini ad quē aut nō. Non
potest dici ꝙ sit actio ꝓductiua termini. quia acci
dit conuersioni.vnde conuersio est ꝙ terminus ad
quem de nouo ꝓducatur.pōt enim preexistere cō
uersioni vt dictum est supra. Et oportet te conce
dere velis nolis de corpore xp̄i si nō est actio ꝓdu
ctiua termini ad quē.quero quomodo se habet ad
actionem ꝓductiuā termini.quia aut ꝫm naturaꝫ
presupponit ipsam.⁊ tunc habeo ꝓpositum ꝙ ter
minus ad quē prius natura habet esse ꝙ̄ in ipsum
aliquid conuertatur. Aut est prior natura ipsa cō
uersione illa actio ꝓductiua:⁊ tunc aliquid potest
conuerti in nichil:loquēdo de conuersione que est
transsubstantiatio qđ est falsum. Similiter etiam
cum ipsa conuersio ⁊ ꝓductio sint essentialiter di
stincte sicut ꝓbatum est:⁊ prior natura ꝑ seipsum
sit conuersio:deus posset facere in re conuersioneꝫ
non ꝑ̄cedente ꝓductione termini ad quē conuer
sionis:nec concomitāte nec sequente. Et ita posset
facere ꝙ aliquid cōuerteretur in aliud qđ semꝑ es
set nihil. Aut iste due sunt simul natura ⁊ duratio
ne:sicut diceres. Cōtra primo.q₂ sicut prius est es
se terminum alicuius conuersionis:ita videtur ꝙ
prius sit actio ꝓductiua alicuius ꝙ̄ cōuersiua al
terius in ipsum saltem natura:licet enim nō sit sim
pliciter prius esse ꝙ̄ esse terminū ꝓductionis: ta
men respectu cuiuscūqꝫ alterius actionis prius est
esse simpliciter ꝙ̄ esse terminū illius ⁊ alteri⁹ actio
nis. Secūdo etiā q₂ nō videntur esse due actiones
disparate circa idem ⁊ alterius rationis ꝙ̄ non ha
beant aliquē ordinem circa illum terminum dura
tionis vel saltem nature. sed conuersio nō pōt esse
prior.igitur oportet ꝙ ꝓductio sit prior. Preter
ea si haberetur corpus christi ꝑ vnam ꝓductionē
que nō est conuersio:siue sit simul cū ea.siue nō iam
nō reparatur ꝑ conuersionem:⁊ sic sequitur ꝓposi
tū. ¶ Contra secundā solutionē arguo. quia non
intelligo aliū modū.quia reparatio aut est de non
aliquo vel nō de aliquo ⁊ sic est creatio.aut de ali
quo.et hoc dupliciter.aut sicut de subiecto : et sic
est generatio.aut sicut de termino toto:qui transit
totus in id quod reparatur.⁊ sic est conuersio. vn
de dico ꝙ resurrectio vel reparatio si sit de aliquo
sicut de subiecto:est generatio passio quā pōt fa
cere deus sine generante creato ⁊ immediate : vel
mutatio est vera aliqua ꝑ̄supponens subiectum.⁊
hoc sufficit michi.nec potest dici in ꝓposito.⁊ po
test dici generatio aliquo modo. Aut est nō de ali
quo:⁊ sic est creatio. Uerum est tamen ꝙ non dici
tur creatio absolute:sicut quādo res primo ꝓduci
tur in esse:ita ꝙ ante nunqꝫ sit ens:sed dicit reitera
tio,quia iterata creatio nō obstāte ꝙ sit vera crea
tio.nec est differētia nisi ꝫm nomen. Et ex hoc pa
tet ꝙ conuersio nō potest dici reparatio alicuius
ꝓprie:sicut nec creatio vel recreatio . quia ante re
creationem vel reparationē recreatum vel termi
nus ad quem est nō ens. Si tamen dicatur aliquo
modo reparatio panis cōuersio corporis in ipm:
vel actio quecūqꝫ ꝑ quam habetur esse ei⁹: vel po
nitur licet non de nouo:tunc habet locū quarta cō
clusio.s.ꝙ panis nō potest reparari đ corpore xp̄i
sine mutatione vel quasi mutatione corporis xp̄i.
Et patet ista conclusio.q₂ conuersio corporis ī pa
nē non potest esse nisi corpus desinat esse.patet ex
ratione cōuersionis.sed hoc nō potest esse sine mu
tatione ⁊ transitu ab esse in non esse : sicut dictum
est supra de pane quando conuertit in corpus xp̄i
ergo ⁊c̄. Sic dictū sit quātū ad istas.iiij.ꝯclusiōes

¶ **Ad rationes** aliorum dico. Ad pri
mam ꝙ non est simile ad rōnes 1.opi.
de termino ad quē ꝯuersionis ⁊ de termino a quo
quia terminū ad quē non oportet mutari:vel qua
si transeundo a nō esse ad esse:sicut oportet termi
num a quo transeundo ab esse in nō esse.panis au
tem idem numero nō potest fieri de corpore chri
sti nisi ꝑ cōuersionem:vt dictnm est supra.⁊ patet
ꝙ in cōuersione panis in corpus:corpus habet ra
tionem termini ad quē.⁊ ita non oportet ipm mu
tari.sed si corpus cōuerteretur in panē:corp⁹ ha
beret rationē termini a quo. ⁊ ita necessario muta
retur ⁊ transiret ab esse in nō esse. Quādo dicis ꝙ
mutatio respicit magis terminū ad quem ꝙ̄ a quo
verū est.quia respicit terminum ad quē per se intē
dendo ipm vel tendendo in ipm.sed non sic in con
uersione ꝙ terminus ad quē magis mutet. ¶ Ad
secundum dico ꝙ deus pōt reparare panē eundem
numero de nichilo nulla facta mutatione in corpo
re xp̄i.sed non de copore xp̄i ratiōe dicta in prece
dēti solutione. ¶ Ad tertiū dico ꝙ panis nō pos
set reparari de corpore christi nisi ꝑ conuersionem
et patet ꝙ ꝑ conuersionem ipm reparari implicat
cōtradictionem:siue ex ꝑte termini ad quem:si po
neretur ꝙ prima reparatione que ꝓprie dicēda est
reparatio:repararetur siue ex ꝑte termini a quo:si
per conuersioneꝫ in panem iam prius reparatum.
¶ Ad quartum dico ꝙ licet possit cōuertere vnū
in multa:non potest tamen facere ꝙ vnum sit mul
ta.nec potest facere ꝙ aliquid cōuertatur in aliud
sine mutatione. Hec de quarto articulo ꝑ̄ncipali.

¶ **Ad primū principale argu** ad rōnes principales.
mētum dico ꝙ panis non anichilatur:licet aliquā
do fuerit:et post conuersionē nichil sit aliquo mo
do:vt dictum est supra. ¶ Ad scđm dico ꝙ forma
nō anichilatur per corruptionē sicut visum est su
pra. Quādo dicis ꝙ immo.quia alioquin posset re
parari idē numero ꝑ agens naturale:dico ꝙ ex nā
rei nō video rōnē cogentē:q̄re ꝑ naturā non possit

eadē numero forma educi de materia:⁊ idē nume
ro reparari:sicut dicet infra de resurrectione. Tu
dicis contra philosophū est.dico ꝙ nō video neces
sitatē dicti sui.nec ipse adducit ad hoc rationē co
gētem.⁊ ideo non oportet ꝙ necessario credā sibi.
Tamē aliter potest dici ꝙ nō oportet idē numero
posse redire ꝑ naturā.nā licet virtute agētis icrea
ti ⁊ infiniti possit redire idē numero ⁊ eadē nume
ro forma educi pluries ⁊ totiēs quotiēs.agens tm̄
creatū ⁊ limitatū non pōt ex limitatione sua edu
cere vnā formā plusqꝫ semel licet forma in eandeꝫ
potētiam materie redigatur:⁊ eadē numero itera
to sit educibilis ex materia absolute loquēdo saltē
virtute diuina supnaturalis agētis. ¶ Ad tertiū
dico ꝙ licet totū esse panis desinat:non tm̄ ꝑ anihi
lationē sicut dictū est supra:licet quādo totum esse
ꝓducit de nouo incipiat esse ꝑ creationē. Non em̄
panis desiuit esse:vel incipit non esse ꝑ mutationē
vel quasi mutationē ꝓpriam terminatā ꝑ se ad non
esse:sed ꝑ conuersionē ꝑ se terminatā ad esse corpo
ris:cōcomitāter vero ad nō esse panis.igitur ⁊c̄.

¶ Distinctionis Undecime.
Questio Quinta.

Quinto q̄ro: vtrū
per se precisus terminus ad
quē ꝯuersionis panis sit cor
pus xp̄i qđ est pars essentia
lis humanitatis xp̄i : ex quo
cū aīa intellectiua cōponit.
¶ Videt ꝙ nō. In omni cō
uersione vel mutatione ꝙ̄ ha
bet ꝑ se terminū a quo positiuū oportet ꝙ ꝑ se ter
minus ad quē sit aliquid negatiuū.patet.q₂ omīs
mutatio vel quasi mutatio est trāsitus a contradi
ctorio in cōtradictorium ꝑ se. Ista autē se habent
sicut affirmatio ⁊ negatio.sed ista conuersio habet
pro ꝑ se termino a quo aliquid positiuum.puta pa
nē.non ergo pro ꝑ se termino ad quem.sed corpus
xp̄i est aliquid positiuum.ḡ ⁊c̄. ¶ Secūdo sic.cor
pus xp̄i vt sic accipitur non dicit:nisi vel materiaꝫ
solam vel materiā cū quātitate.q₂ nō potest dicere
aīam eo ꝙ sic distinguit contra aīam.nec aliquam
vt aliā formā.q₂ in hoīe nō sunt plures forme sub
stātiales.q₂ vnius rei vnū est esse simpliciter.sed in
materiā solā vel in materiā cum quātitate non fit
cōuersio sed magis resolutio vel corruptio:ḡ ⁊c̄.
Similiter nec in materiā cū quātitate.q₂ quātitas
cū sit accidēs:nō potest esse terminus : nec includi
in ꝑ se termino cōuersionis.ḡ ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Il
lud nō est ꝑ̄cisius ⁊ ꝑ se terminus conuersionis:qđ
vt sic ꝑ ipam nullū accipit esse. ꝓbatio.q₂ cōuersio
aut est positiua:aut destructiua tm̄.non pōt dici ꝙ
destructiua tm̄.ḡ positiua.⁊ ꝑ consequens sicut est
noua:ita potest aliquid de nouo.⁊ ꝑ̄cipue suuꝫ per
se terminū vt videtur:sed corpus xp̄i pars : vt pa
tet.nō accipit esse ꝑ istā cōuersionem.q₂ nec nouuꝫ
esse per istam cōuersionē eo ꝙ preexistebat.nec pre
cedēs esse.q₂ tūc bis acciperet idem esse.ḡ ⁊c̄.

Luc.22. Mat.21. ¶ **Contra** hoc est corpus meū d₂. Luc.22.
⁊ Math.21. Et similiter de san
guine suo modo.

¶ **In ista q̄stione sic procedā.**

¶ Primo ponā aliquas opiniones de ista q̄stiōe
cū motiuis aliquib⁹ ⁊ modis dicēdi eaꝝ. ¶ Scđo
arguā ꝯ eas:⁊ soluā ad motiua earū. ¶ Tertio di
cā aliter ad questionem. ¶ Et vltimo ad rationes
principales.

¶ **Quātū ad primū articulū**
ꝑmittēdū ē ꝙ bn̄ ꝯcedūt h⁹ oēs moderni ꝙ panis
ꝯuertat ī corp⁹ xp̄i:⁊ ꝙ corp⁹ xp̄i est ꝑ se termin⁹
ad quē huius cōuersionis.sed de modo declarādi
hoc:⁊ quale sit illud corp⁹ sunt quatuor opiniōes.
Et sūt tres illoꝝ q̄ volūt vitare plēs formas ī hoīe.

¶ **Prima** ē ista ꝙ cū corp⁹ nō sit mā tm̄ q₂
mā tm̄ nō est nisi pura potētia: 1.opinio
nec materia cū quātitate:q₂ substātia nō icludit ac
cidēs nec materia cū aliqua alia forma substātiali
ab aīa.q₂ maneret in hoīe cū aīa.⁊ sic in eodē ꝑ se
vno essent plures forme substātiales qđ est impos
sibile ⁊ implicās cōtradictionē: sicut ꝙ ꝑ se vnum
nō sit per se vnū ꝫm eos oportet dicere ꝙ corp⁹ il
lud qđ est ꝑ se terminus trāssubstantiationis: iclu
dat intrinsece materiā ⁊ animā rationalē que dat
esse corporeum subiectiuum ⁊ intellectiuū:sed nō
inquātum dat esse sensitiuum ⁊ intellectiuū:sed in
quantū dat esse corporeū.corpus ḡ est ꝑ se termin⁹
isto modo vt dicunt.⁊ ita oportet dicere ꝫm eos ꝓ
pter rationem ꝑ̄dictaꝫ. ¶ Ex hoc patet ꝫm eos ꝙ
possibile est esse cōuersionē in aīam rationalē:non
inquātum dat esse corporeū.⁊ hoc nō est icōue
niens:sicut nec est conueniens ꝙ corpus conuerta
tur in corpus.

¶ **Secūda** opinio est ꝙ corpus illud qđ
est per se primus termin⁹ con 2.opinio
uersionis nō includit aliquā formam substantialē.
quia nec animā rationalē. Nā si fuisset consecratū
in triduo sub specie panis fuisset corpus illud qđ
est ꝑ se terminus cōuersionis.⁊ tn̄ non fuisset ibi in
aīa que erat a corpore separata. Nec includit ali
quā aliam formā substātialem.q₂ nulla alia forma
substantialis alia ab aīa ad essentiā humanitatis
xp̄i ꝑtinet.nō est em̄ in hoīe nisi vna forma tantū.
nec includit aliquod accidēs siue quātitatē siue ali
quod aliud.q₂ ꝑ se terminus est substātia: et aliqđ
ꝑ se vnū. ¶ Quidā ergo dicunt ꝙ corpus illud di
cit materiā xp̄i cum modo quodā quātitatiuo de
relicto in materia vel cāto ex ipa quātitate.q̄ qđē
modus nō est quātitas:sed aliquid aliud ab ipsa.
¶ Scđo dicunt ꝙ modus ille quātitatiuus ē sub
stātialis ⁊ essentialiter idē cū materia.q₂ accidens
esse nō potest eo ipso ꝙ includit in ꝑ se termino cō
uersionis. ¶ Tertio dicūt ꝙ materia ꝑ illū moduꝫ
formaliter in seipsa est extēsa habēs partē extra ꝑ
tē:⁊ ꝙ ꝑ illū potēs est suscipere q̄titatē: ⁊ habere
ꝑtem aliā ⁊ aliā sub ꝑtibus quātitatis. Alioquin
em̄ nō est intelligibile vt dicūt:qūo materia ꝫm se
sit simplex ⁊ indiuisibilis:posset suscipere q̄titatē
⁊ habere sub ipsa partem extra partem.

¶ **Tertia** opinio est q̄ dicit ꝙ illud corpus
ꝑ se non dicit nisi materiā:tn̄ con 3.opinio
notat quātitatem ꝑ quā formaliter illa materia est
quāta.⁊ materia licet ꝫm se nō sit corporea:tamen
vt substat quātitati ⁊ afficit ꝑ eā:pōt dici corp⁹:⁊
idē corpus xp̄i xp̄o mortuo qđ fuit pri⁹ viuū. Tuꝫ
ꝓpter vnitatē materie ⁊ quantitatis. tum propter
vnitatem diuini suppositi sustētantis ita in morte

sicut in vita.z hoc siue illa materia informetur alia forma non pertinente ad christum siue non.

4.opi. ¶ **Quarta** opinio est q corpus xpi non terminat illam cōuersionē absolute acceptū: vt substantia est: sed vt hic presens est: puta sub specie p̄sens.z isti volunt q ex vi conuersionis p se habetur p̄sentia corporis xpi sicut p se terminus. Et ad hoc ducūtur precipue.qz nihil aliud positiuum nouū videt: nisi istam p̄sentiam in proposito, cōuersionis autem noue videtur nouus terminus aliquis positiuus: sicut deductum est supra in argumēto principali. ¶ De isto autē modo patet q vnus est contra pluritatē formarū in homine cū alij. immo nō videtur cōtrarius sicut tres primi qui ad fugam pluriū formaz (vt estimo sine preiudicio) sunt ficti.z etiā adinuēti. Quartus vero iste non tangit aliquid de illa difficultate: sz indifferēter cū vtraq parte potest stare: vt patet intuenti. Hec de primo articulo principali.

3 p̄cedē. opi. ¶ **Contra primā** opinionē.z secundā.z tertiam pro quanto innitūtur illi fundamēto: q in homine non sunt plures forme:z q nō est ibi alia forma substantialis ab aīa intellectiua: dico q illud fundamentum est falsum.z periculosum. nec possunt saluare vnitatem vere carnis xpi vel veri corporis xpi viui.z mortui in sepulchro. nec per consequēs veritatem huius sacramēti: in quo p se continetur tanq̄ p se terminus conuersionis vera caro xpi.z fuisset cōtēta in triduo: si quis consecrasset. Et q in homine necessarium sit dare plures formas:z fuerit eadem vera caro xpi viui.z mortui in sepulchro non solum materia vel quātitas siue per seipas: siue cū alia forma de nouo adueniente non ptinēte ad naturam humanā christi. primū probaui in secundo distinctione.xviij.z scōm in tertio: cū hoc quod dictū fuerat de ipa i scdo satis diffuse. nec est modo quātū ad p̄sentē articulū aliqd illorū repetēdum.

5.1.opi. ¶ **In special** igitur arguo cōtra primā opinionē. primo sic. si aliquis consecrasset in triduo mortis christi sm omnes sub sacramento vel sub specie panis fuisset p se terminus conuersionis presens vere et realiter. sed planum est q ibi non fuisset anima: nec materia informata. Nam in triduo mortis christi anima fuit separata a materia vel a corpore christi. vnde z omnes doctores tenēt q anima modo de facto non est p̄sens per se z ex vi sacramenti: sed concomitative. quia corpus informat vel materiā ipsam igitur p se terminus cōuersionis nō est aliquid cōstitutum intrinsece per animā: nec includēs ipsam Nec valet qd dicunt: q verū est inquātum aīa dat esse sensitiuum vel aīal vel esse intellectiuū seu hominē: sed inq̄tum dat esse corporeitz. primo qz p se terminus realis ipsius conuersionis debet esse aliquid reale.z cōstituens ipsum debet accipi sm rationē realem. sed anima vt dat esse corporeum vel sensitiuum vel intellectiuum nō distinguitur in se ipsa formaliter ex natura rei: sed tātum sm rationē et intellectus sm eos. igit sm q dat omnia ista esse: terminat conuersionē. qz ratio realis.z formalis per quā dat omnia ista esse: est eadem.z simplex indistincta. Non enim corporeum vegetatiuū sensitiuum.z intellectiuum cōtinētur distincte formaliter in anima: vt dicunt negādo formalitates. sed anima vnica simplex indistincta omnino re.z ratione reali virtualiter continet ista esse:z potest dare ipsa. quare z̄c. Scdo non valet illud dictū qz dato q distinguerētur sic formaliter in aīa. tū eēnt idez essentialiter.z impossibile esset q vnū esse sm talē formā poneretur vel daretur ab ipsa sine alio: vel q ipsa non esset p̄sens sm alia esse. si ergo dat esse corporeū dat esse sensitiuum.z intellectiuū: et pns est sm omnia ista esse. Et sic in triduo mortis sicut fuit p se terminus cōuersionis: ita fuit corp⁹ vnicz.z aīal.z homo:z ita xps in triduo nō fuit mortuus. Et idem sequitur si solū distinguant sm rationez isti gradus multo fortius. ¶ Scdo sic arguit principaliter cōtra eos. si panis cōuertitur in tale corpus cōstitutum sic ex materia.z aīa inquātum dat esse corporeum. sequit q aīa rationalis possit dare esse corporeum: sed hoc est impossibile.z falsus: qz aīa sm suum esse totale est forma spiritualis separabilis nō educta nec extēdibilis siue p se siue per accidēs. ois autē forma dans esse corpus partē est corporalis educibilis.z extēsa per se vel p accidēs sicut dictum est in secundo g̃ z̄c. ¶ Tertio sic. panis conuertitur sic in corpus q totū in totū. materia in materiam.z forma in formā: sicut patet. sed sm eos aliqua forma corporalis nō potest conuerti in spiritualē. cū igit forma panis sit corporalis:z aīa intellectiua sm totū esse suum simplex sit forma spiritualis: forma panis nō cōuertitur in aīam ergo z̄c. ¶ Quarto sic. vniformiter debet poni qd est p se terminus cōuersionis panis aliquid cōstitutum ex materia.z aliqua forma substātiali: sicut sanguis qui est p se terminus cōuersionis vini: vt videt: sed planum est q sanguis nō est aliquid constitutuz ex materia.z aīa: sed ex aliqua alia forma substātiali: vt patet. siue sanguis contineat in corpore siue effundatur. Non efficitur informatur ab aīa: vt patet. igitur. Similiter corpus est aliquid constitutū per aliā formā g̃ per animā: precipue cum in illo triduo in quo p se terminus fuisset habitus nō coniungeret anima materie: nec corpus vel caro esset materia pura plusq̄ sanguis: sed aliqd cōstitutum p consequēs per aliquam formā substantialem aliam ab anima. ¶ Sic igitur patet q opinio p̄dicta est falsa. Ad motiuum suum cuius est vis in hoc. s. q in homine non possunt poni plures forme: patet q nichil valet.

5.2.opi. ¶ **Contra secūdam** opinionem de illo modo quantitatiuo que est ficta arguo primo sic q modus ille sit impossibilis. qz ille modus est derelictus a quātitate sicut dicunt. sed impossibile est q a quātitate vel ab aliquo accidēte derelinquatur aliquid consubstātiale subiecto. quia sicut subiectum prius est accidente. ita.z omni derelicto ex accidēte. et sicut omne accidens posterius est substantia subiecti et quolibet cōsubstantiali: ita quodlibet derelictū ex accidēte est posterius quolibet consubstantiali ipsi subiecto. g̃ z̄c. ¶ Secūdo sic. aut ille modus est substantia: aut accidēs. non potest dici accidens p se. quia includitur in p se termino cōuersionis. Similiter etiā consubstantialis est materie. nō sic aliqd accidēs. Non pōt dici etiā substātia. qz vel est materia vel forma vel cōpositū. nō pōt dici nouus cōpositū substātiale ptz. nec forma substātialis. qz dicis q nulla forma substātialis includit in p se termino cōuersionis. Similiter etiā quia tunc essent plures forme substātiales in xpo. Similiter etiaz quia nō esset cōsubstātialis materie. qz nulla forma substantialis est materie cōsubstātialis. nec materia potest dici. qz nō noua.z alia materia tūc enim quantitas crearet materiam derelinquēdo ipam. nec precedēs materiam in rōne subiecti: sicut ꝓbatum est supra. Similiter etiam si est ipa materia: ita fit cōuersio tantum in materiam purā: quando fit in modum illū: sicut sine modo illo: vel multiplicantur verba sine fructu. Si dicas q nec sit materia nec forma: nec cōpositū: nec accidens. sequitur q est nihil. ¶ Tertio sic. Sicut alie forme nihil derelinquūt aliud a se in suis materijs: ita nec quantitas vt videtur. sed alie nō derelinquunt aliquid tale: puta albedo modum quātitatiuum.z hmōi. g̃ z̄c. ¶ Quarto sic quero a te an ille modus sit forma liter extensio ipa habēs partem extra ptem: vel nō si nō/tunc per ipm nihil extenditur: nec habet ptē extra partē:z ita nō materia. si sic: sequitur q est accidēs:z nō nisi quātitas. igitur quātitas derelinq̄tur a quantitate in infinitum. Similiter etiā sequitur q nō includitur in per se termino cōuersionis contra te. ¶ Quinto sic. Aut illud corpus qd ponis p se terminum cōuersionis est corpus mathematicum: aut naturale. si mathematicū: includit quantitatem ptra te. si naturale: includit aliquā formaz naturalem. Aut ergo substātialem: z cū illa nō sit aīa: oportet q sit alia forma substantialis.z habem? ꝓpositum cōtra te. aut accidentalē quod est cōtra te. qz nullum accidens includitur in per se termio cōuersionis. Tunc enim eēt trāsaccidētatio.z hoc etiam tu ponis. ¶ Sexto sic. Non minus sunt efficacia verba sup corpus: q̄ super sanguinem: sed p se terminus cōuersionis vini est sanguis cōpositū ex materia.z forma substantiali. Nec habet ibi locum nec apparentiā fictio talis modi: per quā materia dicatur sanguis. igitur etiā sic de corpore.

Johā. 6. ¶ Septimo sic. quādo dicit xps: hoc est corp⁹. planum est q corpus qd ponitur ibi: significat veram carnem xpi: sicut dicit ipe xps. Caro mea vere est cibus:z sanguis meus vere est potus. Et de isto sacramento dicit Jo. vi. Nisi manducaueritis carnē z̄c. sed fictio est dicere q aliqd sit caro per vnū talem modum quātitatiuū vt ptz. sed oz dicere q per aliquā veram formaz. ergo z̄c. ¶ Cōtra illū modū etiam arguit. qz si per ipm oz materiā disponi.z extendi vel habere partem extra partem: sequitur q ille modus sit prioz quātitate.z sic non derelinquitur ex quātitate. ¶ Ulteri⁹ sequitur q vt ille modus est quātitas vel aliquid: puta materia extensa seu hīs partē extra ptē:z nō per quātitatem qd est contradictio. Sicut q aliquid sit album nō per albedinem. ¶ Ulterius q oportet omne subiectum pari ratione disponi per vnum talē modum ad quālibet formā. vlterius q duo corpora sunt in eodez loco naturaliter. sez quantitas.z ille modus · vltra q ille modus distinguitur ex natura rei a materia.z tamen nō essentialiter.z ita ponuntur formalitates cōtra illos qui deffendunt istum modum. Et breuiter totum fictum hoc est cōtra illum modum.

¶ Preterea etiā quero de materia sub illo modo aut habet partez sub parte modi: aut nō. si sic: pari ratione sine illo modo sub quātitate potest habere partem sub parte: vel oportet ipam disponi q vnū alium modum.z sic in infinitum. sed est tota simul sub qualibet parte modi: tunc habes difficultatez contra te sicut de materia sub quātitate imediate.

¶ Ulterius ad istum modū sequitur q materia simul.z semel p naturam possit esse quanta.z habere partem extra partē quod est idem semel per modū illum:z alio semel per quātitatem inhērētem. Si dicas q modus ille nō habet partem extra partez nec dat hoc materie. Tunc materia illa cū illo modo est indiuisibilis: sicut per seipam vel sm seipaz Dimitto ergo illum modum.

Contra tertiam opinio. ¶ **Contra tertiam** opinionē arguit in secūdo.z i tertio. et iam ptius tactū ē q vera caro xpi per se cōtinetur sub sacramento tanq̄ per se terminus conuersionis:z fuisset ibi si quis cōsecrasset in triduo. sed caro xpi.z vere eadem nō dicit materiam tātuz cum quātitate eadez. Non enim materia cum quātitate tantum est caro. qz quātitas non dat sibi esse carnem. nec vnio ad diuinum suppositū dat sibi eē carnem vel eandem carnē. qz tunc esse vnituz diuino suppositō esset caro.z sic aīa esset caro vel aliā carnem. sed per aliquā formam substātialem est caro.z quia eadem caro oportet q eadem forma manente in xpo viuo.z mortuo.z hoc nō per animam patet igitur per aliam que vere ēcluditur in per se termino conuersionis sicut patet. Nec valet q illa materia vnitur eidem suppositoverbi: cui prius. qz part rōne (sicut dixi alias) si de materia corpis xpi generaretur asinus.z assumeretur a verbo: caro asini posset dici caro xpi:z eadem caro quod est manifestum falsum.z cōtra reuerētiam sacramēti.z veritatem. quare z̄c. ¶ Secūdo sic. aut quātitas ēcluditur per se.z intrinsece in p se termino cōuersiōis aut nō. si sic: sequitur q cōuersio est in accidens.z ita non est trassubstātiatio tātus: sed trāsaccidētatio cōtra oēs si nō igitur in materia tātum est conuersio.z sic nō in corpus. quare z̄c. ¶ Tertio sic. qz planum est q materia cum quātitate non pōt dici sanguis sed oportet q hoc sit per aliquā verā formam substātialem. ergo cum caro vel corpus non minus sit aliquid perfectum ens. qz.z in carnez cōuertibilis est ipe sanguis sm viam perfectionis.z tendendo ad perfectionem vt patet. corpus xpi et caro que oportet per se eē terminum huius cōuersionis: nō dicit tantum materiam: nec tantū materiam.z quātitatem. imo nec caro includit quātitatem. Est enim substātia nō includēs accidēs: vt ps oportet q includat aliquā formam substātialem: que maneat eadem in materia xpo mortuo.z viuo. Et non valet aliquid contra hoc vnio ad verbum: sicut dictum est supra. sicut nec vnio asini vel alterius hominis ad verbum. quare z̄c. ¶ Quarto sic sicut materia non est substātia per quātitatem: ita nec corpus pertinens ad genus substātie. nec sicut totum nec sicut pars per quātitatem. ptz. Nec per vnionem ad aliqd extrinsecum. nec per aliquod accidens. sed materia nō est corpus pars per seipam tunc enim esset caro per seipam: et os xpi:z sic de aliis. quod est oīo falsum. opz igitur ponere necessario q terminus hui⁹ cōuersionis nō solum includat vel dicat materiam: sed aliquam formam substantialem. nō animam. ergo aliam. Et dico q ista

opinio tertia est simpliciter falsa. Et motiuuȝ ei⁹. patet q̃d est nullum euacuatum.

ꝯ quartū modum. ¶ **Contra quartā** opinionē etiam potest argui scilicȝ ꝙ corpus vt hic nō est terminus cōuersionis per se. ¶ Primo sic. per se terminus cōuersionis non est aliquod accidēs. qꝛ ista cōuersio est trāssubstātiatō sed eē hic dicit presentiam corporis xp̄i ad speciē sacramētalē ⁊ illa p̄ntia accidens est: sicut dictum est supra. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. Si corpus xp̄i vt hic p̄ns esset per se terminus: seq̄retur ꝙ ex vi cōuersionis corp⁹ xp̄i esset hic p̄ns. sed hoc est falsuȝ sicut ostensum est supra. ergo ⁊c. Item ista conuersio est per se vna. ⁊ per ꝯsequēs habet terminum p se vnuȝ. sed corpus xp̄i vt hic p̄ns nō dicit aliquid vnum per se. ergo ⁊c. ¶ Ultimo qꝛ corp⁹ xp̄i posset esse hic p̄sens: dato ꝙ nō conuerteretur panis. Sed de ista ratione parum curo. ¶ Ad motiuum vero huius opinionis supius est solutum ꝙ nō oȝ noue conuersionis esse terminum nouū: sed in hoc differt cōuersio ab actionibus vel quasi mutatiōibus p̄ductiuis: ꝙ per se terminus eius pōt preexistere. nec ip̄a noua est necessario quantum ad illud quod dicitur: qn̄ dicitur aliquid de nouo conuerti: licet bene sit noua q̃ntum ad illud quod cōnotat p illo instāti scilicet pro desitione essendi termini cōuersi. Hec de secūdo articulo.

opi. doc. circa qō: ¶ **Quantum ad tertium ar/**ticulum igitur questionis dico primo sicut dixi in secūdo: ꝙ corpus xp̄i pars humanitatis eius distincta cōtra aīam includit materiam ⁊ formam: ⁊ dicit totum compositum ex materia ⁊ forma substantiali mixtionis: quā ē aliquid formaliter caro ⁊ os. Et illud totum est imediatum perfectibile ab aīa: ita ꝙ ex ip̄o corpore ⁊ aīa constituitur tota humanitas vel totus homo vnus per se. Et sic in homīe quolibet sunt plures forē substantiales saltē due. Imo etiam in quolibȝ viuo: Et ista p̄baui in secundo ⁊ per rationes: ⁊ per Aristotelem: ⁊ per fidem ⁊ auctoritates sanctorum. ¶ Secūdo dico ꝙ anīa separata in morte xp̄i ⁊ in illo triduo remansit idē corpus suum compositum ex materia ⁊ illa forma mixtionis: sicut ⁊ manet in quolibet homine idem corpus verum numero: ⁊ eadeȝ vera caro: ⁊ os que prius. Sicut p̄baui de xp̄o in secūdo ⁊ in tertio. s. ꝙ corpus xp̄i ⁊ vera caro sua fuit idem viuū ⁊ mortuum: caro viua ⁊ mortua in sepulchro per eandeȝ formam substātialem per quam ⁊ prius cum esset viua per plures auctoritates. ¶ Tertio dico ꝙ si ī triduo fuisset eucharistia cōsecrata: ibi fuisset sub specie sacramentali per se terminus cōuersionis: licet non ex vi cōuersionis. Et verum corpus xp̄i: s̄m illud verbum xp̄i: hoc est corpus meū. Et similiter sub specie vini verus sanguis xp̄i. et tamē nō fuisset aīa. qꝛ erat separata a corpore. ⁊ non fuisset ibi vera caro xp̄i: nec verum corpus xp̄i: nisi per aliquam formam substātialem: sicut etiam de sanguine. nec eadem: nisi per eandem formam que prius ⁊ nihil aliud fuisset ibi per se: nec accidens nec hm̄oi sed per concomitantiam. Sicut vsq̄ȝ hodie tenuerunt omnes doctores. Et ideo concludo ꝙ per se terminus ꝯuersionis panis huius ⁊ precisus ē substantia corporis xp̄i ⁊ cōuersionis vini est sanguis xp̄i substantia sanguinis eius. Et corpus illud dicit per se compositum ex materia ⁊ forma mixtionis. Quod aūt substātia corporis xp̄i sit per se terminus talis cōuersionis: ptȝ satis ex predictis. qꝛ non pōt esse aliquid aliud: nec aliquid aliud in ip̄o includi. Per se enim terminus aut esset cōpositus ex anima ⁊ corpore: quod est superius improbatū: aut aīa tantum: quod est falsum. aut materia cum illo modo siue cum aliquo accidente: siue forma aliqua substātiali: vel cū aliqua noua forma substātiali non pertinente ad xp̄m. q̃d est etiam īprobatū totum. aut corpus xp̄i vt hic quod est improbatum. Et ita relinquitur ꝙ soluȝ corpus xp̄i sic compositum ex materia ⁊ forma mixti pertinēte intrinsece ad xp̄m: ⁊ alia ab aīa sit per se precisus termin⁹ talis conuersionis panis sicut sanguis cōuersionis vini. Hec de tertio articulo principali.

¶ **Ad primum principale ar/**gumentum dico ꝙ non opȝ noue ꝯuersionis eē nouum terminum: sicut apparet ex p̄dictis. Quando dicis ꝙ est transitus a cōtradictorio in cōtradictorium. dico ꝙ per se non est verū: sed a positiuo ī positiuum vel etiam illud positiuuȝ quod est termin⁹ ad quem: non oportet esse nouum. verum est tamē ꝙ oportet ꝙ terminus a quo desinat esse de nouo: sicut dictum est supra. ¶ Ad secūdum dico ꝙ corpus xp̄i quod est terminus cōuersionis vnius icludit materiam ⁊ formam. que non est anima: sȝ aliā formam mixtionis sicut dictum est supra. ⁊ eandeȝ existentem simul cum anima in christo viuo vel viuente. Et dico ꝙ in quolibet homine sunt plures forme. Quādo dicis: vni⁹ rei vnicū est esse. dixi ꝙ verum est ꝙ si est vna res per se vnum est eē eius p se. Sed dico vltra sicut dixi in secūdo: ꝙ plures forme possunt cōcurrere ad vnum esse per se: nec ē aliquod incōueniens de pluribus formis ordinatis: quarum vna non est specifica: sed potest constituere vnum subiectum receptiuum alterius forē complete ⁊ per se in potētia ad ip̄am que est specifica. ¶ Ad tertium dico ꝙ non oportet ꝙ terminus ad quem accipiat nouum esse sicut dictum est in p̄batione ad primū argumentū q̄ debuit poni ad istud ⁊ tūc dico ꝙ etiā sicut tangebatur ibi: cōuersio nō est p̄pria mutatio. nec est transitus a cōtradictorio in contradictoriū: sed a positiuo in positiuū. id ⁊c. Ad rōes p̄ncipa:

¶ Distinctionis duodecime.
Questio prima.

Circa distinctiōeȝ .xij. quero primo vtrum accidens possit esse in sacramēto isto sine subiecto. ¶ Uidetur ꝙ non. Substātia creata corporea non potest esse sine quātitate que est accidens vt patet. qꝛ nō est corporea nisi per quantitatem. Nec potest esse sine ratione ad deuȝ saltem. Relatio aūt est accidens. ⁊ sic de huiusmōi Similiter substātia cōposita nō pōt esse sine vniōe materie ⁊ forme adinuicem. ⁊ tamen illa est accidens sicut dictum est in secūdo libro. ergo multo fortius accidētia nō p̄nt esse sine subiecto vel substantia. Magis enim dependet accidēs a substantia q̄ȝ ecōuerso vt ptȝ. quia substantia est prior natura accidēte. 7. methaphi. ⁊ posterius eēntialit 7. meth.

5. metha. esse non pōt sine priori. 5. metaphisice. ca. de p̄ori. ¶ Secundo sic qua ratione est possibile vnū accidens esse sine subiecto in hoc sacramento: pari ratione ⁊ oīa: vt videtur. sed impossibile est de omnibus ꝙ sint sine subiecto: vt de qualitate vel ratione vt videtur. igitur de quocūq̄ȝ est impossibile vt videtur. ¶ Tertio sic. album solam qualitatē significat in predicamētis. ⁊ sic albedo ⁊ albū idem significant. ⁊ pari rōne quātitas ⁊ q̃ntum. sed īpossibile est quātum esse: nisi sit aliquod subiectum cui quantitas cōueniat vel inhereat. ergo etiā quātitatem. similiter de aliīs accidētibus.

¶ **Contra** patet p auctoritates quas ponit magister in p̄nti distinctiōe ⁊ in precedēti etiam q̃tum ad aliquas. Et probatur ꝙ ita sit de facto. Nam substātia panis cōuertitur ⁊ nō manet: sicut dictum est supra. sp̄es tamē accidentales vel sacramētales manēt. ⁊ tamen non informant aliquod aliud subiectū. ergo accidētia vel saltem aliquod accidens puta quantitas est ibi sine subiecto.

¶ **In ista questiōe sic p̄cedā.**
¶ Primo īquirā vtrū quelibet substātia possit eē sine p̄prio accidente vel separari ab ip̄o. ¶ Scdo inquiram vtrū omne accidens possit eē sine subiecto vel separari ab ip̄o. ¶ Tertio dato ꝙ sic inquiram: vtrum de facto oīa accidentia in eucharistia sint sine subiecto vel sint separata a subiecto. ¶ Ultimo ad rationes principales.

Nota de accīdete ¶ **Quantum ad primū arti/**culum premitto ꝙ accidēs est nomē concretum. et significat aliquā formā: puta accidentalitatem vt ita loquar: vel inherentiam sicut suum principale significatum quēadmodū albū est ꝯcretum: ⁊ significat albedinem suo modo in predicamētis. Et sicut album significat inconcretōe ad aliquid: quod denominatur per formam illam significatam. s. in concretione ad subiectum q̃d denominatur album ita etiaȝ accidens significat in cōcretione ad aliq̃d quod denominatur tale per inherentiam vel accidentalitatem. ⁊ dicitur accidens vel inherens. Et illud tale sic denomīatum aliquādo est aliqua entitas ⁊ natura positiua absoluta: sicut quantitas vel qualitas que dicunt accidentia. Aliquando vero dicitur ꝙ est entitas respectiua: ⁊ essentialiter ad aliquid vel ad aliud: sicut relatio ⁊ alia de sex predicamētis vltimis. ¶ Secūdo premitto ꝙ ista accidentalitas vel inherentia accidētis ad subiectum quā principaliter importat: ⁊ significat nomen accidentis. cum sit aliquid positiuuȝ reale: nec sit nihil vel negatio vt patet. qꝛ tūc nomē accidentis significaret principaliter negationem vel nihil. Similiter vltra cū non sit aliquid a se: sed ad aliud nec possit accipi q̃tum ad id quod est: nisi cōcepto alio puta subiecto accidentis qꝛ est habitudo accidentis ad subiectum. ptȝ ꝙ non potest esse nisi accidens receptiuum: seu aliquis respectus realis accidenris ad subiectum ip̄m. Sed differenter accidētis absoluti ⁊ respectui. Nam accidentis absoluti vt quātitatis vel hm̄ōi inherentia non pertinet ad proprium genus vel predicamētum: nec est sibi cō substantialis vel coeēntialis. sed pertinet ad aliud genus: quod est respectiuum: nō aūt absolutuȝ. Et illa inherentia respicit accidēs absolutum pro subiecto imediato: cui formaliter iest. Alioquin nō diceretur accidens absolutum formaliter inherens per eam. Et puto ꝙ talis habitudo vel inherentia accidentis absoluti ad subiectum sit habitudo de predicamento habitus. Est enim aliquo modo derelicta ex adiacentia accidentis ad subiectum: vel est ip̄amet adiacentia talis. nec est inconueniēs ꝙ vnum accidens alterius generis denominet accidens absolutum. Dicitur enim q̃titas equalis alteri equalitate que est accidēs de alio predicamento a predicamēto quantitatis vt ptȝ. qꝛ de p̄dicamento relationis. Si dicas ꝙ inherentia inuenit in nouem generibus accidētium. ergo nō est in determinato genere. dico ꝙ assumpta est falsa de inherentia accidētis absoluti vel etiam respectiui. sȝ bene verum est ꝙ inherentia in suo cōmuni ⁊ trāscendēti non determinatur ad aliquod vnum gen⁹: sicut nec accidens. ¶ Ex quo patet ꝙ talis inherētia respectus intrinsecus est: sicut ⁊ totum predicamentum habitus. ⁊ ita nō necessario ponitur posito fundamēto. s. accidente absoluto: ⁊ termino puta subiecto. Nec esset aliquod miraculum: si a principio accidentis ⁊ subiecti minime poneretur. Secus est autem de inherentia accidentis respectiui. nam illa inheretia nō est alterius generis ab ip̄so: sed est sibi coessentialis: ne sit processus in infinitū in accidentibus vel inherentiīs. ita ꝙ suo mō accidentibus respectiuis ita sunt coessentiales inherētie ip̄orum ad subiecta īmediata saltem ⁊ p̄rima: sicut respectus vestigialis creature ad deum: vt dictum est in primo. Si enim esset respectus inherētie aliud accidens ab ip̄a relatione vel respectu inherentie oporteret ꝙ illa inherentia cum sit accidens: alia inherentia inhereret. ⁊ sic in infinitum. Respectus tamen ip̄e ad terminum et inherentia ip̄a ad subiectum in ip̄o accidēte respectiuo distinguntur ex natura rei sicut patȝ. nā formaliter sunt ad diuersa extrema. impossibile est autem ꝙ eodeȝ respectu formaliter ex natura rei aliquid referat ad diuersa extrema in q̄bus est alia ⁊ alia ratio terminandi respectum: quare ⁊c. Nec est incōueniēs respectum sic fundari in respectu: sicut nec est incōueniēs ꝙ relatio fundet respectum vestigialem ad deum terminantem: sicut ⁊ quelibet creatura. Q̃d autem inherentia accidētis ad subiectū dicat aliquem respectum realem positiuum potest probari vniformiter: sicut probatuȝ est suo modo respectu vnionis forme ad materiam in secūdo. distinctiōe .xij. in questione de partibus ⁊ toto q̄ est quarta.

Inherentia accīn: ad subiectū. ⁊c.

¶ **His premissis** que sunt vtilia non solum ad presentem articulum: sed etiam ad sequentem. ⁊ ad tertiuȝ videretur alicui ꝙ substātia aliqua nō potest eē sine omni accidente suo: sed oportet necessario ꝙ hēat aliqua accidentia. Et oppositum implicat cōtradictionem. ¶ Primo sic impossibile est subiectuȝ esse sine p̄pria passione. qꝛ conclusio demonstratōnis ī qua predicatur passio de subiecto: est necessaria ⁊ falsificari non potest. patet primo posteriorū. Alioquin contingeret sciētiam eē ignorantiaȝ vel nescientiam: cōtra philosohum. 7. methaphisice. sed substātie habēt accidētia pro propriīs passiōibus. Nam s̄m Porphirium passio manat de genere accidētis. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic īpossibile est

Quelibȝ subā an possit eē sine p̄po accīte. 1. opinio.

esse hominem vel aliquod aīatum sine sua quātitate. qz aīa est actus corporis phīci organici: potentia vitam habētis. sed organicum necessario importat quātitatem. z quātitas est dispositio que est rō recipiendi. cū ergo quātitas sit accidens: sequitur q substātia nō potest eē sine quolibet accidente.

¶ Tertio sic. impossibile est esse materiam sine forma. qz materia est pura potētia. ſz forma nō potest esse ī materia sine quātitate. Quia nec spūalis. ptz de anima. nec corporalis. multominus. ergo zc.

¶ Quarto sic. impossibile est eē aliquid vnum numero extra intellectum sine illo quod est rō formalis essendi vnum numero. sicut ipossibile est esse album sine albedine. sed aliquod accidēs est per qō substantia corporea est vna numero. s. ☩titas. ergo zc. quātitas enim est pīncipium indiuiduationis

¶ Quinto sic. Substātia materialis nō pōt eē nisi naturalis z phīsica. sed planum est q nō est naturalis nec phīsica: nisi per qualitates z formas naturales. ergo zc. ¶ Sexto sic. Celum est substantia quedam habēs quātitatem p accidente. sed celum non potest denudari sua quantitate. ergo zc.

Opi. doctoris. ¶ **Sed predictis** non obstantibus videtur mihi dicendū primo q virtute diuina absolute loquendo possibile est oēm substantiam esse sine suo accidente quocunqz siue absoluto siue respectiuo. ita q maneret sola substātia in re z in effectu: z nullum accidens eius maneret oīno. ¶ Hoc probo sic primo. quod est prius alio tempore vel duratione: non implicat cōtradictionem poni z eē vel manere sine illo. patz

7. meth. sed substātia respectu accidentis sui est hmōi. vij. metaphi. ergo zc. vnde z p tando puto verificari dictum aristotelis. quia licet de facto z in actu substantia nō semper sit prior duratione vel tempore suo accidente: tñ ☩tum est ex parte z ratione substantie non repugnat: nec implicat hoc cōtradictionem. ¶ Secūdo sic. illō quod est prius natura eētialiter distinctum ab alto: potest esse in re z in effectu sine illo. qz illud in nullo dependet ab eo in eē: nec i manere. sed substātia prior est natura suo accidente: z distincta eētialiter ab eo. patet qz sunt diuersorum generum z predicamentorum: quorum essentie sunt impermixte: primo posteriorum & zc.

¶ Tertio sic. sine illo quod adest z abest preter subiecti corruptionem pōt eē z poni subiectum in re et in effectu sine implicatione cōtradictionis. sed accidens est huiusmodi. per porphīrū z philosophū primo thopicorum. qz accidens est quod contigit eidem inesse z non inesse. Hec per hoc distinguitur ꝓprium ab accidēte ꝯmuni sicut dictum est in scō distinctione. xij. Si tamen ponatur aliqō accidens positiuum essentialiter distinctum esse proprīū vel ꝓpria passione alicuius. ¶ Quarto sic. deus qui ē prima causa: potest facere omnem effectum absolutum sine eo: quod nullo modo habet rationem causalitatis vel cause respectu illius qz etiam loquendo de causis extrinsecis: pōt facere effectum sine illis. sed accidens alicuius substantie nullam habet causalitatem super ipam. quia causa est prior natura. sed substantia prior est accidente. ergo zc.

resolutio ¶ Dico igitur: q virtute diuina pōt substātia creata carere omni suo accidente quodcunqz sit illud: et manere in esse z in re cōseruata a deo. ¶ Scō tamen dico. q hoc nō est possibile virtute data. quia vel sunt aliqua inseparabilia respectu eius z ad q naturali necessitate determinatur substātia respectu agentis naturalis: z presupponuntur sue actioni vel agens naturale nō potest aliqua accidētia corrumpere: nisi inducendo alia: sicut fit per motum. quare z cetera.

Ar argumēta pri me opi. ¶ **Ad primum aliorum** de ꝓpria passiōe dico breuiter: q nullum accidens est ꝓpria passio substantie sim inherētiam actualem siue existentiam. z ita subiectum vel substantia potest actu existere sine ꝓpria passione. qz accidens nō est ꝓpria passio: vt inheret actualiter: sed aptitudialiter. Et sic semper ꝓpria passio cōuenit subiecto: licet accidēs actualiter nō existat existente subiecto. Vel si ꝓpria passio sit aliquod accidens actu inexistēs. Dico q subiectum potest eē sine ꝓpria passione valde bene. sicut ꝓbatum ē supra: q substantia pōt eē sine quocūqz accidente suo. Quādo dicis: q tūc cōclusio demonstrationis posset falsificari dico q nō pōt falsificari. qz ꝑdicatio eius vel demōstratio nō est de actuali inherentia predicati ad subiectū: sed aptitudinali inherētia vel potētia. z ideo non falsificaretur. quare zc. Exēplum patet in mathematicis. Quādo em̄ demonstratur triangulus habere tres equales duobus rectis. Dico q nō demōstratur equalitas actualis trium angulorum ipsi⁹ triāguli ad duos rectos. Posset em̄ deus facere z cōseruare triangulum seu angulos triāguli: dato q non esset aliquis angulus rectus z ita per ꝓpōs nulla equalitas actualis. sed demonstratur equalis in aptitudine vel nō repugnantia necessaria. et quia istud semper cōuenit triangulo z necesse est: q sibi cōueniat: ☩diu manet: ideo zc. Si dicas: q p hoc distinguitur accidēs ꝓprium a cōmuni: per hoc q semper inest z in actu: ☩diu subiectum est. Dico q non est verus: sed magis per hoc: q soli speciei vel nature subiecti conuenit z omni tali. non tñ oportet q semper in actu: sed sufficit q aptitudīe. Ita q illa tria integrant rationez ꝓprie passionis creature. q scz cōueniat possibiliter subiecto vel nō repugnanter. z hoc stat siue inhereat vel conueniat actu. ¶ Ad sim dico: q totus homo p se nō est subiectum quantitatis. quia anima nullo modo ē subiectum quantitatis nec diuisibilis etiam siue per se siue per accidēs: sed p̄supponitur quantitas hominis ipi anime: sicut z corpus phīsicum z organicū. In alijs autez aīatis bñ verum ē: q etiam p̄supponitur anime. Et anima ipa non per se extenditur: sicut per se subiectum vel pars subiecti ipsius quātitatis: sed per accidens magis corpus vero aīatū pars vel materia ipa est subiectum per se ipsi⁹ quātitatis i animato. Et ita aliter videretur: q quātitas sit prius naturaliter ☩ totum animatum: ē tamen posterior naturaliter corpore ipo vel materia z per cōsequens q licet totum animatus nō possit esse sine quātitate: qz est actus corporis organici z non posset informare corpus vel materiā nisi quātam. tamen materia ipa vel corpus illud est substātialiter prius natura ipa quātitate: z per se primū subiectum eius: posset eē sine quātitate. ideo zc. Quicquid sit de hoc videtur michi posse dici: q tā homo ☩ quelibet substantia posset eē sine qualibz quantitate siue totius siue partis. Quādo dicis q anima est actus corpis organici: z q quantitas est

sibi ratio eēndi organicū: z recipiendi aīam. Dico q organicum potest accipi vel substantialiter vel quātitatiue. primo mō corpus est organicū habēs carnem z ossa: que sunt partes eius z substātie quedam ex seipo substātialiter z nō per quātitatē nec per aliquod accidēs. Et dico: q ipmmet corp⁹ per suam substantiam natū est recipere: vel recipit animam. Nec quātitas est sibi rō recipiendi animam: cum sit accidēs. Nam ex rōne recipiendi formam substātialē z ipa debet fieri vnum p se. nō sic autē ex accidente z substātia fit vnuz p se. similiter etiā ratio recipiēdi substātiam est potētia substantialis: z ita nō est accidens. Et tunc dico: q posset de⁹ facere: q aīa informaret corpus nō ☩tū: organicum tamē: sic q cōstitutū ex partibus substātialib⁹ que sunt caro z ossa z hmōi. quare zc. Unde isto modo accipiēdum est organicū in diffinitione anime: nō pro organico quod est eē extensum habēs partem extra partē. qz quātitas per se non pertinet ad substantiam. nec per ꝓsequēs ad p se susceptiuum aīe: que est forma substālis. verum est tamē: q agens naturale nō posset facere formam ī materia nisi quāta prius z dispositiua p accidentia. z hoc ex limitatione z determinatione sui modi agēdi. z ☩tuz ad hoc corpus oportet p̄existere organicum z ☩tum in alijs aīatis: anteq̄ educatur forma eorum: si tamen ab ipis educatur: quod non puto. si vero non educatur: sed a deo sit: adhuc dico: q sim ordinationem diuinam oportet: q pri⁹ natura corpus tia sit dispositum z ☩tum per accidētia: anteq̄ aīa eorū educatur. z etiā corpus hoīs anteq̄ aīa creetur. licet absolute loquēdo posset hoc facere deus: nulla quātitate posita in materia vel in corpore. ¶ Ad tertium dico: q materia potest eē in re z in effectu sine forma: sicut ꝓbaui in secūdo. z dato q nō: adhuc posset esse forma siue spūalis siue corporalis ī materia sine quātitate. Tu dicis q materia nec forma est corporalis nisi per quātitatem. Dico q accidendo eē corporeum p habere ptem extra ptem quantitatiue: sic nihil est corporeum vel corporale nisi per quātitatem sed accipiēdo eē corporeum de genere substātie: siue corpus dicat totum siue partem. Dico: q aliquid potest esse: z est corporeū vel corporale nō p quātitatem: sed q hoc q habet partes hōgeneas: sibi intrinsecas: quibus est extēdibile per quantitatez supueniētem. z partes ille sunt substantie: sicut z totum. z tales partes non habet substantia spūalis z incorporea: puta angelus vel anima. Et ideo nec sunt extendibiles per se nec p accidens. ¶ Ad quartum dico: q quātitas nō est pīncipium indiuiduationis substātie: sic q p quātitatem sit ipa substātia formaliter idiuidua. z hoc aliquid: sicut ꝓbaui in secūdo. iō zc. ¶ Ad quintū de substantia naturali vel phīsica. Dico q substantia vel habet esse naturale seu phīsicum p accidentia solum sicut imaginatur argumētus. z sic potest esse substātia gñabilis vel corruptibilis sine hoc: q actu sit phīsica z naturalis: sicut pōt eē sine talib⁹ accidētib⁹ in actu: licet nō sine aptitudine ad ipa. Sz non puto illud esse verum. Nō em̄ solum forma accidentalis est natura: sed etiā forma substālis: z etiā materia ipsa. Et ita diuiditur eē phīsicum in esse substātiale z accidētale. Et tunc dico: q substātia talis esset substātialiter phīsica: non tamē accidentaliter per accidentia illa. nec est hoc incōuenies.

¶ Ad vltimum dico: q absolute loquēdo de⁹ posset conseruare substātiam celi z separe quātitatem eius ab eo cōseruando vtrūqz vel corrumpere quātitatem celi. Quādo dicitur est imutabile sim quātitatem: sicut inaugmentabile z ingenerabile z incorruptibile. Dico q verum est ab agente naturali z creato. sed dico: q a deo posset sua quātitas ab eo separi: z postea sibi reddi. z ita mutaref ad quātitatem. Et maior quātitas etiam posset dari sibi: z sic augmētari sim quātitatem. Sed si in celo non sit materia: sed sit pura forma subsistēs: sicut dixi ī secūdo: tunc dico: q nullo mō est generabile a quocunqz agente nec corruptibile: sed p solam creationem habetur non de aliquo: z p solam anihilationem posse desinere esse: eoipo q materiam nō habz talis forma: nisi cum hoc p diuisionem suarum partium: quas posset deus abinuicem diuidere. Si vero ponerctur in ipo materia. Dico q nō video precipue si esset eiusdem rōnis cum materia istorū inferiorum: quin eēt generabile z corruptibile virtute alicuius agentis: saltem ab ipo deo quicquid. sit de agēte naturali. Hec de prīo articulo. pncipali.

Accidēs oē an pos sit eē sine subiecto. ¶ **Quantum ad secundū ar/** ticulum videtur opinio omnium philosophorum: q nullum a cidēs quodcunqz sit illud: separabile est a subiecto vel a substātia. ¶ Et ad hoc adducūtur alique rationes. Prima est ista. Illud quod nullū eē habet sim se: nec est ens nisi qz entis: non pōt separari ab illo ente. qz nihil potest esse formaliter p aliquid sepatum ab ipo. sed accidētia sunt entia qz entis: id est substantie vel subiecti. septimo metha phīsice. Et quarto metha. dicit philosoph⁹ q ens analogice dicitur de substātia z accidente suo modo: sicut sanū de aīali z vrina. vrina vero sim se nichil habet formaliter sanitatis: sed tantus dicitur sana denominatione extrinseca a sanitate aīalis. Silter etiam. 7. metha. dicit q quēadmodum non scibile est scibile equiuoce: et medicinale opus. et vas: ita ista scilicet qualitas z quātitas dicuntur entia. Et ita non entitate ꝓpria z intrinseca: sed subiecti tantum. igitur nec accidēs secūdum se habet aliquid entitatis: sed tantum ratione subiecti. Unde z philosophus. 7. metaphi. dicit. q nihil horum scilicet accidentium sim se est aptum natū nec possibile separi a substantia. ¶ Secūda ratio. illō quod p suam essentiam inheret subiecto: nō potest separari a subiecto vel eē sine ipo: sicut nec eē sine sua eētia. sed accidens p suam essentiam z ex sua diffinitione inheret subiecto. quia in diffinitione eius ponitur subiectum: z impossibile est ipsum aliter perfecte intelligi. 7. metha. ꝓbatur hoc. quia aut per suam eēntiam aut per aliquid superadditum si primo modo hēbetur ꝓpositū. si secūdo modo quero de illo addito z nō potest eē nisi accidēs vt ps. z tūc de illo ☩itur. Aut p suā eēntiā inheret z pari ratione fuit standum in primo. Aut per aliquid additum. z est processus in ifinitum. ergo zc.

¶ Tertio sic. Aut inherentia est idem quod accidens inherēs: aut ē ꝓpria passio eius? sed si est idem cū accidente inherēte: impossibile est eē accidens: qz inhereat subiecto. Si propria passio: adhuc sequitur idem quia subiectum non potest eē sine ꝓpria passione. igitur accidēs eē non potest sine inherentia. ¶ Quarto sic. sicut substantie conuenit per se

1. opinio.

7. meth. 4. meth.

7. meth.

7. meth.

7. meth.

esse:ita accidenti cõuenit inherere subiecto: vel in esse. sed impossibile est: q substãtia q̃ per se ẽ in genere substantie: alteri inhereat: ꝛ non sit p se subsistẽs. ergo impossibile ẽ: q accidẽs non inhereat: et sit p se. ꝛ p consequẽs: q sit sine subiecto. ¶ Quinto sic. illud quod essentialius respicit subiectus q̃ creatura deũ: nõ põt eẽ sine subiecto: sicut nec creatura sine deo. ſz accidẽs eẽntiali⁹ respicit subiectũ q̃ creatura deũ qz subiectũ necessario ponit in diffinitiõe accidẽtis. nõ aũt de⁹ i diffinitiõ substãtie create. q̃ ꝛc. Si dicas q subiectũ ponit i diffinitione accidẽtis p additamẽtum ita etiam ponit vnus correlatiuus in diffinitione alterius. ꝛ tamẽ vnum non potest esse sine alio. quare ꝛc. ¶ Vltimo sic si aliquod accidens posset separari a substantia: hoc maxime videretur de quantitate. sed hoc est ipossibile. Nam secũdum aliquos quantitas ẽ eadẽ eẽntialiter cum substantia corporea ꝛ sunt vna res. q̃ ẽ in duobus predicamẽtis ſm duos modos: quorũz vnus ẽ p eẽ ꝛ alius est dare partem extra partem. Idẽ autẽ vel eadem res non potest separari a seipso. ergo ꝛ ceterea.

2. opinio ¶ **Alia est positio** theologorum aliquorum: q accidẽtia possunt separari a subiecto: ꝛ separantur a substantia in hoc sacramẽto. ſz hoc ẽ per vnum nouũz esse: quod confertur accidẽti a deo in ista separatõne. Imaginantur enim: q esse realiter differat ab eẽntia: ꝛ q accidẽtium q̃dũ sunt in subiecto: nullum est esse: nisi eẽ subiecti: sicut allegatum ẽ supra ſm Aristotelẽ. ꝛ cum separantur: oportet q necessario habeant aliquod esse. Cum ergo illud non sit eẽ subiecti: oportz q sit aliquod nouum eẽ vatũ accidẽti a deo in sua separatiõe: que ẽ aliqua actio noua circa accidẽs. ꝛ ita vat sibi nouum esse extra subiectum pro termino. Sicut etiam quando accidens de nouo vnitur subiecto: vatur sibi nouum eẽ in subiecto.

3. opinio. ¶ **Tertij dicunt** q confertur accidenti vna noua virtus supernaturalis: qua subsistit in se: quando separatur. qz virtute naturali accidẽs subsistere non posset. quia ſm illam dependet. nec seipsm substentare. ideo requiritur in ipo virtus supernaturalis sibi influxa a deo: qua subsistat. ꝛ ita potest a subiecto separi.

Doctoꝛ opinio. ¶ **Sed quantum** ad presentem articulum videtur mihi dicendum, primo de accidẽtibus absolutis. Secũdo de respectibus vel respectiuis. ¶ De absolutis dico primo q omne accidens absolutum quodcũq̃ sit illud: potest separari a suo subiecto: ꝛ esse sine illo: ꝛ põt eẽ in re: vato q non inhereat actualiter ipi subiecto. ꝛ hoc siue subiectum maneat siue non maneat in re ꝛ in effectu. Absolute dico loquendo virtute diuina. ¶ Ad hoc adduco rationes. Prima est ista. Illud est deo possibile: quod nullam implicat contradictionem ex terminis. sed nulla implicat ex terminis contradictionẽ: q accidẽs absolutum non inhereat subiecto: siue subiectum sit siue non sit. Nam sicut dictum est supra in principio primi articuli: inherẽtia accidẽtis absoluti ad subiectum est accidẽtalis sibi: ꝛ accidẽtis eius. ſz nullam implicat contradictionem: q subiectum sit sine accidẽte. ergo nõ implicat cõtradictionẽ: q accidens sit: vato q non inhereat. ¶ Secunda ratio inherẽtia accidẽtis absoluti ad subiectum est respectus quidam extrinsecus aduenies accidẽti et fundatus in ipo. cum enim sit respectus. ꝛ non sit sibi consubstantialis: oportz q sit accidẽtalis. sed non potest eẽ de quarto genere ꝛ intrinsecus: quod ptz inducẽdo per illos tres modos relatõis de quo metha. oportz igitur q sit extrinsecus. ſz posito fundamẽto ꝛ termino: ꝛ multo fortius posito fundamento ꝛ non posito termino non est necesse respectum extrinsecum poni: vt patz ex dictis. ergo posito subiecto ꝛ accidẽte absoluto non ẽ necesse iherentiam talẽ poni. Et multominus destructo subiecto: imo non posito subiecto impossibile est inherentiam poni quia respectum sine termino poni est impossibile. ergo ꝛ ¶ Tertia ratio. deus ponere vel conseruare potest in re omnem effectum absolutum sine quocũq̃ alio essentialiter distincto. q̃ non est aliquo modo causa eius necessario intrinseca: vt patz. sed subiectum in nullo genere cause ẽ p se causa accidẽtis. non enim est materia eius. nec forma. quia accidẽs non est compositum ex materia ꝛ forma. materia autem ꝛ forma cuiuscũq̃ sunt cause: sunt cause intrinsece: ꝛ omnis causa intrinseca ẽ efficiens vel finis. Vnde accidẽtia non habent materiam ex qua. ℔. methaphi. ergo ꝛc. ℔. metha. Dices q subiectum est materia in qua: quam non potest deꝰ supplere: licet possit supplere causas extrinsecas. dico q materia in quanõ est causa forme: que est in ipa: sed est causa totius compositi ex illa materia ꝛ illa forma: sicut pbaui in secundo de materia forme. Alioquin eẽt circulus in causis: ꝛ idem a seipso dependeret ꝛ eẽt prius ꝛ posterius natura seipso. Et ita subiectum non est causa accidentis: licet sit cã totius compositi per accidens: vel saltem pars. Vnde licz totum compositum ex subiecto ꝛ accidẽte non possit eẽ sine subiecto accidẽs tamẽ bene. ¶ Quarta ratio. magis necessaria ꝛ intrinseca et per se videtur vnio forme materialis ad materiam cum qua facit vnum p se: q̃ accidẽtis absoluti ad subiectum. sed forma materialis virtute diuina potest manere ꝛ eẽ sine materia: vel separari ab ea: sicut materia potest esse sine forma: que tamen ẽ minoris entitatis q̃ forma. q̃ ꝛc. ¶ Sic igitur dico pro conclusione: q omne accidẽs absolutus potest esse sine subiecto. id est dato q subiectum nõ sit vl etiam separi ab ipo: dato q subiectum sit. ¶ Secundo dico: q hoc nõ est p vnum eẽ nouum sibi datum a deo in tali sepatione sicut ponũt illi quorũ opinio supius tangebatur. ¶ Arguo eẽm sic. ṕmo essentia ꝛ eẽ actualis existẽtie nõ distinguunt eẽntialiter: sed sunt eẽntialiter simpliciter inseparabilia in re. sed accidẽti non datur noua eẽntia in ista separatione. patz. Nam eadẽ eẽntia accidẽtis q̃ prius fuit ipius subiecti. ꝛ vniebatur sibi: manet separata. patz ꝛ ẽm ipos. ꝛ ẽm veritatem. q̃ nec nouus eẽ datur accidenti. ¶ Secũdo sic. illud eẽ nouũ datum accidẽti. aut ẽ substantia aut accidẽs. Nõ põt dici substãtia. patz. Nec accidẽs. qz sicut ṕmũ accidẽs seipso non existebat: ita nec illud seipso existeret. et ita eẽt ꝓcessus in infinitũ: quod est ipossibile. ergo est nihil. ¶ Tertio sic. magis videret idem eẽ forme cum materia vel in materia cum ipa ṕmũ materia q̃ accidentis cum subiecto. sed planum est: q forme materialis et materie non est idem esse. probatio. quia esse materie presupponitur ipsi esse forme. q̃ habetur per transmutationem. habet igitur ṕmũ esse vel existere: sicut ꝛ ṕpriam essentiam. igitur et accidens ipm. ita q illo eodem existere vel esse sibi ṕprio: quo existebat: quãdo erat in subiecto: modo etiam existit non in subiecto. ¶ Quarto sic. si accidens acquirit vnum nouum esse: quando separatur a subiecto: mutatur a priuatione illius esse ad ipm esse. sed hoc est falsum. quia nulla mutatio põt assignari: que possit tali mutationi cõuenire. Nec enim acquiritur substantia nec quantitas nec qualitas nec vbi ꝛ sic de alijs. Et similiter etiam si est mutatio. necessario presupponit accidens mutatum esse ꝛ ita habere ṕpium esse. quod est cõtra eos. Aliter potest argui multipliciter cõtra istam fictionẽ: sed non est vis. ¶ Tertio dico: q quãdo accidens separatur non datur sibi illa virtus supernaturalis: sicut dicũt alij. Immo breuiter nihil nouũ sibi confertur. ¶ Contra enim illam virtutem arguo sic primo. quia illa virtus aut est substantia aut accidens. non põt dici: q substantia patz. nec q accidens. quia tunc non plus accidens per illam subststeret: q̃ per seipm: ꝛ esset processus in infinitum. ¶ Secũdo. quia accidẽs mutaretur ad talem virtutem: ꝛ nõ potest assignari quali mutatione: vt videtur. quia illa virtus nõ videtur qualitas aliqua nec spiritualis nec corporalis. ꝛ tamẽ qualitas maxime videretur. ꝛ ita in nullo genere esse videtur. ꝛ sic nihil. ¶ Tertio sic. qz si talis virtus conferretur accidenti: tunc naturaliter ꝛ non miraculose p illam subsisteret. sicut oculus naturaliter videret licet prius existens secus supernaturaliter illuminatur. cõsequens autez est falsum. ergo ꝛc. ¶ Quarto etiam quia substantia nõ potest aliquam talem virtutem recipere per quã ad aliud naturaliter dependeat tanq̃ ad subiectum. igitur nec accidẽs aliquam per quam per se subsistat sicut substãtia. quẽ admodum videntur illi imaginari. ¶ Quantum igitur ad modum dico: q accidens habet ṕprium esse actualis existentie: sicut et ṕpriam essentiam distinctam ab essentia subiecti. Et dico: q accidens separare a subiecto nihil aliud est: q̃ corrũpere vel anthilare inherentiam quam habet ad subiectum: siue maneat subiectum in re ꝛ in effectu siue non quia vtroq̃ modo est possibile. Et q p istã separationem nihil acquiritur: sed deperditur iherentia. ꝛ tunc accidẽs idem quod prius existit i re ꝛ in effectu ꝛnõ inheret: nec innititur subiecto deo manutenẽte ipsum cõseruante: nõ autem inherentiam eius que est accidentalis: sicut dictum est supra. Nec datur sibi nouum esse: vel etiam noua virtus. Et suum subsistere non est nisi existere sic: q scilicet actu non inheret: vel innititur alteri. Hec de accidentibus absolutis.

De accidente separato.

De modo eẽndi accidentis.

Declusio doctoris

De accidentibus respectiuis. ¶ **De accidentibus** respectiuis vel de respectibus accidentalibus cuiusmodi sunt omnes respectus de septem vltimis predicamentis. Dico q impossibile est: ꝛ implicat contradictionem absolute loquendo respectu cuiuscunq̃ virtutis: q sint sine subiecto vel fundamendo. Hoc probo sic primo. Illud cui est essentialis inherentia ad subiectum vel fundamentum non potest sine contradictione separari ab illo: vel non existente illo: sicut nec aliquod potest poni sine eo: quod est sibi consubstantiale vel coessentiale. sed inherentia accidentis respectiui ad subiectum vel fundamẽtum est sibi eẽntialis: sicut dictum est in principio primi articuli: ꝛ probatum est. ergo ꝛ. ¶ Secũdo sic. illud quod quiditatiue est habitudo formalis alicuius non potest poni sine: illo: nec separari ab eo: sicut nec potest esse sine sua quiditate. Si enim posset separari ab eo vel esse non existente illo: sequeretur: q quiditatiue non esset formalis habitudo illius entis: sed posset esse non entis. sed respectus quiditatiue est habitudo alicuius vt subicti vel fundamẽti vel secundum fundamẽtum aliquod: vt patet ergo ꝛ. ¶ Tertio sic. non minus implicat contradictionẽ esse sine subiecto vel fundamento q̃ sine termino. sed impossibile est eẽ respectum realem sine termino reali. quia ad non ens non potest esse relatio realis. patz ex differẽtia relationis realis a relatione rationis: ꝛ ex his que ad relationem vel respectum realem requirũtur: sicut dictum est in primo. ergo. ꝛ. ¶ Ex predictis concludo: q intellecto ꝛ visto ꝛ omnia talia possunt esse sine subiecto vel separari a subiecto. ¶ Secundo concludo: q nullꝰ motus vel mutatio ꝓprie accipiendo mutationem. cum secundum me sint respectus: potest eẽ sine subiecto: sicut nec respectus accidentalis quicunq̃: vt videtur. Sed dices: q respectus videtur posse esse sine subiecto. Nam aliud est subiectum respectus: ꝛ aliud est fundamentum. subiectum enim est illud cui inheret fundamentum. sicut subiectum similitudinis est cui inheret albedo: ꝛ quod dicitur similе alteri. sed fundamentum est albedo. Modo licz relatio non possit esse sine fundamento: tamen videtur: q possint esse sine subiecto: sicut etiam fundamentum eius puta albedo.

Corelaria.

Nota de respectibus. ¶ **Dico ad hoc** q quidam sunt respectus: qui habent idem pro subiecto immediato et immediate et ꝓprie denominato per ipsos: et etiam pro fundamento sicut sunt vbi: vel etiam motus seu mutatio. fundamentum enim ipsorum immediate denominatur per ipsos. Est etiam subiectum eorum vt corpus mutatum vel locatum. Alij sunt respectus accidentales: qui respiciunt aliud pro fundamento ꝛ aliud pro denominato. ꝛ hoc magis ex consuetudine loquendi q̃ ex ꝓprietate rei. sicut similitudo respicit albedinem pro fundamento: ꝛ subiectum albedinis pro denominato q̃ subiecto. Et de istis patet secundum rei veritatem: q respiciunt fundamentum pro subiecto immediato quod possent denominare: ꝛ tali fundamento manẽte manere. Nec oporteret: q subiectum fundamenti maneret: sed sufficeret: q fundamentum ꝛ terminus. Nam subiectum fundamenti non est subiectum relationis accidentalis fundate in illo: nisi mediate ꝛ sicut denominatum per illam rationem fundamenti cuius est subiectum. Sicut substantia dicitur subiectum qualitatis mediatum: et denominatur per eam rationem quantitatis: que est immediatum subiectum qualitatis: et que informat substantiam. Et ita videretur: q manẽte fundamento vel subiecto immediato ꝛ extremo: posset manere relatio sicut manente quantitate potest manere qua-

litas in ipa:substantia non manēte. Si non placet istud: oportet dicere: ꝙ relatio habet duas habitudines inherentie sibi eēntiales ad duo: ordie tamē quodam. vnam ad subiectum: ꝛ aliam ad fundamētum. Ita ꝙ vterqꝫ inheret. ꝛ sic non potest eē sine subiecto ꝛ fundamento. Et hoc habet locum quando subiectum ꝛ fundamētum sunt aliud ꝛ aliud. Uerum est tamen: ꝙ licet vtrumqꝫ sit subiectum: tamen subiectum fundamēti magis dicitur subiectum tanq̃ primum in ordine isto. ꝛ ita etiam precipue denominatur ab ipa relatione. Sic de isto.

Ad motiua.1.opi. scꝫ phoꝝ

¶ Ad primum philosophorum dico: ꝙ accidens habet ꝓpriam entitatem ꝛ proprium existere aliud ab eē subiecti: sicut ꝓbatum est supra. Quādo dicis: ꝙ accidētia non sunt entia: quia entis. sed li quia non dicit ibi rationem formalem entitatis ipius accidentis. ita ꝙ sit vnum eē vel vna entitas formaliter accidentis ꝛ subiecti. Alioquin ex ipis non fieret vnum ꝑ accidens. sed magis videtur dicere rōnem cōcomitantie: vel sꝫ philosophū forte alicui⁹ causalitatis extrinsece: quam habet subiectum respectu accidētis. Et ideo qꝛ aristoteles posuit necessariam connexionem effectus non solum ad causam primā: sꝫ etiam ad secūdam: ideo consequenter dicit illud in septimo: ꝙ accidens nō potest a subiecto separari
1.phisico. nec esse sine illo. Et primo phisicoꝝ: ꝙ intellectus querens segregationem passionum a substantijs ē intellectus querens impossibilia. Non ꝙ ex ratione accidentis sit hoc impossibile: quasi eē accidentis ꝛ subiecti sit idem essentialiter: hoc potuit ponere: cum frequenter accidens acquiratur in subiecto per mutationem p̄supposito subiecto ꝛ suo eē. Et ita esse accidēs posterius est etiam duratione. Nec dicit illud: ꝙ inherentia sit de eēntia accidentis: tunc eñ ponēdo accidens sine subiecto ponerētur simul repugnantia ꝛ incōpossibilia vel contradictoria. Et nō possent seruari leges disputantiū. quia statim homo concederet maximum inconueniens. ad quod potest homo duci ꝑ disputationeꝫ. quod non ē verū concederetur eñ accidens esse ꝛ non eē. Et ꝙ nō sic intellexit Aristo. contradictio-
4.phisi. nem implicari patꝫ: 4. phisicorum capitulo de vacuo: vbi querit: si spacium eēt: in quo esset tātuꝫ color aut sonus ꝛ non aliquod corpus subiectū istis accidētib⁹: an illud eēt vacuum. Et ad alterā partem determinate respondet: ꝙ si spaciuꝫ eēt copis receptiuum: eēt vacuum. Si aūt includeret contradictionē sic eē sonum aut colorē sine subiecto: ꝛ ad hoc sequeretur ista esse ꝛ nō esse: ꝛ similiter subiectum corpus: debuisset Aristo. respondisse: ꝙ ꝛ eēt vacuum: ꝛ non esset vacuum. qꝛ in eo esset corpus ꝛ non eēt. Sed ad argumētum dico: ꝙ nullam necessariam cōnexionem habꝫ accidēs absolutum cum subiecto: sed virtute diuina potest esse sine ipo: licet non per agēs naturale. sicut posset dici: ꝙ Aristoteles intellexit. ¶ Ad illud quod dicitur ibi de 4. ꝛ. 6. methaphisice: ꝙ accidēs nō est ens nisi equoce: sicut vrina sana vel vas vel opus salubre. Dico: ꝙ exempla non semp currūt quattuor pedibus. Et ideo exēpla Aristo. non arguunt illud: ad quod adducuntur. sed arguunt ꝙ sicut inter sana primum est animal ꝛ habitudine aliqua ad sanitatem animalis alia dicūtur sana: ꝛ denominantur. licet nullam sanitatem formaliter in se habeant. sic accidentia habitudinem aliquam ꝛ analogiam habēt ad substantiam vt ad primum ens: licet sꝫm se aliquid habeant entitatis ꝛ aliam entitatē formaliter ab entitate substātie. Et q̃tum ad hoc nō est similis analogia inter entia sicut est inter sana. Nec oportet ꝙ accidēs sit non ens entitate ꝓpria ꝛ ens tantum denominatione extrinseca ab entitate substātie. Cum enim in vrina vel in vase nihil sit sanitatis formaliter: fundatur tamen in eis quidā respectus rationis ad sanitatem: vt in vrina respectus signi ad signatum: ratione cuius dicuntur talia equiuoce sana ꝛ denominatione extrinseca ab ipa sanitate talem respectuꝫ termināte. Hoc autē non potest dici de accidēte. sed opotꝫ ꝙ propriam entitatem habeat distinctam a substantia. Sunt enim accidētia per se principia operationum ꝛ mouendi sensum vel terminandi saltem. ꝛ similiter intelligendi subantiam. ista autem non conueniūt nisi entibus. quare ꝛc. Nec dicit Aristoteles ꝙ accidentia non habēt entitatem: sicut nec vas vel vrina sanitatem. sed bene ꝛ habēt attributionem ad substantiam: sicut illa ad animal. Uult forte tollere ꝑ hoc vniuocationem inter entia. Non curo de hoc. ¶ Ad secūdum dico: ꝙ accidēs absolutū nō inheret per suam essentiam. sic ꝙ inherētia sit sibi essentialis vel pertinēs ad eēntiam eius: sꝫ est sibi simpliciter accidentalis. Inheret tamē per suam essentiam. quia sua eēntia fundat inherentiam vel vnionem talem: vt patꝫ. Quādo dicis ꝙ imo. quia hoc conuenit accidēti ex sua diffinitione. Nec propter aliud ponitur subiectum in diffinione accidētis: nisi quia terminat inherentiam accidentis ad ipm que est coessentialis accidenti. Alioquin posset complete diffiniri accidēs: ꝛ intelligi per proprium genus ꝛ differentiam non intelligendo vel coassumendo subiectum. Dico ad hoc: ꝙ accidens secūdum Aristotelem diffinitur ꝑ subiectum. Licet habitudo vel inherētia ad ipsum non sit eēntialis accidenti. Et causam reddit vnus. qꝛ non habetur perfecte conceptus alicuius forme: nisi sciatur cuius nata sit esse forma: ꝛ quid nata est informare. Non quia subiectum sit terminus inherentie essentialis. tunc enim deus magis poneretur in diffinitione creature: quia terminat dependentiam eius: quod non est verum. ita ꝙ secūdum istum licet accidens in abstracto posset intelligi q̃tum ad omnia essentialia ꝛ intrinseca sua: ꝛ posset haberi ratio de ipo per genus proprium ꝛ per differentias: nō tamen illa ratio esset diffinitio. quia nō eēt perfecte expressiua cōceptus talis forme. eo ꝙ non exprimeret illud: quod nata est informare. ¶ Sed videtur mihi: ꝙ ista dicuntur ad saluādum Aristotelem in septimo methaphisice. tamē nō video ꝙ habeant necessitatem. ex quo inherētia simpliciter est accidentalis ipi accidēti absoluto. Et idem est subiectum esse terminum inherentie: ꝛ esse illud quod accidens informat siue inclusum in aptitudine. non video quare de necessitate diffinitionis accidētis absoluti sit subiectum pari ratione etiam de quacunqꝫ forma absoluta: quin ipa in abstracto significata saltem possit diffiniri: ꝛ intelligi perfecte: non intelligēdo subiectum: sicut etiam esse non existendo subiectum: vt videtur. Et ideo non video necessitatem saluandi Aristotelem: nisi forte de accidente in concreto vel: accepto in concretione ad

Accidēs cur ꝑ subiectū diffinitur.

subiectum. quia sic relatiue accipitur ꝛ nō absolute. vel de accidēte respectiuo: cui inherentia ad subiectum est essentialis saltem si quantum ad talem inherentiam accipiatur. De quo non curo modo. Si dicatur: ꝙ essentiale est accidenti aptitudinaliter inesse subiecto. ita dico: ꝙ essentiale est vel saltem inseparabile a subiecto posse recipere accidēs et tamen non propter hoc accidens debet poni in diffinitione subiecti. Si dicas: ꝙ accidens est posterius natura. Dico: ꝙ vel accipis posterius natura pro dependente vel pro presupponente aliud. ꝛ tunc dico: ꝙ talis depēdentia vel presuppositio est simpliciter accidētalis accidēti absoluto respectu subiecti. et tunc idem est iudicium: sicut de inherētia. Si dicas: ꝙ accidens est posterius natura. id est naturali intelligentia tanq̃ diffinibile per subiectum: dico ꝙ petis. Et hoc habes probare. Dico tñ bene: ꝙ de accidentibus possunt dari diffinitiones seu magis descriptiones per subiecta ꝛ vere de ipsis indicantes illud cui nata sunt inherere. sꝫ nō sunt necessarie tales: vt videtur ad habēdum complete conceptus essentiales accidentium absolutorum. ¶ Ad confirmationem dico: ꝙ accidens absolutum inheret formaliter per aliquid additum: puta per inherentiam accidentalem sibi: fundamētaliter tamen per seipsum. Quando queris de illo addito. Dico ꝙ illa inherentia addita accidēs est: et accidens respectiuum. ꝛ inheret per seipsam: sic ꝙ inherentia sui ad subiectum est sibi eadem essentialiter: nec est accidens sibi: distinguitur tamē ex natura rei et formaliter ab illa. Nam ipsa inherentia accidentis absoluti ad subiectum est habitudo illius accidentis ad subiectum accidentis absoluti. sed inherentia inherentie est habitudo inherentie ad accidens absolutum: quod est subiectum sue inherentie. Ex quibus patet: ꝙ non oportet procedere in infinitum. quia illa inherentia non inheret per aliam inherentiam distinctam ab ea essentialiter. et ita est ibi status. ¶ Ad tertium dico: ꝙ inherentia accidentis absoluti nec est idem cum ipso: nec est propria passio eius: sed accidens per accidens et respectus extrinsecus sibi adueniens. Et dato ꝙ esset propria passio eius: adhuc posset accidens absolutum esse sine tali inherētia posita in actu: sicut dictum est supra de substantia ꝛ sua pro-
Simplicius. pria accidentali passione. Si dicas: ꝙ scdm simplicium in predicamentis esse in ipsorum accidētium non constituit aliud genus ab ipsis. et ita videtur esse idem cum ipsis. et ita inherentia est eadem accidenti. Dico ꝙ si accipiat esse in formaliter pro inherentia ipsa: ꝙ in accidentibus absolutis dictum suum non est verum. sicut dictum est supra: sed tantum in accidentibus respectiuis: cum quibus inherentia est eadem. Si vero accipiat esse in fundamentaliter scilicet pro fundamento: tunc verum est dictum suum. quia idem ipsum quod est accidens absolutum et per seipsum non per aliquid alterius generis fundat inherentiam ad subiectū. Et similiter de respectiuis.

¶ Ad quartum dico: ꝙ accipiendo per se esse prout negat aptitudinem: vel dicit repugnantiam ad inherendum: et inherere prout dicit aptitudinem vel non repugnantiam quantum est ex parte sua ad inherendum: ꝙ conformiter accidenti conuenit inherere: sicut substantie per se esse et econuerso. Et tunc non plus concluditur: nisi ꝙ sicut substantie conuenit per se esse. quia non est apta inherere. Ita accidenti conuenit aptitudinaliter inherere. Si autem accipias vtrunqꝫ actualiter scilicet ꝙ sicut substantia actualiter non inheret: ita accidens necessario actu inheret: dico ꝙ non vniformiter conueniunt ista vnum substantie et alterum accidenti: nec diuidunt substantiam ab accidente vel econuerso. Et ratio est. quia non posse inherere infert in substantia non inherere actu. sed posse inherere non infert inherere actu: sed est fallacia consequentis. Si queras de illa aptitudine ad inherēdum: quid est. Dico ꝙ vltra naturam accidentis nati inherere non video aliquod positiuum reale in actu extra intellectum. sed si dicit aliquid in actu: dicit respectum rationis ad subiectū: cui accidens natum est inherere. Si vero aliquid in potentia: tunc dicit inherentiam in potentia: que ponitur in actu: quando actu inheret ipsum accidens subiecto.

¶ Ad quintum dico: ꝙ nullum accidens essentialius respicit subiectum q̃ creatura deum. Sed de accidentibus absolutis precipue dico: ꝙ accidentaliter inherent subiectis: et ꝙ illa inherentia est eis accidentalis. Ad probationem dico: ꝙ nō oportet subiectum poni in diffinitione accidentis absoluti in abstracto vel dato ꝙ ponatur: non tñ propter hoc essentialis est sibi illa inherentia ad subiectum: sed accidentalis. Quando dicis: ꝙ deus non ponitur in diffinitione creature. dico: ꝙ creatura precipue substantia non diffinitur per additamentum nec per aliquid extrinsecum a quiditate diffiniti. deus autem licet ad ipsum referatur creatura respectu sibi essentiali vel consubstantiali: tamen est extra quiditatem creature: immo etiam ille respectus: sicut dictum est in primo: et ita etiam nec ille respectus ponitur in diffinitione creature. Accidentia autem si per subiectum diffiniuntur: per additamentum diffiniuntur quare ꝛc. Aliter dicitur: ꝙ deus non ponitur in diffinitione creature: licet ad ipsum dependeat essentialiter creatura non accidentaliter: sicut accidens absolutum ad subiectum: vel effectus ad quancunqꝫ causam extrinsecam secundam. quia deus est aliquid simpliciter extra genus: et quid commune secundum causalitatem cuilibet creature. ꝛ ideo nō ingreditur diffinitionem: sed bene subiectum. Et precipue proprium ingreditur diffinitionem accidentis sibi accidentaliter inherentis. Similiter etiam vnum correlatiuum proprium ꝛ eiusdem generis cum alio bene ponitur in diffinitione alteri⁹ immo etiam dato ꝙ non sit in genere: ponitur bene in diffinitione relatiui vt tale: non vt aliquid absolutum.

¶ Ad sextum de quantitate dico: ꝙ quantitas separabilis est a substātia corporea corporeitate de genere substantie. Quando dicis: ꝙ est eadē essentialiter cum substantia: dico ꝙ falsum est. Tunc enim non posset separari a substantia: cuius oppositum tenent omnes moderni in hoc sacramento: scilicet ꝙ quantitas panis manet: et substantia nō manet. Et probo hoc. illud quod variatur alio manente eodem et inuariato: non est essentiali-

ter idem sibi. sed substātia manente eadem quantitas in ipsa variatur scdm augmentum vel diminutionē. patet in rarefactis vel condensatis. ergo ꝛc. Secundo quia diuersarū per se mutationum positiuarū quarū neutra est ꝯuersiua: sunt diuersi p se termini essētialiť disticti. sicut ꝛ ille mutatiōes sūt disticte. sꝫ ꝯgtio est alia a motu augmēti vel a mutatiōe ťminata ad ꝗtitatē: vt pꝫ. Alioqn sꝫ substātia corporea eneraretur: vel corrumperetur: quādo augmentaretur sua ꝗtitas: vel minueretur. qđ falsum ē Tertio. quia qua rōne ꝗtitas esset eadem cum materia vel cum substātia corporea habēte partem et partem: eadem rōne cum qualibꝫ qualitate corporali: ꝛ sic oporteret: ꝙ plures ꝗtitates essent simul per naturam. sicut ꝛ plures nature tales possunt eē simul in eodem subiecto. quod est falsum et impossibile. Quarto quia sicut dictum est supra: couersio panis fit in substātiam corporis christi ꝛ nō in quātitatem. quia ꝗtitas non est ibi per se sed tantum concomitatiue quare ꝛc.

Ad motiua.ij.op. ¶ Ad motiuum illius opinionis de nouo esse collato ipsi accidenti in sua separatione dico: ꝙ separatio nō est actio positiua termini alicuius: sed potius destructiua inherētie illius quā habebat accidens ad subiectum. Et ideo nō oportet: ꝙ per ipsam detur nouum esse ipsi accidenti. nec etiā ipsius accidentis ꝛ subiecti: nisi illud subiecti. sed illud non est ad propositum. Qñ dicis ꝙ qñ accidens de nouo vnitur: datur sibi nouum esse. Dico ꝙ nō datur sibi ex hoc nouum esse actualis existentie sibi essentiale. poterat enim preexistere illi vnioni. sed datur sibi noua vnio: que nō est suū esse: sed est quoddam accidens eius: vt dictum est supra. qñ autē separatur destruitur illa vnio: siue subiectū maneat siue non. Et ita magis argumentū est ad oppositū ꝗ̄ ad propositū.

ad dictū 3.opinio. ¶ Ad motiuū de illa virtute supernaturali dico: ꝙ nihil est. Potest enim accidēs seipo esse in re nō inherendo alteri sine tali virtute. ꝛ hoc a deo cōseruante ipm: ꝛ non conseruando inherentiam sui ad subiectum. Hec de secundo articulo principali.

Oīa accidentia in eucharistia an sine subiecto. 1.opinio. ¶ Quātum ad tertium articulum videtur due opiniones extreme. Una ꝙ oīa accidentia in hoc sacramento sunt sine subiecto.

¶ Ad hoc adducūtur ratiōes. Prima est ista. oīa accidentia sunt in hoc sacramēto sine primo subiecto: puta sine substātia. ergo sunt sine subiecto. probatio. essentialior est habitudo accidentiū ad primum subiectum: ꝗ̄ ad alia: sicut effectus ad primā causam ꝗ̄ ad alias. quare ꝛc. ¶ Secūdo sic. nullū accidens est subiectum alterius quarto methaphisice. (4.meth.) Nam vnum accidēs nō conuenit alteri: nec denominat ipsum nisi quia ambo insunt: vel conueniunt tertio: puta substantie. sed hic nulla est substātia. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic materia subiecta cū forma sunt cause oīm accidentium: que sunt in ea velut in actu primo phisicorum. (1.phisic.) sed in sacramēto nō est substātia aliqua: sicut subiectū. nec terminat dependētiam accidētiū: vt subiectū: vt patet ergo omnia accidētia sūt ibi sine subiecto. ¶ Quarto sic. si aliquod accidens esset ibi in subiecto: et nō essent aliqua accidentia sine subiecto: hoc precipue videretur de relatione. sed relationi non repugnat esse sine subiecto. probatio. quia aut repugnaret sibi inquantum accidens. ꝛ tunc nullum accidens posset esse sine subiecto. aut inquātum relatio. sed hoc nō est verum. patet. quia relatio diuina nō est in subiecto. ergo ꝛc. ¶ Sic igitur dicunt isti: ꝙ omnia accidentia in eucharistia sunt sine subiecto.

ij. opio. ¶ Alia est opinio de hoc: ꝙ nō oīa accidētia sunt ibi sine subiecto: pro tāto: quia impossibile est qualitatē esse sine subiecto. ita ꝙ qualitas scdm ipsos nō posset separari a ꝗtitate quacūqꝫ virtute. hoc enim implicat contradictionē: sicut dicunt. ¶ Ad hoc adducūtur rōnes. Prima est ista. qualitas corporalis non potest esse: quin sit sensibilis sed qualitas non esset sensibilis: nisi esset in subiecto: puta in quantitate. ergo ꝛc. ¶ Secūda ratio nulla qualitas corporalis potest esse spiritualis. sed qualitas a ꝗtitate separata est spiritualis. vt videtur: ꝛ potest inesse subiecto spirituali. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. qualitas corporalis vel sensibilis nō indiuiduatur nisi per quātitatem: vt videtur. qꝛ ꝗtitas est subiectū taliū accidentiū. Accidēs aūt indiuiduatur per subiectū qꝛ illa sūt vnū numero: quorū materia est vna. v. metha. (5.metha.) sꝫ impossibile est ꝗtitatem esse nisi indiuiduā: vt patet. qꝛ actiones sūt circa singularia: primo metha. ꝛ oē qđ est: ideo est: qꝛ vnū numero est. ꝗ̄ ꝛc. ¶ Quarto sic. ꝗtitas nō potest esse sine qualitate puta sine figura. igitur nec multofortius qualitas corporalis sine quātitate. nō omnia igitur accidentia sunt ibi sine subiecto. Isti sunt duo modi dicendi.

militer potest esse voluntaria:quia voluntarie sup
portata vel acceptata:sed ꝭm se vt passio quedā est
sit cōtristans ⁊ inuoluntaria loquēdo de volunta-

Tertius correlariū notādum.

te sequēte affectionem cōmodi. Ex his etiā appa
ret tertio:quomodo quadrupliciter accipiť penite
re:ꝓprie pro actu interiori qui est penā tenere. Et
potest describi quilibet istorum sic ꝙ primū vel pe
nitere primo modo dicatur vindicare peccatū a se
cōmissum vel omissum. Et patet quomodo est ibi
penā tenere:quia applicare sibi penā et causare eā
in seipso imperādo causas proximas:sicut dictum
est supra. primo modo est penā tenere ⁊ hoc siue ap
plicet:vel infligat penam in affectu tātum siue cū
hoc in effectu. quia vindicās nō minus vīdicat ali
quādo:dato ꝙ nō sequatur pena vel tristicia in ef-
fectu propter defectum alicuius cause secūde: dū
tamen intendat ⁊ nitatur eque penam infligere.

¶ Penitere vero secūdo modo dicatur detestari
vel odire peccatum suum. ⁊ est ibi penam tenere in
causa proxima partiali ipsius tristicie vel pene. Et
potest intelligi istud penitere de nolle vel detesta-
ri peccatum sub ꝓpria ratione ⁊ in speciali vel ī ge
nerali qđ est peccatum suum. Et similiter de displi-
cētia vel detestatione formali. sicut quādo habetur
formaliter actus ipse nolēdi vel detestādi peccatū
vel de virtuali displicētia:quando habetur aliquis
actus alius ad quē virtualiter nat⁹ est sequi displi
cētia:⁊ in quo cōtineť quomodo. sicut ad velle ali-
quid efficax potest sequi tale nolle. vt ad velle ami-
citie dei vel ad velle martyrij ꝓpter deum. Et simi
liter potest intelligi in primo penitere. ¶ Penite
re tertio modo dicatur penā inflictam pro peccato
patienter supportare nō remurmurādo. Et patet
ꝙ est ibi penā tenere eo modo quo tenetur obiectū
in actu. vnde ⁊ cōmuniter dicitur sustinere in hoc
sensu. i. sub actione agētis ⁊ infligētis seipsum illi
cōfirmando tenere. ¶ Penitere vero quarto mo-
do dicatur penam inflictam pro peccato sua gratā
ter vel gaudēter acceptare. Et est ibi penā tenere:
sicut obiectum ipsum tenetur in actu voluntatis. ⁊
pōt intelligi de acceptare formaliter vel virtuali-
ter sc; ꝙ in aliqua alia acceptatione in qua ista vir
tualiter includitur: vel nata est sequi ad eam. Et si
militer sic potuit intelligi terti⁹ modus de ipso su

Nō hec. de actu exteriori

stinere. Hec de actu interiori. ¶ De actu exterio-
ri patet:ꝙ aliquādo accipiť penitere pro tali actu
quales sunt actus exteriores penales ipsorum pe-
nitētium. Sic ergo penitentia accipitur pro actu.
¶ Secundo dico ꝙ aliquādo accipitur pro habi-
tu mētis interiori. Et dico ꝙ habitus potest intel
ligi quadrupliciter ꝭm correspōdētiam ad quadru
plicem actum supradictum generatiuum habitus
alicuius:qui potest dici penitētia:⁊ vnusquisq; ꝭm
suum modū. Et sunt isti quatuor habitus alterius
⁊ alterius rationis:sicut ⁊ illi actus generatiui ip
sorum. De hoc tū magis diceť infra in tertio articu
lo. ¶ Tertio modo accipitur penitētia pro signo
exteriori penitētie nō quocūq; quia quilibet actus
exterior penitētie significans displicētiam vł tri-
sticiam potest esse signū eius:sed pro signo exhibi
to a penitēte vt confitēte exterius peccatum suum
tanq; sibi displicēs:⁊ pro quo subdit se absolutio-
ni. Et similiter pro signo absolutionis vocalis et
sensibilis exhibito amministrāte:qđ est signū abso
lutionis interioris ⁊ penitētie ipsius penitentis. si
gnum inq; nō naturale sed ad placitum institutum
magis. Et sic patet ꝙ penitētia multipliciter equi
uoce accipitur. Hec de primo articulo principali.

Penitētia quō ē sacramētū noue legis.

¶ Quātum ad secundum ar/

ticulum dico:ꝙ penitentia accepta tertio modo. s.
pro signo sensibili ad placitum exhibito ad signifi
candum absolutionem anime a peccato ⁊ peniten-
tiam interiorem est sacramentum noue legis. Et ꝓ
mo ponam rationem nominis huius sacramenti.
Secundo declarabo eam:et ostēdam ꝙ ratio non
est ficta:sed est aliquid possibile:quod subest et qđ
congruum est tale signum vel sacramentum in ec-

Penitētia quid.

clesia. ¶ Est igitur penitentia absolutio vocalis:
vel sensibilis hominis penitentis facta verbis cer
tis cū debita intentione prolata a sacerdote iuris
dictionem sup penitentem habente ex institutione
diuina efficaciter significans absolutionem animē
a peccato. ¶ Istam descriptionem declaro. Dicit
ibi primo ꝙ sacramentum penitentie est absolutio
vocalis seu verbalis:⁊ per consequēs sensibilis: q̄r
in sacramento debet esse aliquid sensibile:sacramē
tum enim noue legis est sensibile signum:sicut dice
batur in principio huius quarti. Secundo dicitur
hominis penitentis ⁊ confessi:est enim sacramen-
tum homini viro vel mulieri exhibendum:non aūt
alicui alteri creature. Sed penitentis quia neces-
sario oportet ꝙ homini aliqualiter displiceat pec-
catum suum ad hoc:vt sacramentum habeat effica
ciam. Et similiter necessarium est: ꝙ homo fue-
rit cōfessus vel voce vel alio signo sensibili pecca-
tum suum ad hoc:vt sacramentaliter absoluatur
quia iudex homo non iudicat:nec rite iudicare po
test de causa:donec cognouerit de ipsa:vt patet.
Et ponitur istud totum secundum aliquos in ista
descriptione quantum ad illa que sunt insensibilia
pro materiali sacramenti penitētie :sicut aqua suo
modo in baptismo. Ita ꝙ homo penitēs ⁊ ꝯfessus
est materia huius sacramēti verba vero absolutio
nis sunt forma:accipiendo materiam ⁊ formam eo
modo quo dictum est supra in alijs sacramentis.
Necessarium, est enim secundum eos ꝙ in quolibet
sacramento sit aliquid tale materiale ⁊ formale: q̄r
sacramentum noue legis consistit in rebus ⁊ verbis
non in verbis tantum. Et in proposito videre non
possunt aliud pro materia nisi hominem penitentē
confessum qui est aliquid sensibile:vt patet. Et ideo
non solum homo talis est circa quem sacramentum
exhibetur:sed est etiam materia sacramenti. Nisi
forte diceretur:sicut dicunt alij:ꝙ cōfessio ipsa pe
nitentis precedens absolutionem sit materiale hu
ius sacramenti. Et tunc diceretur : ꝙ non opor-
tet materiam ⁊ formam simul esse in hoc sacramen
to:sed sufficit ꝙ materiale prefuerit ⁊ subsequatur
forma absolutionis ¶ Et secundum ipsos confes-
sio sensibilis confitentis est pars intrinseca ⁊ essen
tialis sacramenti penitentie:licet non sit contritio
que est aliquid spirituale ⁊ non sensibile. Nec satis
factio que sequitur ⁊ est posterior vel esse pōt tota

Opinio aliorum.

ratione sacramenti. ¶ Alij vero dicunt. ꝙ nec ho-
mo penitens ⁊ confessus:nec sua vocalis confessio
pertineret ad rationem sacramenti:nec sicut mate
riale nec sicut formale. sed homo tantū se habet in
sacramento vel ad sacramentum sicut ꝑsona circa
quam exhibetur sacramentum:sicut etiam in baptis-
mo. Confessio autem vocalis precedens est sicut di
spositio quedam preuia necessaria ad hoc: vt sacra-
mentum efficaciam habeat. Sicut in baptismo ꝓ-
cedūt alique dispositiones:que non ꝑtinent intrin
secē ad rationem sacramēti. Ita ꝙ in absolutione
illa sacerdotali ꝑfecte ⁊ cōplete cōsistit ratio sacra
mēti. Nec oportet:ꝙ licet ita sit in aliquibus sacra
mētis:in omnibus esse res vel rem ⁊ verba sic disti
cta:sicut in baptismo vel eucharistia. Sed in hoc sa
cramēto verba absolutionis sufficiūt sicut dicunt.
Unde ⁊ consequenter ponunt:ꝙ confessio vocalis
ipsius penitētis non est pars sacramēti. Videť ta-
men michi probabilius altero duorū primorū mo-
dorum posse dici. ¶ Sed additur:ꝙ talis absolutio

Nō hec.

sit sub verbis certis:⁊ hoc q̄ntum ad formā vel for
male eius sacramēti. Circa quod tū est aduertēdū
ꝙ sicut dicit vnus doctor ⁊ bene doctrina de sacra
mēto penitentie assimilatur vel subalternatur ali
quo modo doctrine de iudicijs vel sentētijs. nā in
foro conscientie absoluēs iudicat ⁊ sentētiat de fa
cto penitētis:⁊ pro tāto potest dici penitētia sacra
mētum iudiciale vel iudicium sacramētale. ¶ Ex
quo cōcludit:ꝙ non est necesse in forma absolutio
nis esse ita ꝑcisa verba vel limitata sicut in baptis
mo vel eucharistia : sed sufficit ꝙ exprimať actus
sentētie absoluētis:sicut ⁊ ī iudicijs nō sunt ꝟba li
mitata sic vel determinata. sed frequēter vtunť iu-
dicātes varijs verbis. Ideo ꝭm aliquos sufficit di
cere absoluo te. Et alij apponunt. In noīe patris
⁊ filij ⁊c. Et alij alia multa:que nō sunt necessaria
sicut puto debet tū dari absolutio sub certis ver-
bis. quia nō sub quibuscūq; verbis potest dari sed
sub aliquibus cōmuniter:licet non omnino eisdem
apud omnes vtatur ecclesia:sub quibus certum est
quātum ex parte verborum:ꝙ absoluit. Sed sequi
tur ex debita vel cū debita intētione ꝓlatis. ⁊ hoc
poniť eodem modo ⁊ eadē necessitate sicut de alijs

ꝙ sol⁹ sacerdos ꝑt sacramētalit absoluere.

sacramētis. ¶ Sequitur a sacerdote. nullus enim
potest hoc sacramētum ministrare nec de iure : nec
de facto:sic ꝙ aliquid fiat:nisi sit in sacerdotē ordi
natus. Et ideo nec angelus nec quicūq; non sacer
dos potest sacramētaliter absoluere. Et decēs est:
ꝙ sacerdos. nam sibi cōferuntur claues:de quibus
infra dicetur:ꝙ virtute ipsarū absoluit:vt sic peni
tētes tanq; inferiores per sacerdotes tanq; ꝑ me-
dios ad deum reducātur:et seruetur ordo debitus
in ecclesiastica hierarchia ⁊ similiter vt sacerdotes
qui soli potestatē habent sup corpus christi:vnam
potestatē habeant super corpus xp̄i mysticum ab-
soluēdo sacramētaliter penitētes in foro cōsciētie
interiori. ¶ Sed dicitur vltra ā sacerdote iurisdi
ctionem habēte sup penitētem. quia requiritur iu-
risdictio vltra claues. sicut dicetur infra. sententia
eñ a nō suo iudice est nulla:sicut patet. ¶ Sed qđ
vlterius dicitur ex institutione diuina ⁊c. ponitur
sicut in alijs sacramētis. ¶ Quod autē vltimo sub
iungitur absolutionē anime a peccato:poniť quan
tum ad ꝓprium ⁊ principalem effectum sacramen-
ti penitētie qđ quātum est ex parte sua est signū ef
ficax effusionis gratie ⁊ remissiōis culpe actualis
in anima penitētis:si talem culpam inueniat:quan
do suscepit sacramētum:⁊ non ponitur sibi obex:li
cet autem sacramētum non deleat culpam:sed tan
tum infundat seu augeat gratiam quādo culpa iā
prius est deleta:vł quādo ponitur sibi obex ex par
te penitētis:⁊ tunc nec delet culpam nec infundit
gratiam. sed ista sunt ꝑ accidēs respectu sacramē-
ti:sicut patet. sic igitur patet descriptio penitentie

De possibilitate penitētie

sacramēti. ¶ Quod autē sit possibile tale sacramē
tum patet. quia deus potest remittere ꝭm illum ar
ticulum remissionē peccatorum:sicut etiam homo
homini potest remittere culpam vel offensam. Et
planum est:ꝙ aliquod signum sensibile efficax po-
test instituere ad hoc significandum ⁊ exprimēdum
sicut dictum est superius de sacramētis in cōmuni
⁊ signum efficax talis remissionis eo modo quo di
ctum est supra de efficacia sacramētorum. Et ideo
patet ꝙ isti rationi nominis subest aliquid possibi
le:nec est ratio ficta:sicut ratio impossibilis vel fig
mēti. Sūt enim omnia:que ponūtur in ea in se pos
sibilia:⁊ adinuicem comparata nullam repugnan-

De congruentia penitētie

tiam nullam contradictionē implicantia. ¶ Vlti-
mo dico:ꝙ congruum fuit tale sacramētum de fa-
cto institui:vt homines signum haberēt remissiōis
suorum peccatorum ⁊ in tali sacramēto exerceren
tur:⁊ facilius remissionem mererētur. nam licet sit
homini possibilis alia via qua remissionē peccato
rum cōsequatur puta contritio ⁊ displicētia suffi-
ciēs ita tantum vt sit meritum de cōgruo remissio
nis peccatorum:sicut etiam frequēter contingit:ꝙ
homini remissum est peccatum anteq; accedat ad
sacramētum:tamē via facilior ⁊ certior est suscipiē
do sacramētum. non eñ requiritur tāta displicen-
tia nec cōtritio:sed sufficit attritio ⁊ displicentia
etiam satis modica:sic ꝙ nō ponat obicem ipi susci
piēti sacramētum. Idcirco etiam de facto institu-
tum est hoc sacramētum. Joan. xx. Accipite spiri-
tum sanctum. quorum remiseritis peccata remittū
tur eis. ⁊ quorū retinueritis retēta sunt. Ubi xp̄s
discipulis suis sacerdotibus tradidit potestatē co
gnoscēdi ⁊ sentētiandi de caussis peccatorum ⁊ pe
nitētium in foro secreto ⁊ interiori:⁊ ita absoluen
di eos a peccatis eorum:vel retinendi peccata eo-
rum non absoluendo eos ꝭm iudicium sacerdotis
claue non errante. Hec de secundo articulo princi
pali questionis.

Quō penitentia est ꝟtus.

¶ Quātum ad tertium arti/

culum dico:ꝙ accipiēdo penitētiam pro habitu il
lo quadruplici correspondēte ad alios actus qua-
tuor penitēdi:quibus tenetur pena:quorū primus
dicitur vindicare:⁊ idem quod imperare causas ꝓ
ximas tristicie punitiue peccati. Secūdus dicitur
detestari peccatum seu nolle vel odire ipsum: ⁊ ha
bere displicētiam de ipso. Tertius actus est susti-
nere vel supportare talē tristiciam de peccato. Et
quartus est gaudēter acceptare. Accipiendo dico
penitētiam siue pro habitu vindicatiuo:siue ꝓ ha
bitu detestatiuo peccati:siue pro habitu supporta
tiuo pene siue pro habitu acceptatiuo eius:dico ꝙ
quilibet talis habitus potest dici ⁊ est virtus. ⁊ sic
etiam penitētia est virtualis. Hoc probať de quo
libet istorum habituum in cōmuni. quia habit⁹ ele
ctiuus ꝭm dictamē rationis recte est virtus. patet
scđo ethicorum. sed quilibet istorum habituum est 2. ethico.
huiusmodi. nā ratio recta dictat:ꝙ ⁊ peccator eli-
gat vindicare:⁊ vindicet peccatum suum:⁊ ꝙ de-

testetur ꝛ odiat ipsu;:ꝛ ꝙ displiceat tanꝗ sibi malum:ꝛ ꝙ supportet penam voluntarie pro eo: ꝛ ꝙ etiam gaudēter acceptet eam. deus enim iuste vindicat ꝛ vindicare potest peccata cōtra legem perpetrata sicut ꝛ quilibet legislator suo modo vindicare debet:ꝛ potest peccata contra legem rectam. Et sicut potest legislator iuste vindicare:ꝛ penam impare:sic ꝛ minister legislatoris iuste pōt exequi cōformiter agēdo ꝰm imperiu; legislatoris:a quo sibi cōmissum est istud. Deꝰ autez vnicuiqꝫ cōmisit vt ministro vindicare peccata ꝓpria in legem diuinam perpetrata. Ut sicut peccata ab homine volūtarie perpetrantur:ita ꝛ volūtarie vindicētur. ¶ Et ideo dico ꝙ habitus ille vindicatiuus pctī electiuus est ꝰm rectam rationē. Et sic de alijs suo modo ꝛ ꝑ consequēs est virtꝰ. ¶ Secundo dico ꝙ isti quatuor habitus penitētiales sunt habitus morales acquisibiles vel acquisiti:licet possint a deo infundi:sicut ꝛ quilibet habitus. Non eñ sunt habitus theologici.quia nō habēt deum immediate ꝓ obiecto:licet bene habeant deum pro fine: sicut et alie virtutes acquisite.sed habēt aliqua alia ꝓ obiectis. Qr sint habitus morales.patet: tum quia ex more vel consuetudine ꝛ frequētia actuum appetitiuorū puta ipsius voluntatis acquisiti vel acquisibiles sunt. Nullus eñ eorū est habitus intellectualis.patet.quia nullus dictat verū vel falsum. Nullus etiam eorum ꝑtinet ad appetitum sensitiuum. nā quilibet istorū aliquo modo versatur circa peccatum vel vindictam seu penam peccati. Et ita sequitur apprehēsionem intellectualem.qr sensus rationē peccati non apprehendit.ꝑtinet solum ergo ad voluntatē:ꝛ nō ad appetitum sensitiuū. ¶ Tertio dico:ꝙ sunt habitus speciales essentialiter distincti ab inuicē ꝛ simpliciter alterius rationis: sicut ꝛ actus illi generatiui ipsorum:ꝛ obiecta eorū saltem ꝗꝫtum ad tres ipsorum. Nam forte tertius ꝛ quartus habēt idem obiectum puta penā vel tristitiam:que supportatur ꝛ gaudenter acceptatur:sed primus habet obiectum illud:qꝺ imperatur ꝑ ipm puta actum detestatiuum peccati.secundus habet pro obiecto culpam ipsam vel peccatū:qꝺ oditur ꝛ displicet ꝑ ipsum. Tertius vero ꝛ quartus habent pro obiecto penā ipsam vel tristicia;. Nec oportet propter hoc:ꝙ sint eiusdem rationis. Nam aliunde possunt distingui. Uel forte diceret aliqs: ꝙ nō sunt alterius rationis.non insisto modo circa hoc. ¶ Sed dubium est sub qua ratione peccatum vel culpa est obiectum penitētie virtutis:que est detestatiua peccati ipsius. Et dicitur diuersimode ad hoc. Quidam dicūt:ꝙ hoc est inꝗꝫtum peccatū est expiabile ꝑ actum penitētis. Alij ꝙ inꝗꝫtum est offensiuum diuine amicitie. Alij ꝙ inꝗꝫtum peccatū est contrarium legi diuine ꝛ iusticie dei. Uideꝛ michi:ꝙ potest poni obiectum penitētie vt peccatum est ꝛ culpa.s.prout est carētia iusticie debite inesse vel infuisse penitēti.vt sic enim habet rationē ꝑ se mali ꝛ rationē extra intellectum nō per intellectū. ꝛ sic est malum ꝛ odibile ꝛ detestabile vel nolibile: ꝛ sic circa ipsum vt obiectū versatur penitētia peccati detestatiua.vnde ꝛ patet:ꝙ aliqua virtus habet ꝑ se malum pro ꝑ se obiecto.ꝛ hoc nō est inconueniēs de virtute:cuius actus est detestari vel nolle obiectum suum seu odire.sed esset incōueniēs loquēdo de malo culpe ꝛ de virtute cuius obiectum

[margin: ꝙ.4.pdicti hītus penitēdi sunt morales.]
[margin: ꝙ sūt habitus speciales.]
[margin: Bonum dubium.]

actus esset velle vel amare. Et confirmatur hoc ex dictis aliorum.quia peccato inꝗꝫtum peccatu; est ꝛ malum cōuenit denominatiue:ꝙ sit contra legē: ꝙ sit offensiuum diuine iusticie vel iusticie:ꝛ etiam expiabile ꝑ penitētiam:quare ꝛc. ¶ Quarto dico: ꝗꝫtum ad istos habitus in speciali:ꝙ primus habitus penitētialis vindicatiuus continetur sub iusticia aliquo modo.vel reducitur ad ipsam:sicut pars eius saltem potētialis seu virtualis. Est eñ ordinatiua penitētis quasi ad alterum.nam licet penitēs vindicet peccatum in seipsum. Unde et deus ꝗ vindicat peccatum nō in seipsum:sed in alium puta in reum:non dicitur penitēs.tamē penitēs vindicat peccatum in seipsum quasi in alteru;:quia vt minister legislatoris.s.dei vindicat peccatū in seipsum vt in reum:ꝛ accidit:ꝙ minister dei ꝛ reus ipse in eadē ꝑsona coniungaꝛ. quia igitur iusticia est ordinatiua ad alterum:hinc est:ꝙ ad ipsam penitētia reducitur ꝛ sub ea aliqualiter cōtinetur. vnde ꝛ vnus dicit:ꝙ habitus penitentialis vindicatiuus culpe posset esse eiusdē rationis in duobus quorū vnus vindicaret culpam in seipsum ꝛ alius vindicaret similem culpam in alterū reum. Et planū est: ꝙ habitus vindicatiuus culpe in alteru; ꝰm rectā rationē ad iusticiam ꝑtinet:quare ꝛc. ¶ De secundo habitu penitētiali.s.detestatiuo culpe dicitur: ꝙ non cōstituit virtutē specialem ab alijs virtutibus distinctam. Nam eiusde; virtutis ꝛ habitꝰ est velle bonum et detestari malum oppositum circa quācunqꝫ materiam.sicut eiusdē virtutis puta castitatis est inclinare ad complacēdum in bono honesto ꝛ ad displicēdum de actu inordinato contra castitatē.ꝛ similiter de humilitate patet:ꝙ inclinat ad detestandū actum suꝑbie.ꝛ sic de alijs. Ex quo patet ꝰm istos:ꝙ male ponitur habitus penitētialis detestatiuus peccati generaliter esse species vꝉ pars iusticie virtutis specialis distincte.ꝯtra alias cardinales.nā penitētia isto modo habitus est multo generalior.ꝛ nō solum ad iusticiam verū etiam ad alias virtutes se extēdit. Nam cuiuslibet virtutis est dare actum deordinatum suo actui contrarium vel oppositum circa suam materiā ꝛ detestabilē per penitētiam. Et ita penitētia ad oñes virtutes se extēdit. Sed ista nō intelligunt alij eē vera.primo quia ꝰm istam via; penitētia detestatiua se extēderet ad vindicatiuā:sicut aliquid communius ipsa ꝛ qualibet virtute etiā:ꝛ sic nō distinguēretur ab ea:sicut virtus a speciali virtute. Secūdo quia tūc quelibet virtus potest dici penitētia detestatiua ꝛ ecōuerso etiam sequēdo de virtutibꝰ appetitiuis. Tertio quia penitētia detestatiua habet pro ꝑ se primo obiecto malum ꝛ culpa;:sicut dictū est supra:ꝛ etiam ipsi dicunt. Unde ꝛ suus actus ꝑ se primus est nolle vel detestari seu odire.nō sic autem est de obiecto ꝛ actu aliarum virtutū:vt patet Et si eñ alie virtutes inclinēt ad detestandū actꝰ inordinatos suis actibus cōtrarios vel oppositos hoc tñ est ꝑ accidēs. Nec detestari est ꝑ se primus actus alicuius ipsarum.nec etiam culpa siue malū est sic obiectum primū ipsarum.quare ꝛc. ¶ Diciꝛ ergo ꝙ penitentia detestatiua virtus est specialis distincta contra multas alias appetitiuas imo cōtra omnes alias ꝛ alterius rationis simpliciter ab eis quarūcūqꝫ actus primus ꝛ principalis est velle.reducibilis tamē est aliquo modo ad iusticiā ha

[margin: ꝙ.1.hītꝰ peni.cōtinetur sub iusticia.]
[margin: Qr.2.habi.peni. nō cōsti. ꝟtutē specialem.]

bēs cum ipsa aliꝗꝫ similitudinem:ꝛ prout ipsi deo reddit aliquo modo equiualens puta bonum nolle pro malo velle vel pro omissione boni velle. Et similiter ꝗꝫtum ad aliqua alia que possent inueniri. habet etiam versari circa materiam cuiuslibet alterius virtutis.remote tñ inꝗꝫtum circa materiā cuiuslibet virtutis potest peccatum cōtingere: quod est detestabile per penitētiam. ¶ De tertio habitu penitētiali.s.supportatiuo pene vel tristicie diciꝛ: ꝙ nō distinguitur a virtute patientie: sed est idem cū patientia.ꝛ distinguitur ab alijs sicut ꝛ patientia. Et hoc potest satis tolerari:ꝛ probabiliter dici:vt videtur. Ad patientiam enim ꝑtinet supportare malum pene voluntarie ꝓpter finem debitū ꝛ circūstantias debitas:ꝛ nō solum malum pene corporalis vel ab alio inflictum.sed etiam pene spiritualis ꝛ inflictum a seipso. ¶ De quarto habitu penitētiali cuius nō sic apparet distinctio a tertio sicut ab alijs dicitur:ꝙ habitus penitētialis acceptatiuus pene:ꝙ nō distinguitur:sed est idem cum multis virtutibus appetitiuis: Nam eiusdē virtutis est aliquod obiectum acceptare et aliꝗd aliud in ordine ad ipsum puta aliquam penam vel huiusmodi. Sicut si ex charitate amatur deus:etiam ex eadē potest amari vel acceptari pena:inꝗꝫtum reductiua est ad amicitiam dei. Similiter ex amore vel minus ꝓprie ex amicitia honesti ad seipsum diligitur mundicia vel innocētia: ex eadem potest acceptari pena:vt cōseruatiua vel reductiua innocētie ꝛ expiatiua peccati:qꝺ infuit.quare ꝛc. Et sic quartus habitus penitētialis ide; est cū tot virtutibus alijs appetitiuis:per quod ꝰm actus ipsarum pōt acceptari pena vel tristicia de peccato concepta in ordīe ad obiecta ipsarum prius accepta. Alijs nō videtur hoc:sed videtur eis virtus specialis distincta contra alias appetitiuas habēs malū pene seu tristicie inflicte pro peccato tanꝗ ꝑ se primo obiecto:ꝛ actum acceptādi tale malum pro ꝑ se primo actu ꝛ tali:ad quem sequitur vel nata est sequi delectatio ꝛ gaudium. Unde patet ꝙ distinguitur ab alijs virtutibus in primo in rōne obiecti acceptāt aliquid aliud a pena ipsa:licet in ordine ad illud secundario possint acceptare penam. Et potest reduci hec virtus aliqualiter ad iusticiam: pro quanto reddit deo ꝛ iuste equiualentem delectationem in pena ad delectationē malam prius habitam in culpa. Sic patet:quomodo penitētia est virtus:ꝛ qualis virtus.ꝛ hec de tertio articulo questionis.

[margin: De.3.habitu penitentiali.]
[margin: de.4.hītu peni.]

¶ Quātum ad quartum articulum

dico:ꝙ penitētia accepta pro actu siue generatiuo penitētie virtutis:siue elicito a virtute loquēdo de illo actu quadruplici supradicto in ꝑmo articulo:nec est sacramentum.quia non est aliquid sensibile:sicut nec hītus ille quadruplex. Nec pars sacramēti pari ratiōe. Nec est virtus sed distinguitur a virtute.sicut actus ab habitu siue sit generatiuus virtutis siue elicitus a virtute.sed de actu exteriori penitētiali imperato puta de actu cōfitendi supra dictum est:an ꝑtineat ad rationē vel integritatē sacramenti. ¶ Sic ergo penitētia signum est sacramētum ꝛ nō virtus.penitētia habitus virtus est ꝛ non sacramētum.penitētia actus nec virtus nec sacramētum. Hec de quarto articulo principali.

[margin: qūo penitētia nec est sacramētū nec est virtus]
[margin: resolutio]

¶ Ad primū argumētum dico:ꝙ penitētia habitus est virtus moralis acquisita.ꝛ potest esse informis. Nam cū peccato mortali potest stare talis habitꝰ. Et dico:ꝙ accipiendo isto modo penitētiam nō est sacramētum sed sicut dictum est supra. ¶ Ad secūdum patet ex dictis de forma verborū huius sacramēti ꝛ ꝙ non oportet eam sic esse precisam vel determinatam:sicut in alijs aliquibus sacramētis:vt patet etia; de forma verborum matrimonij. ¶ Ad tertiu; patet ꝙ penitētia vt est sacramentum nō ministratur nisi a sacerdote absoluēte penitentem.

[margin: ad rōnes ꝑncipa.]

¶ Distinctionis Decimequarte. Questio Secunda.

Ecundo qro: vtꝝ penitētia necessario requiraꝛ ad deletionē peccati actualis mortalis post baptismum.

¶ Uidetur ꝙ non. quia illud quod nō valet ad deletionem: non necessario requiriꝛ ad ipsam.sed penitētia ad talē deletionē nichil valet.quia penitentia est minus bonum ꝗꝫ peccatum mortale sit malum.quia illud est malum infinitum.tanta enim est offensa: ꝗꝫtus est ille:qui offenditur.bonū autem penitētie est bonū finitum.ꝫ ꝛc. ¶ Secūdo sic. Cessante actu interiori ꝛ exteriori peccati cessat peccatum ꝛ non manet aliquid de ipso:vt videtur.sed penitētia nō est necessaria ad delendum id qꝺ iam deletum est: ꝛ non est.ꝫ ꝛc. ¶ Tertio sic.homo offensus alteri ex culpa illius potest liberaliter sibi remittere ꝛ offensa; ꝛ culpam sine penitētia illius.cū igitur deus non sit minꝰ potēs:nec minus liberalis: videtur ꝙ possit remittere culpam homini ꝛ offensa; sine aliqua penitētia hominis.immo ꝙ ipsum deceat sic remittere:ꝛ ꝙ ꝑ ꝯñs de facto faciat.

¶ Contra ꝰm Hieronymū ad demetriadē ꝛ poniꝛ in litera penitentia est secunda tabula post naufragium baptismus enim est prima tabula saluās a naufragio peccati mortalis:sed hoc nō esset nisi prima esset necessaria ad deletionē culpe post baptismum:ꝫ ꝛc.

[margin: Hiero.]

¶ In ista ꝗstione sic procedā.

¶ Primo inquirā quo formaliter aīa diciꝛ peccatrix:ꝛ an aliquid tale maneat in ipsa cessante actu interiori ꝛ exteriori peccati ꝛ quid sit illud. ¶ Secundo inquirā:vtrum penitētia sit necessaria ad deletionem peccati post baptismum ꝛ vtrum sit peccati deletiua. ¶ Tertio inquiram vtrum penitentia sit tantum vnius pene inflictiua. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quantum ad primum articulum

est vna opinio ꝙ in aīa cessante actu peccati interiori ꝛ exteriori manet macula sequēs ex peccato.ꝛ ista macula nihil in se aliud est:ꝗꝫ priuatio pulchritudinis debite in esse ipsi aīe ꝛ conformitatis vel similitudinis diuine:que habet esse per gratiam:que impediꝛ in anima ꝓpter obstaculum peccati ꝑpedientis ne deus infundat eā: vel cōseruet in aīa sicut aliquo obstaculo impediꝛ ne mediū illumineꝛ a sole.ꝛ tunc est tenebra in medio:ꝗ non

[margin: qūo aīa dr formaliter peccatrix.1.opinio.]

est nisi priuatio luminis causata tñ ex aliquo obstaculo positiuo. Sic in ꝓposito de macula ꝛ actu positiuo peccati quasi obstaculo: dissimile tñ est in hoc: ꝙ cessante vel transeunte obstaculo: trāsit et cessat tenebra in medio. sed nō sic transeunte actu peccati: ex quo causatur vel derelinquitur macula: trāsit ꝛ cessat macula: sꝫ durat ꝛ manet macula ipsa vsqꝫ ad remissionē peccati ꝛ nouā infusionē gratie. Et hac macula dicitur: et est aīa formaliter peccatrix cessante actu peccati interiore ꝛ exteriore: sicut dicūt. ista videtur fuisse opinio magistri. xviij. distinctiōe ca. vltimo ꝛ est opinio Thome in quarto suo eadem distinctione.

2. opinio ¶ Alij dicunt ꝙ cessante actu peccati interiori ꝛ exteriori ipsius peccati: manet reatus in aīa: quo reatu dicit̄ et est formaliter peccatrix. Iste autē reatus non est nisi respectus quidā realis positiuus: qui est obligatio quedā ad penam eternā soluēdaꝫ pro peccato mortali: nisi peccator corrigatur. Et ista obligatio vel respectus iste realis non fundat̄ sup actum peccati. quia tūc non maneret trāseunte actu: sed sup potētiam ipsam vel essentiā anime: non tñ nisi preuio actu peccati. sicut dictū est aliquādo ꝙ relatio ꝓducētis ad ꝓductum non fundat̄ sup actionē producētis: sed sup potentiam ꝓducētis ꝑuia tō actiōe. Sicut paternitas sup potētiam generatiuam: preuia tamē generatione saltem ordine nature.

3. opi. ¶ Alij dicūt ꝙ nō ē possibile talē obligationē eē respectū realem: sicut inferius ꝑ rationes eorum arguet̄. ¶ Et ideo dicūt: ꝙ in aīa cessante actu peccati nichil manet: quo dicat̄ aīa formalit̄ peccatrix nisi respectus quidā rationis causatus in peccatore vel in anima peccatoris: inq̄tum est obiectū diuini intellectus seu voluntatis ordinātis ipsum ad penā correspondētem peccato. Et intellectu istam ordinationē voluntatis preuidet omni tēpore: donec pena debita sit soluta. Et ista relatio vel iste respectus ratiōis potest dici offēsa macula ꝛ reatus. Offensa scilicet inq̄tum est respectus ordinationis istius peccatoris in penā vindicatiuā. vnde nichil aliud est irasci deo vel offendi: q̄ velle vindicare peccatū: vel velle punire. Sed macula dicitur inq̄tum est disconueniēs ipsi anime talis respectus nec stans cū pulchritudine gratie vel rectitudinis debite. vel poti⁹ excludēs ipsam: sed reatus dicit̄ inq̄tum peccator
August. per ipsam dr̄ reus talis pene. ¶ Qꝛ autē ita sit probant. Primo per Augustinum super illud psalmi. Beati quorū remisse sunt iniquitates ꝛc̄. vbi dicit videre (inquit) peccata dei est ab penam imputare auertere autem hoc est ea ad penam reseruare. igitur ita dicit ab eo. s. deo peccata tecta nō vt nō videat: sed vt nollit animaduertere. i. punire. & ipsuꝫ peccatum remanere actu transeunte nichil aliud ē nisi ipsum peccantē a dei voluntate ordinari ad penam condignam illi peccato. Obiectum autē intellectus vel voluntatis vt intellectum nō habet nisi relationē rationis: vt patet. ¶ Secūdo declarant hoc ꝑ rationē. quia esto: ꝙ deus in multitudine meritorum non intēdat vel augeat habitū charitatis sicut quādo merita sunt remissa: vel etiam sicut posset: dato ꝙ merita essent intēsa: tunc ille qui plura merita habuit trāseūtibus actibus dicitur magis meritus q̄ alius. Sed hoc nichil aliud est: q̄ talem ordinari ad maiorem ꝛ ꝑfectiorem gloriam ꝭm relationem rationis in ipso tanq̄ in obiecto sic volito vel ordinato a diuina voluntate: non ꝑ aliquid positiuum reale absolutum: nec relatiuum: nec per aliquā priuationem. igitur sic in ꝓposito vt videtur nichil aliud est istum peccatorē manere ꝛ demeritū nisi ipsum ad talem penam ordinari ꝭm talē respectum rationis a diuina voluntate sic volēte ipsum punire. ¶ Tertio ꝑ exēplum. Si quis enim offendat magnum ꝑncipē magna offensa: cui correspondeat grauis pena cessante in ipso actu nichil est in ipso nec reale positiuum nec priuatiuum: qđ antea nō esset: sed tātum in voluntate dn̄i offensi est act⁹ trāsiens sup ipsum offendētem vt quē ordinat ad talē penam: ꝛ in ipso est relatio rationis: vt in obiecto ordinato ad talem penam: et cui dominus ipse vult talem penam.

¶ Contra istas tres opiniones arguit̄ cōtra primam primo sic. Si macula qua dicit̄ aliquis formaliter peccator: est priuatio pulchritudinis gratie: sicut dicit: sequit̄: ꝙ vn⁹ non possit dici nec sit minor vel maior peccator: q̄ alius. Probatio. quia ita bene priuat̄ gratia et in se ꝛ q̄tum ad oēm sui gradum ꝑ vnum peccatum mortale: sicut ꝑ cētum milia. ꝛ ita cū omnes peccatores sint priuati gratia equaliter: oēs erunt equaliter peccatores. ¶ Secundo sic: si peccatū vel macula manēs est carētia pulchritudinis debite inesse: videtur ꝙ pari ratione ꝛ non minus sit carentia vel ꝑuatio pulchritudinis actualis q̄ habitualis saltem loquēdo de peccato actuali: sicut loquimur modo. sed hoc nō est verum. quia non manet talis carētia rectitudinis actualis cessante actu. Nā talis carentia vel rectitudo insunt immediate actui. Et ita nō manēt nisi manēte actu. & ꝛc̄. ¶ Tertio q̄tum ad illud: qđ dicunt istam maculam: licet non sit ī se nisi priuatio: causari ex aliquo positiuo actu peccati precedēte. quia non potest hoc inueniri in peccato omissionis: licet in peccato ꝯmissionis inueniatur: ꝛ precipue si peccatum omissionis potest fieri sine omni actu positiuo: ꝛ sine peccato cōmissionis sicut dictum est in secundo. 5.1.opi.

¶ Contra secundam opinionē arguit̄ de illo respectu. Primo ꝙ non sit talis respectus realis ꝛ postea dato ꝙ esset: adhuc eo formaliter nō diceret̄ anima peccatrix. Aut eñ ille respectus est intrinsecus aut extrinsecus. Non intrinsecus quia nō ponit̄ necessario naturalit̄ posito fundamēto. s. aīa ipsa: et posito termino: puta deo quia tūc anteq̄ aīa peccaret poneret̄: quod est falsum. Si dicas ꝙ deus nō est terminus: sed pena ad quā iste ordinatur. Contra te est. quia ista pena nondū est. Ad illud autem quod non est non est respectus realis. quare ꝛc̄. Nec est respectus extrinsecus. quia oporteret sibi assignare agēs: per cuius actionem adueniret ꝛ ad ipsum terminaretur sicut patet de vbi ꝛ alijs respectibus qui nō sunt de genere actionis vel passionis. Sūt eñ terminit actionum: quibus ponūtur in esse terminis iam presuppositis: sed in proposito non est dare tale agens. qꝛ nec deum ipsum. deus enim non agit ꝑ se aliquid: quo formaliter dicatur anima peccatrix. quia tunc esset malus ꝛ peccator. Nec animam ipsam: qꝛ anima in peccando non habet nisi vnam actionem determinatam ad actum peccati de ordinatum. sicut 5.2.opi.

nec nisi vnum peccatum. ꝛ ita nullam habet terminatam ad respectum talem: vt videtur: quare ꝛc̄. ¶ Secundo sic. quia in peccato omissionis nō apparet aliqua causa talis respectus. quia nec aīa ipsa cū anima possit peccare tali peccato nullū actuꝫ eliciendo. Nec deus quia deus nō est causa peccati effectiua. sed tātum ꝑmissiua: quare ꝛc̄. ¶ Tertio quia dato ꝙ esset talis respectus realis obligationis adhuc ꝑ ipsum non posset dici aīa formaliter peccatrix. Probatio quia talis respectus non est formaliter peccatum: sed magis sequitur peccatum: ꝛ est posteri⁹ peccato. ¶ Quarto quia est aliquid bonum ꝛ positiuum ꝛ in se iustum: si ponatur ergo ꝛ cetera.

5.3.opi. ¶ Contra tertiam opinionē potest argui: sicut ipa arguit cōtra secūdam. Si enim ꝑ illum respectum rationis dicit̄ aīa formaliter peccatrix: ꝛ voluntas diuina vel intellect⁹ causa est talis respectus ꝑ se sicut dicit: sequitur ꝙ deus ꝑ se est causa effectiua peccati. ꝛ habet idē incōueniens contra se: sicut secūda opinio. ¶ Secūdo sic. sicut respectu reali ꝭm ꝙ huius nō potest dici aliquis peccator: vt videt̄ nec illo respectu rationis. quia respectus ille rationis est aliquid aliud a peccato nec est pctm̄ sed posterius peccato. & ꝛc̄. ¶ Tertio quia forte respectus rationis non est in aīa sic obligata formaliter. qꝛ non est aliquod ens extra intellectum. Sed illud quo aīa est peccatrix:
Ad motiua.3.opi. debet poni in ipsa formaliter: sicut positiuū vel priuatiuum. & ꝛc̄. ¶ Ad motiua vero ipsius. Ad primū de Augustino dico: ꝙ nunq̄ intellexit: ꝙ talis respectus rationis esset peccatum vel culpa: vel ꝙ eo formaliter diceret̄ anima peccatrix: sed ꝑ cōcomitātiam loquit̄ Augustinus. quia bene talis respectus concomitat̄ vel consequit̄ peccatum nondum remissum. ¶ Ad secūdum dico: ꝙ respectu rationis nō meretur quis: nec est meritus sed actib⁹ meritorijs. Et ille dicitur plus meritus: qui ceteris parib⁹ habuit plures actus bonos meritorios. bene tamē concomitat̄ respectus rationis ad maius premiuꝫ. ¶ Ad tertium de dicto offenso dico ꝙ respectus ille rōnis nō est offensa. tunc enim domus esset per se causa offense vel culpe. sed ꝯcomitatur vel cum sequitur offensam vel culpam. qua ille demeruit penam: quare ꝛc̄.

opi. doct. ¶ Quātum ad presentē articulum videtur michi dicendum ꝙ sicut aliquis dicit̄ rectus seu iustus vno modo actualiter ꝛ alio modo habitualiter actualiter dico ꝭm rectitudinē actus: ꝛ habitualiter ꝭm rectitudinē habitus gratie vel charitatis ita ꝛ aliq̄s peccator dupliciter pōt dici. vno modo habitualiter.
Nō hec. alio modo actualiter. Habitualiter dupliciter vno modo quia priuatus habitu iustificāte formaliter debito in esse: sicut gratia vel charitate vel iusticia ꝛ huiusmodi. Secūdo modo quia habēs habitum vitiosum inclinantē ad peccatum aggeneratuꝫ in eo ex frequētia actuum peccādi. Primo modo dicitur puer cum nascitur esse peccator. Et q̄tuꝫ ad hoc nō est vnus magis peccator vel maior peccator q̄ alius sicut arguebatur supra. quia per vnicū peccatum mortale ita tollitur gratia vel charitas funditus q̄tum ad omnē sui gradum: sicut per centum milia. Unde ꝛ nec peccatum originale maius est in vno q̄ in alio. Similiter nec peccatū actuale q̄tum ad priuationem gratie vel charitatis concomitantē. Secūdo modo potest dici vnus maior peccator habitualiter q̄ alius: ꝭm ꝙ habit⁹ vitiosus inclinatiuus ad peccatum magis intēditur vel minus: vel magis plurificatur. ī vno q̄ in alio. Et primus modus quo aliquis dicit̄ habitualiter peccator ex priuatione habitus iustificantis formaliter (cuiusmodi est charitas vel gratia ꝭm communiter loquētes) non potest stare in aliquo cū charitate vel gratia sicut patet: quia priuatio cum habitu stare nō potest. Secundus modus essendi peccatorem habitualiter potest stare cum charitate vel gratia ꝛ stat frequēter: vt patet in magnis peccatoribus ꝛ habituatis in peccatis suis quādo de nouo iustificātur: ꝛ datur eis charitas vł gratia. Nō statim eñ corrumpuntur in eis tales habit⁹ vitiosi: sed manēt in eis donec per contrarios actus vel per cessationē ab actibus talium habituum finaliter corrumpātur. vnde ꝛ adhuc tales in seipsis sentiunt pugnam: ꝛ non statim habēt pacē illam ꝛ delectationē in operibus virtutum quā habēt perfecti ꝛ in virtutibus exercitati: quare ꝛc̄. ¶ Ex quo Correlarium notandum.
patet: ꝙ aliquis dicitur vel potest dici formaliter peccator habitualiter tñ per aliquid qđ nō est formaliter peccatum sed habitualiter tātum inclinās ad ipsum: ꝛ per aliquid etiam quod cessare potest ꝛ deficere manente homine peccatore: eo modo quo accipietur infra peccator. cessaret autē ꝛ deficeret talis habitus vel dispositio relicta ex actibus peccatorum ꝑ cessationē a talibus actibus: dato ꝙ nō remitterētur peccata precedētia: ꝛ sic adhuc maneret vel diceret̄ peccator nec est inconueniens. sicut nec est incōueniens. ꝙ talis habitus vel dispositio quibus dicitur habitualiter peccator: stet cū charitate ꝛ gratia sicut dictum est supra. ¶ Aliter dicitur ꝙ est peccator ex carētia iusticie actualis debite inesse: que non inest: quādo debet inesse: siue illa iusticia dicatur actus rectus: siue circunstantia recta ipsius actus. ꝛ hoc se extēdit tam ad peccatum veniale q̄ mortale: tam ad pctm̄ omissionis q̄ cōmissionis. ꝛ isto modo dicitur quis peccator actualiter vel peccato actuali. Et mō loquamur de peccato mortali. quia de veniali directe non est sermo sicut enim aliquis actualiter rectus dicit̄ quando habet actum rectū pro quādo debet ipsum habere sic actualiter peccator ꝛ iniustus dicit̄: si caret actu recto pro quādo debet ipsum habere. ꝛ hoc siue careat substantia actus ꝛ circunstantia recta: sicut in peccato omissionis siue habeat substantiam actus careat tamen circūstantia recta sicut in peccato cōmissionis. Et isto secundo modo dicit̄ quis peccator formaliter ꝛ in re: quādo actu peccat cōmittēdo vel omittendo. pro quando debet sibi inesse rectitudo actus ꝛ nō inest: siue priuetur totus actus siue tātum circūstantia rectitudinis actus. ꝛ est denominatio formalis ab eo: quod est in re. Et similiter etiam de primo modo: quo dicitur aliquis peccato habitualiter. Nec video ꝙ isto mō possit quis dici esse actu ꝛ realiter peccator. denominatiōe facta ab aliquo: quod sit realiter in ipso cessante actu vel habitu peccati: quando scilicet non habet habitum vitiosum peccati formaliter in seipso q̄tū ad modū: quo dicitur quis habitualiter peccator: vel quando non habet actum peccati: vel quādo actu non peccat q̄tum ad secundū modum quo actuali

ter dicitur quis peccator. quia cum aliquis nō possit dici peccator formaliter ⁊ actu denominatione intrinseca ab eo: quod trāsijt ⁊ non est: sicut nec aliquis albus ab eo: quod non inest sibi. Peccatū autem quando peccator iam actu non peccat: transijt ⁊ non est: ⁊ planum est ꝙ nō nisi peccato potest dici aliquis peccator actualiter. Cum igitur cessante peccato quando actu quis non peccat (etiam dato ꝙ habitum non habeat) dicatur quis peccator siue actualiter siue habitualiter: aliquādo oportet ꝙ hoc non sit denominatione formali ab aliquo inexistente actu: sed ab aliquo quod infuit aliquādo Et hoc modo frequēter fiunt denominationes secundū nomina verbalia non ab eo quod inest actu semper: sed ab eo quod infuit: sicut patet. Dicitur enim aliquis doctor non tantum quia docet ī actu sed quia aliquando docuit. Sic etiam peccator nō semper: quia peccat in actu: sed quia aliquādo peccauit. ⁊ sic puto ꝙ peccator actualiter dicitur quis post actum peccati: vel postq̄ actu peccauit nō manente peccato non ab aliquo: quod insit actu puta nec a respectu reali: vel obligatiōe illa. seu a respectu rationis: sed a peccato vel peccatis: que infuerunt sibi: de quibus non penituit: vel que non sunt deleta per aliam viam. Et secundum ꝙ plura peccata incurrerat vel maiora vel minora dato ꝙ non maneant in seipsis sed transeant: secundum hoc dicitur maior vel minor peccator: ⁊ ꝙ maiorē vel minorem penam meruit.

Obiectō ¶ Si dicas: ꝙ tunc semper homo postq̄ aliquando peccatum incurrit: diceretur peccator ab illo peccato preterito: quod incurrit ⁊ tunc aut veraciter peccator diceretur. et tunc esset peccator etiam post penitentiam: quod falsū est. vel falso diceretur peccator: ⁊ tunc non eēt peccator etiam ante penitentiam. ¶ Preterea quia si in illo cuius peccatum transijt q̄tum ad actum nō est aliquid quo formaliter sit in actu peccator: frustra dicitur deleri peccatum ⁊ culpa q̄tum ad culpam: ⁊ non est peccator etiam ante penitentiam: licet dicatur peccator. sed hoc est falsum. ergo ⁊c̄.

Solutio ¶ Respondeo ad primum: ꝙ quando aliquis non peccat actu: impossibile est: ꝙ maneat in eo aliquid quod sit peccatum formaliter ⁊ actu: et per consequens ꝙ in re sit peccator actu per aliquid inexistens. possibile est tamen: ꝙ dicatur vel denominetur peccator a peccato qđ transijt vel infuit: ⁊ precipue q̄diu non penitet: nec penituit de tali peccato: vel aliud remedium contra tale peccatum non habuit: ⁊ q̄diu per consequēs manet obligatus ad penam eternam pro tali peccato ⁊ reprobat̄ a deo vel oditur pro tali peccato: quod incurrit ita ꝙ licet obligatio illa nec etiam aliquid se tenēs ex parte ipsius dei non sit illud quo dicitur iste peccator: sed magis peccatum quod infuit: est tamē aliquid concomitans talem denominationem secundū qđ communiter vtimur ipsa: vt dicatur ille qui peccauit aliquando ⁊ manet obligatus ad penam eternam ꝓ tali peccato: ⁊ oditur vel reprobatur a deo ⁊ q̄diu sic manet: dicatur peccator: ⁊ veraciter secundum istum modum loquendi ⁊ exponendi: ⁊ tamen non inest sibi actu peccatum nec actus peccandi. Et ita patet: ꝙ post penitētiam gratia accepta non debet dici peccator a peccato: quod infuit nisi valde large loquendo ⁊ secundum modum insolitum loquendi de peccatore. eo modo etiam quo canimus de Magdalena. Illa beata peccatrix: licet sit modo in gloria: vt si dicatur peccator vel peccatrix cuicunq̄ infuit peccatum aliquādo. Per hoc patet ad primum. ¶ Ad secundum dico: ꝙ nō frustra dicitur peccatum remitti vel deleri quantum ad culpam. non quia culpa vel peccatum in seipso maneat: nec aliquid aliud quod sit aliquid quo formaliter sit aliquis: vel dicatur peccator vsq̄ ad penitentiam: ⁊ tunc adueniente penitentia deleatur: sed pro tanto quia deus illum cui infuit culpa vsq̄ ad penitentiam vel pro tempore vsq̄ ad penitentiam odit: ⁊ detestatur: ⁊ reprobat ipsum. ⁊ non solum hoc sed etiam vult sibi penam eternam. est enī peccator inimicus deo: ⁊ cum hoc ab ipso puniendus. Et tunc dicitur peccatum remitti quantū ad culpam quando de inimico fit non inimicus: licet non sit necessarium: ꝙ fiat amicus. sed q̄tum ad penam eternam dicitur remitti: quando commutatur in penam temporalem. et hoc non est remittere totaliter: vel quando simpliciter pena quitatur: sicut posset deus facere: vt nullam penam expeteret: nec eternam nec temporalem pro peccato. Et modo p̄dicto si manet macula: vel si qua dicta aliquorum de manentia peccati sunt vera: videntur intelligenda. Per maculam enim peccati non intelligo nisi peccatum ipsum. Et eodem modo debet dici manere vel non manere sicut ⁊ ipsum peccatum. Per reatum intelligo obligationem ad penam eternam pro tempore ante penitētiam qui bene manet post peccatum: ⁊ est respectus rationis: sed per eam nō dicitur quis formaliter peccator. Hec de primo articulo principali.

¶ Quātum ad secundum articulum:

Penitētia an reqsita ad deletiōez pcti ⁊c̄.

an scilicet penitentia necessario ad deletionē culpe mortalis actualis post baptismum requiratur: ⁊ an sit talis culpe deletiua: distiguēdum est de penitentia pro actu vel habitu vel pro signo sicut supra in questione precedente. Et similiter distinguendum est de necessitate absoluta: cuius oppositum est impossibile: ⁊ implicat contradictionē ⁊ de necessitate ordinata: que concernit ordinē diuine sapiētie: qui nunc est. ¶ Et tunc de primo dicendum est: ꝙ loquendo de necessitate absoluta: penitentia nullo modo illorum trium accepta necessaria est ad remissionē culpe mortalis actualis post baptismū. posset enim deus absolute remittere homini quamcunq̄ culpam mortalem sine penitentia sine habitu sine actu quocunq̄ interiori vel exteriori ⁊ sine penitentia sacramento siue signo sensibili quia hoc nullam implicat contradictionem. Non enim alligauit suam potentiam remittendi vel misericordiam ipsi penitentie dicte secundum aliquē predictorum modorum: sicut patet. ¶ Secundo dicendum est: ꝙ penitētia accepta pro aliquo actu interiori scilicet pro displicentia ⁊ detestatione peccati cum non proposito recidiuandi secundum potentiam dei ordinatam necessaria est ad deletionem culpe mortalis post baptismum. Nam secundum potentiam dei ordinatam ordine qui nunc est non remittitur peccatum nisi cum aliqua punitione ipsius penitentis: qui non est sine displicētia de peccato. Etiam nec in adultis ante baptismum sicut dictum est supra: loquendo de peccato actuali mortali remittitur tale peccatum in baptismo sine tali displicentia et intelligo de tali displicentia habita vel formaliter vel virtualiter in aliquo superiori ⁊ perfectiori: ad quem nata est sequi talis displicentia: vt in actu vehemētis dilectionis dei vel martyrij sustinēdi propter deum. Ad hoc autē est cōgruētia bona. Tum q̄ pena reordinatiua est culpe: ⁊ etiam displicentia ad quā nata est sequi tristicia. Tum q̄ aliquo modo per displicentiā de pctō redditur deo aliquo modo equiualēs: dum tñ sit debite circūstātionata: ⁊ precipue circūstātia debiti finis. Tum q̄ per talem displicētiam retrahit̄ qs a peccato. ¶ Tertio dicendū est: ꝙ penitētia accepta alio modo siue pro habitu siue pro signo vel sacramēto nō est necessaria etiā de potētia dei ordinata ad deletionē vel remissionem culpe mortalis. Et patet de habitu penitētie: qui est virtus. alicui enim remittitur pctm̄ ad vnū solum actum ꝯtritionis vel penitētie: que est displicētia ipsa: ex quo tñ vnico actu nō generatur habitus penitētie virtutis. Similiter etiā alicui remittitur peccatum ante q̄ accedat ad penitētiā signū vel sacramētū. Unde dico: ꝙ nec penitētia virtus nec actꝰ a virtute elicitus ⁊ posterior ipsa virtute siue interior siue exterior: nec penitētia sensibile signū vel sacramentū est necessaria ad deletionē vel remissionē culpe mortalis vniuersaliter loquēdo: sed sine oībꝰ istis pōt haberi remissio culpe per actū īteriorē: qui ē displicētia de pctō: q̄ nō est elicitus a ꝟtute: sed prior virtute ⁊ generatiuꝰ ipsius s̄m aliquē gradū. q̄ quidē actus pōt esse ita intensus ⁊ debite circunstātionatus a pctōre elicitꝰ ꝙ est meritum de cōgruo vt culpa remittatur. q̄ nō sufficit talis actus pro quocūq̄ gradu suo: sed ꝓ aliquo quē determinauit deꝰ. quē ego nescirē limitare. ⁊ talis actus inq̄tum est dispositio preuia ad remissionē pctī: dr̄ ⁊ est actus informis ⁊ attritio magis q̄ contritio. sed si durat adhuc dum remittitur culpa: ⁊ infunditur grā: tūc est actus formatus: ⁊ pro tūc magis dr̄ cōtritio q̄ attritio. Unde ⁊ idē actꝰ cōtinuatꝰ p̄mo sine gratia est informis: ⁊ dr̄ attritio. sed supueniēte gratia est formatus ⁊ dr̄ ꝯtritio.

Nota. Et signātur in illo actu pro instāti infusionis gratie tria signa nature: in quoꝝ primo potest dici attritio ⁊ meritū de cōgruo vel dispositio proxima ad grām vel remissionē culpe. In scdo superuenit gratia ⁊ remittitur pctm̄. In tertio fit talis actus cōtritio ⁊ hoc in eodē instanti durationis. sed nō curo de ista distinctione multū. Si dicas: ꝙ ex p̄dictis sequitur pctm̄ nō dimitti ꝑ cōtritionem. q̄ cōtritio nō est prior remissiōe peccati. sed magis posterior. Dico ꝙ per actū qui est cōtritio: si cōtinuetur ⁊ duret vsq̄ ad remissionem peccati: remittitur pctm̄: licet talis actus vt cōtritio nō sit prius. ⁊ tunc per ipsum vt ꝯtritio: non remittitur pctm̄: sed magis vt attritio est preuia per modū meriti de ꝯgruo nō sub quocūq̄ gradu suo: sed intensa sub illo gradu: quē determinauit deꝰ ⁊ circunstātijs debitis in genere moris circunstātionata: ⁊ precipue circūstantia finis. ¶ Quarto dici pōt: ꝙ lꝫ penitētia sacramētū vel signū nō necessario reqritur in facto tñ reqritur aliqualit̄ in voto suscipiēdi sacr̄m: si posset haberi ⁊ pro tp̄e opportuno: ⁊ per ꝯñs etiā necessarius est actus penitentie exterior: qui est confiteri in voto similiter sicut et ipsum sacramentum. ¶ De alijs vero actibus qui sunt actus interiores: de quibus dictum est in questione precedēte puta de vindicare sustinere acceptare: nō puto ꝙ sic sint necessarij ad deletionem culpe: sicut nolle vel odire pctm̄ seu displicentia. nec oportet ꝙ displicentia semper sit imperata ab aliquo actu priori vindicatiuo. ⁊ ita ille nō est necessarius ad displicentiam. Similiter nō oportet: ꝙ voluntas reflectatur actu supportandi vel acceptandi super penam: vt videt̄. ⁊ ideo nō sunt sic necessarij: sicut actus displicentie. possunt tñ esse dispositiones de cōgruo cōcomitantes actū displicētie: si sint perfecte circūstantionati. Et s̄m ꝙ sunt plus vel minus voluntarij: sunt magis vel minus meritorij siue de cōgruo siue de condigno. Sic igitur patet an penitentia necessario reqratur ⁊ quō.

Penitētia an deleat peccatū mortale.

De distinctione et dñatiõe bonorꝫ in principio ꝛc.

¶ **Quantum ad primum ar**ticulum dico. Primo ꝙ a principio in statu innocẽtie nõ fuerũt dñia reꝝ distincta: nec fuissent etiã si ille status durasset. vnde nec lege diuina nec lege nature dñia sunt distincta. sꝫ pro statu innocẽtie ꝛ iure nature fuissent oĩa communia ꝛ sunt cõia pro tãto. q2 de iure nature vel diuino nõ sunt dominia distincta.hoc ꝓbatur. Tum q2 vsus rerum cõmunium pro statu innocẽtie fuisset conuenientior hominibus ad pacificã habitationem ꝛ cõuersationẽ et plus valuisset q̄ distinctio dominioꝝ. Tunc eñ nullus occupasset aliquid per violẽtiam:et nisi scdm pacificam habitationẽ. Scdo etiam q2 hoc fuisset cõuenientius ad necessariam hoĩm sustẽtationem: vt sic occupasset vnusquisq̄ quod sibi fuisset necessarium:ꝛ nihil plus non obstãte appropriatiõe alicuius rei ad aliquẽ sicut modo bene obstat ad hoc talis appropriatio diuitum necessarie sustẽtationi pauperum. vt patꝫ ꝓbatur hoc per illud decretorũ distinctione. viij. cap. j. iure nature sunt oĩa oĩbus cõia. Et ad hoc adducitur Augustinus super Jo. cap. ij. dicẽs. quo iure defendis villas ecclesie:diuino an humano. vnde quisq̄ possidet quod possidet: nonne humana voluntate. nam iure diuino dñi est terra ꝛ plenitudo eius. Item ibidẽ. tolle iura imperatoris:quis audet dicere:hec villa mea est. et post ibidem. per iura regum possident possessiones. Et duodecima questione prima dulcissimis. cõmunis vsus oĩm que sunt in hoc mũdo oĩbus esse debuit. ¶ Scdo dico ꝙ pro statu lapsus post tẽpus innocẽtie non fuit cõueniens oĩa esse cõmunia:sed conueniẽs fuit dñia esse distincta:ita ꝙ locum non habuit ius nature institute de cõmunitate rerum:sed scdm aliquos fuit rationabiliter reuocatum propter duplicẽ rationem oppositã illis duabus assignatis de cõmunitate oĩm pro statu innocẽtie. Primo q2 magis cõuenit hoc pacifice cõuersationi ꝛ cohabitationi hoĩm. Si eñ essent oĩa cõmunia possent pugnare hoĩes quotidie : ꝛ bellarẽt pro occupationibus rerum scdm voluntates suas. Scdo sicut dicunt quia vnus auferret alteri necessariã sustẽtationem per violẽtiam:sicut legitur de nemroth: qui fuit robustus venator corãꝫ dño. i. hominũ oppressor. Et ideo politia Aristotelis i. ij. politice multo melior est q̄ politia socratis ponentis oĩa cõmunia. ꝛ hoc scdm illum statum:qui nunc cõuenit hoĩbus. lꝫ autẽ illa scda ratio videatur impediri: sicut dictũ est supra ex cupiditate diuitum nõ subueniẽtium pauperibus:tñ ex alio latere valet: vt hoĩes violẽti ex appropriatione rerum illis quibus appropriãtur:reprimant ne eis auferãt illa que sunt sua:sicut aufferrent:si essent oĩa cõmunia. ¶ Tertio dico ꝙ nõ habẽte locum precepto nature de habẽdo oĩa communia pro statu lapsus:ꝛ per ꝯsequẽs habita licentia distinguẽdi cõmunia ꝛ appropriandi hoĩbus: non fiebat actualis distinctio per legẽ diuinã : nec per legẽ nature. Non per legẽ diuinã: ptꝫ per illud August. adductum ꝓprio dicto:quo iure ꝛc. Per legem nature nõ. q2 sicut dicit vnus doctor:non videtur ꝙ determinetur ad opposita : vel ꝙ iura nature sint opposita circa eandem naturam humanã. determinauit autem oĩa esse cõmunia pro statu innocẽtie. ergo nõ determinat cõmunia esse disticta. Tamen ratio posset solui forte ꝙ natura põt determinare ad opposita pro statibus quasi oppositis et cõtrarijs:lꝫ non pro eodẽ statu. Sicut de iure nature nõ fuit penitere pro statu innocẽtie: tñ pro statu lapsus ꝛ post peccatum de iure nature est penitere et habere displicentiam de peccato. ꝛ sic de multis alijs posset dici. vnde ꝛ forte diceretur ita esse de iure nature:ꝙ nullus est: occupãti cõceditur ꝛ pertinet ad distinguẽdum dñia rerum. Dicatur tñ scdm August. superius allegatum vbi videtur dicere ꝙ

Decret. distin. 8. cap. 1. August.

Post lapsum nõ conuenit oĩa fore cõmunis

Nota.

solo iure humano positiuo. ⁊ per cõsequens non iure diuino nec iure nature dñia sunt distincta. vnde nec illa ꝓpositio prout spectat ad diuisionem dñiorum: lʒ post apprehensionẽ de hoc quod est res esse diuidẽdas: videatur esse multum probabilis ⁊ manifesta: non tñ est de lege nature sed positiua. Ex his patʒ ꝙ aliqua lege vel iure positiuo fiebat distinctio dominij. ¶ Quarto dico quãtum ad modum ꝙ ius tale positiuum distinctiuũ rerum a principio potuit esse lex positiua iusta statuta diuidẽtibus auctoritate alicuius superioris habẽtis potestatem seu auctoritatẽ super eos. vel potuit ꝓuenire ex cõsensu mutuo diuidẽtium: si in hoc superiorem vel principẽ non habebãt. Principatus autẽ vel auctoritas sup alios duplex est in genere. s. paternus ⁊ politicus. principatus patern⁹ iustus est ex lege nature qua oẽs filij tenẽtur parẽtibus obedire. nec ista auctoritas patris super filios per aliquam legẽ mosaycã. s. euangelicã est reuocata: sed magis confirmata. Auctoritas vero vel principatus politicus est super extraneos ⁊ cohabitãtes simul ciuiliter: lʒ in nulla ꝯsanguineitate vel propinquitate cõiunctos. sed primus principatus paternus respicit multitudinẽ aliquoꝝ: ꝗꝗ non sint cohabitãtes ciuiliter. per ista tñ non excluditur quin cohabitantes simul ciuiliter possint pertinere cum alijs ad vnum principatum paternũ: nec quinetiã ꝓpinqui vel cõsanguinei cum alijs extraneis possint pertinere ad vnum principatum politicum. Dicitur aũt principatus paternus auctoritas patris super filios. Et principatus politicus dicitur auctoritas principis vel superioris sup extraneos vel residẽs in vna persona magis ꝓprie: lʒ dicatur aliqñ etiã principatus politicus auctoritas cõmunitatis super quãlibet personã subiectã cõmunitati. sed non ita ꝓprie principatus politicus residens in vna persona puta in principe aliqñ habuit ortum et habet adhuc ⁊ iuste a principatu vel auctoritate cõmunitatis: sicut aliqñ aliquibus de vna cõmunitate ⁊ in ipsam ꝯuenientibus que erat iuris sui: visum est ꝙ nõ poterãt bene regi sine auctoritate alicuius superioris. ⁊ elegerunt sibi vnum principẽ: ⁊ aliqñ tñ pro seipso ⁊ nõ pro sua posteritate: sed voluerunt ꝙ sequẽs similiter eligeretur a cõmunitate. Aliqñ vero pro se ⁊ sua posteritate. Et hoc iuste. Potest eñ quilibet sui iuris seipsum submittere vni persone vel etiam vni cõmunitati in his que nõ sunt ꝯtra legem dei in quibus melius potest dirigi per aliam personã vel per cõmunitatem ꝗ per seipsum. Dico aũt vlterius ꝙ a principe vel cõmunitate habente auctoritatẽ super quodlibet subiectum ⁊ simul habẽtem prudẽtiã rationis recte potest vel in se vel in consiliarijs suis potest statui lex positiua recta de pertinẽtibus ad bonum regimen subditorũ ⁊ pacẽ cõmunitatis. ¶ Ultimo dico ad propositum ꝙ prima distinctio dñioꝝ potuit fieri vel esse iusta a lege positiua siue lata a patre: siue a principe vel a cõmunitate iuste principãte. Et hoc mõ ꝓbabile est fuisse factuʒ post diluuiũ. Noe eñ forte filijs suis distinxit terras quas singuli occuparẽt pro se ⁊ sua posteritate: ⁊ hoc principatu paterno. vel forte aliqñ ĩter aliquos diuisa sunt dñia per legem aliquam ꝓmulgata a principe vel patre vel cõmunitate. ⁊ illa lex forte fuit vel potuit esse: ꝙ res tunc nõ occupata esset primo occupantis et

Principatus duplex.

De prima dñioꝝ distinctiõe

tunc postea diuiserunt se super faciẽ terre. Similiter etiã inter aliquos potuit esse distinctio dñioruʒ ex cõmuni consensu vel mutuo seu concordi ipsorũ sine lege posita a principe vel cõmunitate cui subessent: sicut patet de Abrahã et Loth Genes. xiij. Abrahã eñ dedit electionẽ ipsi Loth: quã partem vellet eligere ⁊ ipẽ reliquam acciperet. Sic igitur patʒ de prima distinctione. dñioꝝ quãtũ ad primum arti. quomodo iuste potuit fieri: ⁊ facta fuit nõ iure diuino nec iure nature sed humano.

Gene. ij

¶ Quantũ ad secundum articulum.

s. quomodo vel quibus modis potest dñium alicuius rei iuste trãsferri vel potius res ipsa. quia aliqñ trãsfertur res nõ quãtum ad dñium sed alijs modis: dico primo de translatione iusta ipsius rei. scdo de intentione iniusta vel acquisitione seu contrectatione. ¶ Quãtum ad primũ dico ꝙ res potest transferri quãtum ad dñium ⁊ vsum. Secundo modo quãtum ad vsum vel ius vtẽdi remanẽte dominio apud dñium rei priorẽ. ⁊ tertio modo transfertur: sed nõ est vis in ꝓposito. q² finaliter põt haberi idẽ hic ⁊ ibi quantum ad iusticiã vel iniusticiã trãslationis. põt eñ trãsferri vsus in aliquos nõ remanẽte dñio apud dñm primuʒ nec apud illos quibus cõceditur vsus: sed apud aliquem alium: sicut est in his que cõceduntur ad vsum fratribus minoribus: quoꝝ dñium ⁊ ꝓprietas ecclesie romane acquiritur nisi ipsum dñium cõcedens retinuerit. Et ideo de isto modo nõ ꝓsequor distincte ab alijs primo modo. s. trãslatio rei quãtum ad dñium ⁊ vsuʒ. Et per cõsequens fit vno modo auctoritate principis vel legis seu cõmunitatis. Alio modo auctoritate dñi immediate possidẽtis. Primo modo fit in prescriptione ⁊ vsucaptione. quaꝝ prima est in ĩmobilibus: ⁊ alia in mobilibus. Et dico ꝙ translatio dñi ⁊ vsus rei facta auctoritate legis vel principis vel cõmunitatis ꝫm prescriptionem vel vsucaptionem iusta est positis cõditionibus ⁊ circunstantijs que ad hoc requiruntur. Tum q² hoc facit ad pacificam cõuersationem ⁊ cohabitationẽ hoĩm: vt scʒ res tanto tpe non possit postea repeti: ne fiãt lites immortales: ⁊ valde plures ꝫm ꝙ vnusquiqʒ pro libito rem aliquam repeteret ⁊ generarentur odia ⁊ seditiões. Tum q² legislator vel superior potest iuste punire trãsgredientẽ: cuius transgressio vergit in detrimẽtum raipublice etiam pena corporali: et multofortius pena pecuniaria vel translationis rei sue applicãdo eam vel trãsferendo in dñium occupantis eã tanto tpe requisito ad prescriptionẽ: quãto tpe alius negligit eam in detrimẽtum cõmunitatis: puta pacis cõmunis. q² ꝫm presumptionem iuris talis sic negligẽs rem suã tanto tpe: habuit rem suã pro derelicta ⁊ nõ sit ita in re verisimile tñ est. et puniri põt: ac si habuisset eam pro derelicta. Et ita talis trãslatio prescriptiõis iusta est: ⁊ iuste potest fieri ab habẽte auctoritatem. sicut etiam dñia primo fuerunt distincta iuste: vel potuerunt distingui ꝓpter cõmunem habitationẽ pacificam: sic etiã et transferri. Cõfirmatur hoc extra de prescriptionibus. Uigilãti. Et in glosa sup illud Aliena ⁊c.

Quomõ dñia iuste trãsferuntur.

¶ Alio modo fit trãslatio dñij auctoritate vel voluntate dñi immediate possidẽtis. ⁊ hoc dupliciter vno modo mere liberaliter nõ expectãdo aliquam redditionẽ quãtũ est ex natura facti. ⁊ talis trãslatio dicitur donatio. Alio modo qñ transferens expectat redditionẽ. vel vocatur ꝓprie contractus. q² in tali translatione voluntates simul trahuntur ad trãsferẽdum inuicẽ sua dñia modis inferius annotandis. Prima translatio que est donatio iusta est qñ fit a dño rei nõ ꝓhibito nec impedito a lege vel superiore a cuius voluntate depẽdeat in trãsferendo: ⁊ fit liberaliter ⁊ voluntarie potẽti talẽ translationem recipere ⁊ volẽti. Tũc enim nihil prohibet istum qui transfert cessare esse dominũ: et in quem transfert esse dominũ. Ex hoc ꝙ donatio iusta fit a domino: patʒ ꝙ nullus nõ dominus põt dare sicut monachus nec filiusfamilias cõtra volũtatẽ abbatis vel parentũ. Ex hoc ꝙ est volũtaria ⁊ liberalis patet ꝙ nullus coact⁹ dat. nec donatio a coacto est donatio: sed exactio. Similiter ab ignorante. duo enim excludit volũtarium: et inducit inuolũtariuʒ scʒ coactio ⁊ ignorantia vel deceptio. Sup quo notat vnus doctor cõtra trutanos q̃ faciunt se pauperes vel pretẽdunt: et ipsi sunt diuites. ita recipiunt elemosinas ab inuolũtarijs. q² a deceptis de statu eorũ qui nũꝗ darent eis nisi putarẽt eos esse pauperes. Quia etiã oportet ꝙ sit domin⁹ nõ prohibitus per legẽ vel superiorẽ a cuius volũtate dependeat in dãdo: et similiter nec recipiens in recipiendo: patet ꝙ clericus nihil potest dare cõtra licẽtiã pape: saltẽ de bonis ecclie vt habetur extra de sensibus romana. Ad cuius capituli obseruãtiã penã apposuit gregorius quartus: cuius capitulũ est hodie in sexto libro decretaliũ: exigit ꝙ scʒ visitãtes a visitatis nulla munuscula recipiant. ⁊ si recipiunt tenẽtur duplũ restituere: vel nõ absoluantur a maledictione quã ipso facto incurrũt: vt dicit innocentius. iiij. in nouis cõstitutionibus. Similiter etiam nõ potest dari fratribus minoribus pecunia immo nec dominiũ alicuius rei: quia nec hoc potest recipere. ¶ Sic igitur patet de donatione. Si autem fiat translatio dominij nõ liberalis mere: sed ab expectante redditionẽ que translatio dicitur contractus. hoc fit tripliciter. vno mõ rei vtilis pro re vtili. Et dicitur talis cõtractus per mutatio vel commutatio. Secũdo mõ rei vtilis pro nũmismate qđ inuẽtum est ad hoc. Et ex parte trãsferẽtis rẽ vtilem pro nũmismate dicitur vẽditio: ex parte vero trãsferentis nũmisma pro re vtili dicitur emptio. Tertio modo nũmisma etiã pro nũmismate. ⁊ dicitur iste cõtractus mutuũ. proprie in oĩbus istis cõtractibus vt sint iusti: requiritur quelibet cõditio supradicta in donatiõe. sed addũtur speciales quãtum ad primũ cõtractuʒ rei vtilis pro alia re: vt vini pro blado ⁊ huiusmodi. dico ꝙ domini taliuʒ rerum iuste eas permutãt sine fraude si seruẽt equalitatem valoris in cõmutatis ꝫm rectaʒ rationẽ. Sine fraude dicitur primo ⁊ per hoc excluditur deceptio ex parte vtriusqʒ in substantia ꝙ nõ commutet cuprũ vel auricalchũ loco auri vel argenti: vel in quãtitate ꝙ nõ minus in quãtitate: sed ꝫm mensurã rectã. Uel in qualitate: vt ꝙ nõ cõmutet vinũ corruptũ loco sani vini decipiendo proximum: sed dicitur ꝙ debet seruari equalitas valoris reruʒ cõmutatarũ. ⁊ hoc intelligẽdo equalitatẽ valoris nõ ꝫm nobilitatem rei in natura: sed ꝫm valorem ad vsum ⁊ vtilitatẽ vite hominũ. Sed subditur ꝫm rectam rationẽ. quia equalitas ista nõ consistit in indiuisibili. rei sicut dicit quidẽ doctor motus ex hoc

Trutani

De ꝯtractib⁹ vel trãslatione dñij nõ liberalis

ꝙ iusticia cõmutatiua habet ⁊ seruat mediũ rei. cetere aũt virtutes mediũ rationis. sed mediũ istud latitudinẽ habʒ. que quidẽ latitudo qualis sit: ⁊ ad quãtuʒ se extendit: quãdoqʒ ex lege positiua: quandoqʒ ex consuetudine ꝫm rationẽ innotescit. Iusticia enim cõmutatiua nõ seruat mediũ rei indiuisibile simpliciter ⁊ absolute. tale eñ mediũ vix vnꝗ posset attingi. sed ꝫm rationẽ ⁊ necessitatẽ rerũ vel vtilitatẽ ad vsum hũanũ pro qualitate tẽporũ ⁊ locorũ. Et nota hic etiã ꝙ nõ solũ in emptione ⁊ vẽditione yconomica: sed etiã politica ⁊ negociatiua seu lucratiua que est mercatorũ habẽt ista locũ. Et cũ hoc ad hoc ꝙ sit iusta: requiritur ꝙ sit in bonum cõmunitatis non in preiudicium: sicut negociatiua des regratiers. Et possunt accipere tales negociatores vltra sortem: vel carius vendere pẽsando diligẽtiã suã ⁊ industriã ⁊ pericula et etiã dãna que aliqñ incurrũt in tali negociatiõe vtili reipublice.

¶ Consimiliter dici potest per oĩa de emptione ⁊ venditione rei vtilis. s. pro nũmismate: ꝙ seruatis illis conditionibus puta seruata equalitate valoris rei ad valorem nummismatis sicut rei ad rem modo predicto fit iusta cõmutatio talis. Addo autem ad istos duos cõtractus ꝙ in ipsis licet vẽdentem vel ementem pensare dãnum suum: nõ autem cõmodum ipsius emẽtis siue eius cum quo permutat in carius vendendo: vel permutando. vt si quis multum indiget re sua: ⁊ per magnã instãtiam inducatur ab alio vt vendat eam vel permutet: cum posset se preseruare indẽnem: ⁊ ex sua venditione vel permutatione multũ dãnificetur: potest carius rem suã vẽdere: seu permutare. Nec alias sine tali dãnificatione vẽderet vel permutaret. sed si emẽs magnum cõmodum cõsequatur ex illa re sic vendita vel permutata: non potest carius vendi vel permutari ꝓpter hoc. q² ꝓpter talem cõmodum maius ex parte ementis nec res vẽdentis in se est preciosior: nec sibi melior vel vtilior. Et ideo non debet inde maius precium reportare. secus aũt est qñ dãnificaretur. q² tunc res lʒ nõ sit in se preciosior. tamen vendẽti est preciosior. ¶ De alio cõtractu nũmismatis pro nũmismate qui ẽ mutui datio vel mutuũ dicũt oẽs ꝙ oportet reddere equale in numero et pondere. et hoc vel formaliter vel equiualenter. nec tradẽs pecuniã mutuo põt recipere vltra sortẽ ex pacto nisi in aliquibus casibus: qui dicentur infra. Ad hoc adducũtur ratiões que adducũtur ad probãdum in iusticias vsurarũ quarũ prima est ꝙ in mutuo transfertur dñium pecunie in illũ cui mutuo traditur pecunia. hoc importat nomen mutui. Mutuũ est eñ facere de meo tuum vel econuerso. Et ita qui cõcedit mutuo: non manet dñs pecunie mutuate. Et ita si pro illa recipit vltra sortem non pro suo recipit vel vendit nõ suum. Alia ratio est. q² dato ꝙ maneret dñs pecunie: ⁊ non intenderet transferre dñium pecunie: adhuc pecunia de se est infructuosa: ⁊ sterilis ⁊ vsus ipsius est consumptio eius. Unde ⁊ vsus a dominio nõ separatur ꝫm aliquos. Et si est fructuosa: hoc nõ est ex se: sed ex industria vtẽtis: que quidẽ industria nõ est cõcedentis mutuo pecuniã. Et ideo si fructum de pecunia mutuata recipit de non suo recipit: vel id quod est alterius sibi vendidit. quare ⁊c. Et hec est ratio ꝓ oppositũ quare fructus pignoꝝ quẽ habẽt ex seipsis cõputãtur in sortẽ. ¶ Si forte dicas ꝙ iste ra-

De emp. et vendi. rei vti. ꝓ nummis.

Nota de mutuo.

rões circa predicta.

tiones nō concludūt. bene videtur mihi q̄ non cogunt: ex lege diuina certum sit vsuras dānari et recipere mutuātem vltra sortē: sicut dicetur infra nisi in aliquibus casibus ex pacto dico. ¶ Sed si arguas q̄ lz vnicuiq; in cōtractibus seruare se indēnem: vt dictū est supra de vēdētib⁹ carius marime cū inducūtur ab illis quib⁹ vēdūt. igitur. ¶ Similiter si inducatur quis ab alio: vt sibi mutuet licz sibi seruare se indemnem: cum aliq̄ possit damnificari ex tali mutatione. quia modo indiget sua pecunia ad vsus bonos: in quib⁹ posset lucrari: vel qui sunt sibi pro modo necessarij & vtiles: licet sibi seruare se indēnem. sed hoc non potest nisi cum pacto recipiendi aliquid ꝓportionaliter damno suo vltra sortem. q̄ sine pacto totum esset incertum. ¶ Et similiter etiam. q̄ ille qui accipit mutuo pecuniam: et reddit vltra sortem volūtarie trāsfert dōium pecunie & pro sorte & vltra sortem. et sic ille potest iuste recipere: vt videtur. ¶ Preterea etiā si prima ratio esset bona: que est adducta ad oppositū: eadē ratione sequeretur q̄ nec pro aliqua re vēdita liceret recipere vltra sortē. q̄ post q̄ vendita est: nō est vendētis sed emētis: sicut & pecunia post q̄ mutuata est non est mutuātis: sed eius cui mutuat. Si dicas q̄ ante fuit vendētis: ita dico de pecunia: que ante fuit mutuātis. ¶ Similiter etiā scda ratio nō videtur valere. q̄ si pecunia non sit ex se fructuosa: sed ex industria vtētis: fructuosa tñ posset esse mutuāti ex industria sua qua vteretur pecunia ad vtilitatem & necessitatē suam: nisi cōmodaret eā. et sic carius pōt eam mutuare: & vltra sortē accipere redimendo dānum suū: & reddēdo seipsum indēnem. quare nō. ¶ Quicquid sit de rationib⁹ dicitur cōmuniter & tenetur q̄ nō lz mutuāti pecuniam recipere ex pacto vltra sortē: nisi in aliquibus casibus puta in tribus. Primo ratione pene quentionalis si accipiēs mutuum nō soluat vel restituat tpe statuto & debito: dum tñ nō fiat in fraudē vsuraꝝ. i. q̄ mutuās nō vellet accipiētem trāsgredi terminū: vt plus acciperet. Scdo ratione interesse. Nam debitor ex cuius nō solutione creditor notabiliter dānificatur: tenet illi creditori de interesse. creditor aūt non posset habere actionē ꝓtra eum in foro exteriori de hoc nisi essent pacta vel munimenta: lz in foro cōscientie teneatur debitor vltra sortē ad interesse. Tertio q̄n vtrūq; s. & capitale & superfluum ponit sub incerto. q̄s ꝓbat extra de vsuris in capto Auigāti. §. ratione. per locū a simili. q̄ sicut ibi incertitudo excusat ita hic. ¶ Quod autem non liceat aliter de mutuo ex pacto recipere vltra sortē: cum sit vsura: pz & ex nouo testamēto Luce. 6. ca. 6. date mutuum nihil inde sperātes. & ex veteri testamēto Ezechie. 18. Ad vsuram nō commodauerit &c.

Casus i q̄b⁹ solū lz mutuāti pecu. recipe ex pacto &c

Luce. 6. cap. 6.

Ad prece. rationes.

¶ Ad illa vero que adducūtur dico. Ad primum q̄ in ꝓtractu mutui nō lz isti seruare se indēnem recipiendo vltra sortē ex pacto nisi modis predictis: sed tenetur ex lege diuina ad nō recipiēdum vltra sortem. & potest seruare se indēnem nō mutuādo pecuniam suā. Nullus esset cogit eum ad faciēdum misericordiā ꝓximo suo cum dāno suo. ¶ Ad scdm dicitur vnomodo q̄ lz dōium superfluū accepti vltra sortem trāsferatur in vsurarium: tamē tenetur ad restitutionē & iniuste retinet. Sicut etiam dōiū pecunie mutuate trāsibat in acipientem: & tñ tenebatur restituere feneranti vel mutuanti. Aliter potest dici ēm alios q̄ dōium non transit in feneratorem. q̄ ex ꝓcepto diuino ꝓhibetur accipere vltra sortem ex mutuo. & ita impeditur ille ab accipiēdo quātumcunq; alius velit sibi dare & vltra sortē aliquid restituere: nisi coactus ex pacto vel signo equipollente. Si tñ daret sibi aliquid vltra sortem non ex pacto nec ex signo equipollēte: vel equipollente facto ex parte mutuantis: sed per modum curialitatis & libere: & iste reciperet nō ratione mutui: sed sicut curialitatem: nec in fraudem vsurarum: nō videtur quin posset recipere iuste hoc modo vltra sortem: nec teneretur ad restitutionē: & quin dōium talis dari in ipsum trāsferretur. ¶ Ad tertium nō deo q̄ ratio illa cōcludat necessario: que adducebatur cōtra vsuras. Similiter nec scda: nec forte alia aliqua. vnde nec illa que adducitur de tempore: q̄ vsurarius vēdit tempus quod nō est suum: nō concludit. Diceretur esti q̄ nō vēdit tēpus: sed carius mutuat vt faciat indēnem. quia hoc tempore plus sibi valet pecunia qua potest se iuuare: & tñ mutuat eam cum dāno suo vel periculo: vt reddatur sibi tē pore alio. Et ita ex parte mutuantis traditur plus tēporis: & ex parte accipiētis traditur & restituitur plus rei: non q̄ tēpus vendatur: sed q̄ plus valēs hoc tēpore nisi mutuāti in dānum suum mutuatur: nisi restituatur sibi postea dānum suum: & per cōsequens plus rei vel pecunie. ¶ Que autem supradicta sunt de cōmutatiōibus rerum vtilium pro se inuicē vel pro nūmismate dicta sunt de cōmutationibus in quibus vterq; statim recipit quod suū est. sed q̄n cōmutans nō statim recipit illud pro quo cōmutat: sed differtur hmōi receptio: eedem regule sunt seruande quātum ad iustum & iniustum. Adpitur tamen ab vno quātum ad tales cōmutationes q̄ cōmutans non vēdat tempus: & q̄ non ponat se in tuto de lucro & illum cum quo cōmutat de damno. Alioquin esset vsura si venderet tempus. i. ratione dilationis ipsius solutionis per tēpus carius vēderet: q̄n res valeat: quando vendit eam: cum tñ tunc esset vēditurus. talis em̄ est vsurarius vt patz extra de vsuris consuluit. Similiter etiā si non determinat precium q̄n vendit: sed expectat determinari precium in futurum. sic q̄ in tuto se ponit de lucro: & emētem de damno. quia tunc in futuro res plus valitura est: & solet valere cōmuniter & regulariter q̄n quādo vendit cum tñ ipsam rem venditurus esset alias quando vendit vsurarius est. et hoc siue tale tempus ponatur indeterminatum tñ conditionatum: q̄ quando res plus valebit: siue ponatur tempus certum & dies prefixa quādo solet res plus valere. ¶ Sic igitur pz de modis alienandi dominium rei: quomodo iuste fiunt. modo restat dicere de modis transferendi vsum vel rem quātum ad vsum. Et sunt duo modi. vnus est accommodatio et alius est locatio. Accomodatio est liberalis translatio rei quātum ad vsum. & habet similes leges vel regulas quantum ad iustum vel iniustum: sicut liberalis donatio cui correspondet. Sed locatio assimilatur & correspondet emptioni vel venditioni. & habet similes leges vel regulans quantum ad iustum vel iniustum: sicut emptio vel venditio suo modo. Mutuo vero non correspondet aliqua translatio rei quantum ad vsum: sed pecunia locari potest retento dominio apud locātem. habet em̄

De trāslatiōe rei q̄tuz ad vsum.

Quomō res iniuste occupari pōt.

aliquem vsum vtilem preter eius consumptionem: vtpote ad vidēdum vel ornādum & ostēdēdum possibilitatem vel aliquem esse diuitē: sicut et localia. Et pro tali vsu retēto dominio potest locari & pecunia inde recipi: & talis translatio quātū ad vsum dicitur locatio. similiter etiā pro tali vsu potest accōmodari retento dominio. & dicitur talis translatio vsus accōmodatio. ¶ Sic igitur ptz quomodo iuste trāffertur res: & possidetur vel quātum ad dominium: vel quātum ad vsum: & quomodo iuste occupatur. Ex predictis per oppositum dico q̄ patz quomodo res potest iniuste occupari ve transferri ad aliquez. q̄ rectum est iudex sui ipsius & obliqui: sicut dicitur primo de anima. Nam in donatiōe est iniusticia ex deceptione et coactione seu inuoluntario. & hoc sicut supra dicebatur. vel ex non potestate & alijs oppositis ad illa que superius dicebantur. similiter in alijs: sicut patz. Sed preter iniusticias in donationibus vel contractibus supradictis sunt iniusticie alie: puta quādo aliquis vsurpat vel occupat rem alterius dōo simpliciter iuito siue per furtum: siue per rapinam. Et iste iniusticie sunt manifestiores q̄ alie supradicte in contractibus & maiores. Nam in illis est iniusticia quantū ad aliquas cōditiones. in his autem simpliciter. Hec de secūdo articulo principali.

¶ Quantum ad tertium articulum ostēdam. Primo q̄ restitutio alieni est faciēda: et quare. Scdo quis tenetur restituere. Tertio quid tenetur restituere. Quarto cui est restitutio facienda. Quinto quomodo est facienda. Et sexto quando est facienda. ¶ De primo dico q̄ sicut auferre alienum iniuste est peccatum mortale & cōtra preceptum decalogi. Non furtum facies: ita etiam et tenere alienum iniuste. Et ideo sicut necessarium est seruare preceptum negatiuum: ita necessariū est non tenere alienum iniuste. & per cōsequēs vel actu statim reddere habita oportunitate. Et dico q̄ hoc necessarium est ad vere penitēdum in habente vel detinente alienum sciēter & aduertēter: ita q̄ alias vere non potest penitere nisi actu vel habitu & prōptitudine puta si occurreret sibi: & de hoc cogitaret: ꝓponat restituere: vel actu restituat si habet opportunitatem. sed dico q̄ talis restitutio non est facienda vt quedam pars satisfactionis que dicitur tertia pars penitentie: sed precedit talē satisfactionem actu vel habitu. sicut cessatio a peccato actu vel habitu. Non est enim nisi cessatio ab hoc peccato contra preceptum: non furaberis vel nō furtum facies: sicut reddere adulteram viro suo. non est nisi cessare a transgressione huius precepti. Non mechaberis. et precedit penitentiam seu satisfactionem iniunctam a sacerdote. vnde nec iniungitur a sacerdote restituere alienum: sed hoc iniungitur a lege diuina. et sicut tenens adulteram non capax penitentie sed irrisor. Et si veniat ad penitentiam addit peccatum peccato: ita detinens alienum voluntate vel facto: dum talis est: non est capax penitentie sed irrisor. Est igitur restituere alienum ad veram penitētiam necessarium: sicut cessare a peccato est ad hoc necessarium. Et sic patet q̄ necessarium est restituere: & quare. ¶ De secundo quis tenetur restituere dātur duo versus istis. Jussio consilium cōsensus palpo recursus participans mutus

Q̄ restitutō alteri est faciēda et quare.

Qui tenetur restituere.

non obstans non manifestans. Quorum sententia stat in hac maxima: quicunq; abstulit vel detinet alienum iniuste: tenet restituere. Auferēs aūt pōt esse vel vt causa principalis seu precipiens vel sub principalis seu instrumentalis: vt exequens vel coadiuuans: vel vt causa inducens vel consulens: vel vt consentiens non impediēdo cum posset sine preiudicio sui status et persone et boni sui: vel fauens et adulans tali adulatione vel fauore sine quibus non fieret: vel recipiens & sustentās. Consimiliter de detinēte modis predictis. vel vt causa principalis: cuius imperio detineretur positiue vel priuatiue: scz quando iubet restitui: quando ad eum pertinet ex officio: vel auxilium seu fauorem prebens: vel socius in detinendo: vel non obstās cum posset cōmode: vel tacens: quando per verbum suum cōmode posset reddi. vt in iudicio requisitus quando tacet veritatem: & non manifestat. Et breuiter omnis obligatio ad restitutionem reducitur ad auferre vel detinere aliquo modo predictoz: aut vt causa principalis vel precipiēs: vel causa proxima exequens vel coadiuuans: vel cōsulens seu inducens: vel non impediens & huiusmodi. Et hec omnia reducuntur ad consensum efficacem verum vel interpretatiuum auferendi vel detinēdi alienū. Et omnes predicti tenentur quilibet in solidum sed vno restituente: omnes alij liberantur. tenentur tamen restituenti quilibet pro rata sua. Omnes ergo predicti plectuntur pari pena ēm illud. ij. q. j. Notum sit vbi dicitur q̄ facientem & consentiētem pari pena constringit. Et accipitur a priori edicto pauli ad Romanos. j. Non solum qui talia agunt digni sunt morte: sed etiam qui consentiunt facientibus. ¶ De tertio. s. quid restituendum: vico q̄ res ablata vel iniuste detenta et fructus ipsius: si est ex se fructifera. non autem fructus qui prouenient ex industria occupantis. vnde & lucrum pecunie fenoris non est restituēdum: licet pecunia fenoris sit restituenda. et hoc verum est. quod multum potest mouere: & mouet aliquos ad fenerādum: Quod autem non teneatur restituere feneratoz lucrum exquisitum ex pecunia fenoris probatur. Alioquin enim recipiens tale lucrum posset iuste esse vsurarius. Nam recipere lucrum vel fructum de sua pecunia per industriam alterius est facere vsuram. Debent autem ista restitui ab occupāte iniuste: vel equivalentia si non habētur. ¶ De quarto cui. scz facienda sit restitutio: dico q̄ damnificato debet fieri restitutio si sit possibile: nec interueniat impedimentum: puta prohibitio alicuius superioris vel aliquid tale. Et hoc damnificatus motus est a restituente: et potest haberi presens vel est presens vel si res restituenda potest sibi mitti absq; maiori sumptu veli nōmodo: q̄n valeat tm̄ restituēdum: vel suis heredibus seu propinquis si est mortuus: vel si absens: sic q̄ non potest commode sibi mitti: nec expectetur probabiliter reuersurus: vel presens futurus: consimiliter sicut sibi. Et ista sunt cōsona legi nature. Nam in his duobus casibus verisimile est q̄ vellet restitutionem fieri isto modo. Sed si est mortuus & non sunt propinqui eius noti: vel si illud quod restituendum est esset maioris sumptus in mittendo q̄n vtilitatis illi cui mitteretur: et nesciuntur propinqui eius: dico q̄ pauperibus fienda est restitutio vice illius. quia cui non potest fieri

Quid restituēdū.

Cui fieri do est restitutio.

poraliter reddi: spiritualiter redditur. et redditus spiritualis fit maxime reddendo pauperibus pro illo. videtur tamen vnus doctor dicere ꝙ illo non mortuo sed viuente et distante si restituendum sit maioris sumptus ad mittẽdum ꝗ valoris: dato ꝙ sciantur propinqui illius: ⁊ habeantur presentes: non debet eis restitui: sed pauperibus. Et ratio potest esse. quia nondum illi tanꝗ heredes successerunt. Potest tamen dici ꝙ eis potest restitui. quia licet nondum tanꝗ heredes successerint: presumi potest de sua voluntate: ꝙ eis velit illud restitui: nisi aliunde oppositum appareret: ⁊ tunc pauperibus esset restitutio fienda.

Quomodo restitutio sit faciẽda.

¶ De quinto dico ꝙ restitutio per talem modum fieri debet: vt si fieri debet: vt si potest fieri non prodatur crimen restituentis: nisi alias fuerit notum: sed sit crimen occultum hoc autem aliquando potest facere restituens per seipsum siue in restitutionibus certis: siue in restitutionibus vagis erogando pauperibus. quia de restiutionibus vagis nõ inuenitur necessarius mediator determinatus. Si autem non potest facere per seipsum: quin procederetur crimen. quia semper alias melius est: ꝙ faciat per seipsum: potest tunc restituere per personam ydoneam ⁊ fidelem: de cuius fidelitate sibi constet. Et maxime ad hoc est idonea persona confessoris: cui iam est crimen vel peccatũ detectum: vt videtur: nisi aliquid aliud hoc impediat. Et sic patet quomodo fit restitutio: et per quem vel per quos facienda.

Quñ ẽ faciẽda restitutio.

¶ De sexto. scꝫ quando dico ꝙ oportunitate habita. non enim licet tenere alienum inuito domino. i. domino inuito: ⁊ quando debet esse inuitus. i. quando rationabiliter vult ꝙ sibi restituatur. Et per consequens restitutio non semper statim est facienda sed oportunitate habita quãtum ad omnia concurrentia ad hoc vt fiat: ⁊ iuste vel recte fiat. vnde et in casibus posita voluntate restituendi interius licet differre restitutionem exterius. Et vniuersaliter in omni casu in quo ille cui est facienda deberet rationabiliter velle eam differri: ⁊ non statim fieri vt quando restitutio est in preiudicium communitatis: vel illius cui fiat restitutio: vel in diffamationẽ proximi restituentis. Magis enim debet diligere famam proximi ꝗ modicum bonum temporale sibi restitui. vel quando restitutio esset nimis notabiliter damnosa restituenti: ⁊ modicum proficua sibi et in his casibus vel consimilibus (si aliqui sunt) non habetur oportunitas restituendi. Similiter etiam quando nnon potest restituere patet. Sufficit ergo in talibus casibus propositum restituendi oportunitate habita. sicut patet in vltimo casu: quando non habet vnde: nec potest: planum est ꝙ pro tunc non tenetur: licet teneatur: pro quando venerit ad pinguiorem fortunam. Actio enim vel ius agendi illius cui fienda est restitutio: non cessat nec soluitur per inopiam istius: sed sopitur ad tempus: donec veniat ad pinguiorem fortunam: sicut habetur de debitore et creditore extra de solutionibus: odardus ⁊ notatur in glosa. Hec de tertio articulo principali.

Ad rões principales.

¶ **Ad primum principale ar**gumentum cum illis que implicantur in ipso: patꝫ ad omnia ex predictis vsqꝫ ad illud: quando dicitur ꝙ occupans rem alterius potest esse in vltima necessitate in qua indiget tali re. dico ꝙ si ille cui est hoc restituendum non sit in vltima necessitate: non est sibi restituendum: sed factum est illius qui occupat illud ĩ tali necessitate iure poli. Et ptꝫ extra de verborum significationibus: exiij. Et est hodie in sexto libro: exiij qui seminat ⁊c. Nec tunc debet velle ille cuius fuit: ꝙ sibi restituatur. immo ipsum deberet dare: si haberet illi qui extrema necessitate detinetur. Si vero ambo scilicet detinens et cuius res detinetur sint in extrema necessitate si prius deuenit dominus ad illam extremam necessitatem ꝗ detinẽs: dico ꝙ debet sibi reddi si potest: duplici iure. vno quia sua est. alio quia in extrema necessitate est cui per alium non subuenitur. Si vero detinens prius deuenit ad extremam necessitatem: tunc idem quod prius. dico ꝙ res facta est detinentis: et cessauit dominium primi domini in re ista. nec debet sibi reddi si postea deueniat ad talẽ necessitatẽ stante necessitate primi. Si dicas ꝙ ambobus simul deuenientibus ad extremam necessitatem detinens rem non debet eam reddere primo domino. quia magis debet diligere vitam suam et subuenire proprie necessitati: ꝗ alterius. alioquin seipsum priuaret vita: ⁊ esset homicida sui. Dico ꝙ immo debet illam restituere domino primo: nec potest eam retinere. quando dicis ꝙ magis debet diligere vitam propriam ⁊c. dico ꝙ magis debet eam diligere vt est diligibilis ad vitam eternam. ⁊ dico ꝙ in hoc casu non diligeret vitam suam ad vitam eternam: sed potius iniuste diligeret animam suaꝫ et ad mortem eternam. Et ita potius debet sustinere dispendium mortis negligẽdo iuste vitam suam ꝗ peccare sustinendo eam de alieno: quod est alicuius in extrema necessitate positi cui statim potest restitui. Nec est homicida sui. mortẽ enim sustinet: et non infert: sed esset homicida. alterius magis. vnde isto modo homicida suspendẽdus non debet occidere suspensorem vt custodiat vitam suam. sed magis debet sustinere dispendium mortis iuste ꝗ alium occidere: ne suspendatur. Nec est homicida sui sicut patet.

bona difficultas.

¶ Sed nunquid ille detinens rem que prius deuenit ad extremam necessitatem et facta est sua pro illo tunc tenetur postea ad restitutionem: si deueniat ad pinguiorem fortunam.

1. solutio

¶ Ad hoc respondetur ꝙ res illa que fieret detinẽtis in extrema necessitate: nõ posset esse nisi res pertinens ad victum: que in vsu consumeretur: vt panis vel vinum vel huiusmodi. Aut igitur detinens occupasset eam ante extremam necessitatem: aut in ipsa extrema necessitate si ante: tunc dicitur ꝙ ipso veniente ad pinguiorem fortunam teneretur ad restitutionem. nec in ipsa necessitate tolleretur ius alterius pro semper: sed pro puncto illo vel hora extreme necessitatis: pro qua iste necessitatus esset et ex obligatione precedente. quia iniuste occupauit aliquando: teneretur postea ad restitutionem: ita ꝙ obligatio illa esset sopita pro hora extreme necessitatis. Si autem ipsa hora necessitatis occuparet eam dicitur ꝙ extunc esset sua: ⁊ iuste occuparet eam: nec teneretur postea ad restitutionem. Eodem modo videretur alijs posse dici de pecunia vel re alia statim commutabili in aliquid victuale pro hora necessitatis extreme.

Scdã.

¶ Alijs videretur posse dici ꝙ occupans vel detinens rem necessariam pro hora necessitatis extreme sit dominus illius rei et cessat dominium pro illa hora a domino priori. sed cessante necessitate cũ postea peruenerit ad pinguiorem fortunam: tenetur ad restitutionem: et reuertitur dominium ad priorem dominum: et tenetur ille ad restitutionem siue prius siue tunc occupauerit. Teneatur via que videtur melior. quia neutra est mihi certa. Similiter ad illa que sequuntur in eodem argumento: patet ex predictis: nisi de adultera habente filium illegitimum. dicunt aliqui ꝙ debet reuelare in secreto veritatem filio spurio inducendo eum: vt dimittat hereditatem filio legitimo. Aliter ꝙ debet dicere viro suo vt assignet hereditatem filio legitimo.

Cõtra 1. respon.

¶ Sed cõtra primum dictum videtur. quia aut filius crederet matri: aut nõ si crederet: tunc mater esset diffamata apud filium. et in aliquibus locis in quibus succedit hereditas primogenito: non permitteretur relinquere hereditatẽ. vel si permitteretur: difficile esset: vt propter conscientiam talem secretam dimitteret hereditatem magnam. pauci enim tales inueniũtur. Et preterea forte non crederet sibi. Si igitur non crederet: esset idem malum quod prius: ⁊ cum hoc vnum aliud. quia mater esset diffamata ⁊ frustra.

Contra 2. solu.

¶ Contra secundam responsionem. quia ⁊ mulier se diffamat apud virum: et exponit eum periculo vxoricidij: ⁊ seipsam periculo mortis ⁊ ppetui odij a marito. ⁊ maritus non tenetur forte sibi credere. et dato ꝙ credat: non potest hereditatem a primogenito aufferre: nisi pbet eam esse talem in foro exteriori: maxime vbi de iure cõmuni primogenitus est heres: non ex voluntate patris.

3. solu.

¶ Aliter ergo dicitur ꝙ talis adultera debet suadere: sicut potest conuenientius: vt filius spurius dimittat hereditatem non prodendo crimen suum: sed per alias vias vtpote suadẽdo ꝙ intret religionem: vel ꝙ fiat clericus ⁊ recipiat beneficia ecclesiastica: ⁊ sic per consequens alteri fratri vero heredi relinquat hereditatem. sed si per istas vias: vel per aliam honestam non possit eum ad hoc inducere: non videtur ꝙ tali in persuasibili ab ipsa debeat se prodere. quia non apparet ꝙ sibi obtẽperaret in hoc: immo forte magis animaretur ad tenendum. vt caueret notam male nati quam multum solent cauere tales spurij. Et tunc debet laborare restitutionem fieri vero heredi aliunde: sicut potest bono modo ẽm correspondentiam iusticie. Non ꝙ teneatur ad equiualens toti hereditati. quia multum differt habere et prope esse ille autem nunꝗ habuit hereditatem. sed sufficit restituere ẽm arbitrium boni viri.

Ad. 2. princi.

¶ Ad secundum argumentum principale patet ex dictis in corpore questionis: quid dicendum si restitutio fieret in preiudicium illius cui fit: vel in preiudicium boni coommunis.

Ad. 3.

¶ Ad tertium dico primo de bonis anime: ꝙ aliquis damnificans alium in eis: puta inducens ad peccatum: vel retrahens a bono: puta a religione ⁊ virtute: tenetur illi damnificato ad restitutionem suo modo: sicut est sibi possibile: puta inducendo ipsum efficacite r ad penitentiam et ad actus virtutum et vitam religiosam. Et si sola inductio non sufficiat. quia facilius est peruertere ꝗ cõuertere debet alio modo niti: vtpote per seipsum orando et orationes aliorum procurare ad hoc: vt ille reducatur. Plus enim damnificatur qui in bonis anime damnificatꝰ: ꝗ qui in bonis fortune: sicut illa sunt meliora ꝗ ista. Et ita non minus tenetur damnificans alium in istis ad restitutionem ꝗtum sibi est possibile: ꝗ in illis. Si quis autem abstraxit aliquem a religione aliqua vel impediuit intentione damnificandi religionem: aut ille est obligatus obligatione professionis ad religionem: ⁊ tunc tenetur laborare quãtum potest vt ille reuertatur ad religionem. aut non obligatus sed dispositus: et tunc non tantum illi religioni tenetur sicut primo: sed ad aliqualem restitutionem: puta ad inductionem alterius equiualẽtis ad ingressum religionis.

nota correlarium

¶ Ex quibus patet vnum correlarium. scilicet ꝗ periculosum est ⁊ fatuum inducere aliquem ad peccatum: vel retrahere a bono virtutis: et impedire ipsum a sancto proposito religionis.

de bonis corporis

¶ De bonis corporis dico ꝙ aut damnificans intulit damnum vltimum puta mortem. Aut nõ vltimum: sed citra mortem. si primo modo planum est ꝙ tenetur ad restitutionem occidens hominem iniuste. Similiter damnificans citra mortem: ⁊ hoc siue damnum sit irremediabile vt mutilatio vel amputatio membri: et hoc siue sit enormis siue non: siue sit remediabilis vt vulneratio vel huiusmodi lesio. Et dico ꝙ in omnibus istis iuste posset statui a principe vel communitate lex talionis: vt redderet damnificans vitam pro vita: dentem pro dente: oculum pro oculo: manum pro manu: vulnus pro vulnere: liuorem pro liuore: sicut erat in lege mosayca. Non ꝙ haberet virtutem lex talionis a lege mosayca. quia hoc esset iudaisare: sed ex auctoritate instituẽtium sub lege noua. sicut etiam multa alia legalia possent rationabiliter institui a legislatore euãgelico. ⁊ sunt statutã de facto: vt patet ex decretalibus multis: *decreta.* specialiter extra de iniurijs ⁊ damno dato: cap̃. j. ⁊ quinto sequentibus: que oĩa sumuntur a lege moysi Exodi vigesimosecũdo ⁊ trigesimotertio. *Exodi.* Nec hoc est iudaisare: sicut patet. Tunc dico ꝙ de facto in multis terris constituta est lex talionis pro homicidio iniusto. ⁊ confirmata est per christum Mathei vigesimosexto. vbi dicitur: omnis qui gladio occiderit gladio peribit. Et dico ꝙ talem legem iustaꝫ et consonam rationi naturali homicida debet patienter portare et subire in restitutionem pro vita occisi. Quod si alicubi non sit statuta: nemo debet sibi mortem inferre. Nemini enim licet seipsum occidere: nisi ex precepto dei: sicut fecit forte sanson. *August.* de hoc August. primo de trinitate capitulo decimonono vigesimo ⁊ vigesimoprimo ⁊ ibi de Sansone ⁊ de Abraham quomodo excusantur vel potius commendantur: sed expedit sibi vt exponat vitam suã in causa iusta contra inimicos ecclesie pro restitutione faciẽda illi cui vitam abstulit. ꝙ si tantam restitutionem nolit facere debet aliam facere secundũ arbitrium bonorum equiualentem: eo modo quo equiualentia potest in talibus attendi. Nec debet absolui sine restitutione facta vel fienda talis homicida multominus ꝗ homicida vel equicida: vt ita loquar.

De dãno enormi tñ citra mortem.

¶ Si vero damnum sit citra mortem ⁊ irremediabile: vt mutilatio enormis vel nõ enormis: cõmuniter de ipsa non est statuta restitutio nisi pecuniaria. ⁊ debet talis pena correspondere non solum damno: quod incurrit quis per mutilationem vel vulnerationem pro tempore preseenti vel futuro. quo vsurus esset tali membro: sed etiã expensis appositis in curatione ⁊ placatoii ei consolationi vulnerati vel mutilati. Et hoc ẽm exigen

ciam ꝛ conditionem personarum: puta diuitis vel pauperis hinc vel inde ſm arbitrium bonorum. Similiter etiam dicitur ꝙ si occisus vel mutilatus de membro lucratiuo sustentabat aliquos quãtum ad vitam precipue non potentes lucrari aliunde nec habere victum suum nisi mendicando: occidẽs vel mutilãs tenetur de vita prouidere. Non solum eñ lesit illum in seipso: sed etiam in familia sua: sicut patet. ¶ De bonis fame dico ꝙ quilibet iniuste aufferens famam alterius vel damnificans eum in fama tenetur de necessitate restituere illi famam suam: etiam cum detrimento fame. Si autem aliter non potest fieri. Quod autem in bono fame damnificãs teneatur ad restitutionem patet quia bonum fame maius est ꝙ̃ fortune. vnde ꝛ sapiens dicit curam habe de bono nomine. Melius enim est nomẽ bonum ꝙ̃ diuitie multe. igitur plus ledit aliquis proximum in fama ꝙ̃ in fortuna. ꝛ per consequens non minus tenetur sibi ad restitutionem hic ꝙ̃ ibi. ¶ Ad cuius euidẽtiam dico ꝙ aliquis potest aliũ infamare vel ledere famam eius vno modo falsum crimen sibi imponẽdo in publico. Secundo modo verum occultum: tamen sibi imponẽdo in publico. Secundo modo verum crimen occultum sibi impositum in publico negãdo. quia sic negans notat imponentem de calumnia. ¶ Primo modo dico ꝙ tenetur leso ad restitutionem fame reuocando verbum suum: ꝛ retractando. ꝛ ita in publico: sicut dixit in publico. alias enim non seruat iusticiam reddendo quod suum est: puta famam quam iniuste abstulit. Si dicas ꝙ talis lederet famam propriam: ꝛ debet magis diligere famam propriam ꝙ̃ alterius sicut tangitur in argumento: dico ꝙ fama propria non est diligenda contra iusticiam: sicut nec vita propria: vt superius dicebatur. Iustum est autem vt isti iniuste dãnificato in fama restituatur fama. quia sibi debetur. non autem illi qui iniuste alium diffamauit. vnde iniustum est ꝙ seruet sibi famam non restituendo alteri famam que sibi debetur. Accusans enim alium iniuste de falso crimine ꝛ publice in hoc ꝙ mentitur ita publice in accusando radicaliter ꝛ virtualiter seipsum infamat: ꝛ reddit seipsum indignum fama. ꝛ tunc quando alteri restituit famam suã: non proprie seipsum diffamat: sed magis amouet a seipso falsam laudem: qua indignus est post talem accusationem. Sicut etiam qui fornicatur coram duobus vel tribus: si illi postea accusent eum: non diffamant eum. sed lesionem dignitatis: quam ipse sibimet fecit: publicant. Ipse enim seipsum infamat sic in publico faciendo factum suum. Similiter dico ꝙ qui imponit in secreto vel etiam in priuato coram vno vel duobus vel tribus falsum crimen alteri: tenetur retractare illud quod sibi imposuit. ꝛ per rationem supradictam. si quis autem nonc imponat certitudinaliter nec in publico nec in priuato: sed murmurat cum alijs. vel dicit se audisse narrari de alio: dico ꝙ periculo se exponit propter scandalum pusillorum audientium: qui possunt esse leues in credendo: qui tamen propter hoc non deberẽt credere. quia qui cito credit leuis est corde. Et rara fides ideo quia multi multa loquuntur. Et si narret hoc intentione ledendi famã eius: dico ꝙ cõtra charitatem facit. ꝛ grauiter peccat. Si autem non intentione tali: durum est ꝙ excat genus peccati venialis quia lingua lubrica est:

De damno fame. — *Sapiẽs.* — *quot modis aliqs põt aliũ diffamare.*

et in lubrico posita: et qui non offendit verbo: hic perfectus est vir. ¶ Secundo modo infamandi: puta imponendo alteri verum crimen occultum tamẽ in publico dico ꝙ tenetur illi restituere famam suam: sed non retractando verbum dicendo se dixisse falsum. quia tunc mentiretur cum sciat illud esse verum. in nullo autem casu tenetur mentiri: sed aliquo modo alio dicendo. Non teneatis vel reputetis istum pro tali. Ego male dixi imponendo sibi hoc ꝛ fatue. Et hec quidem vera sunt. quia non seruato ordine iuris. quia imposuit in publico: quod non potest venire in publicum. vel verificari in publico seu probari. Et ista persuasio. Non reputetis istum esse talem bona est. quia quilibet estimandus est bonus: donec probetur oppositum: quare ꝛc. ¶ Tertio modo infamandi qui non est proprie infamare: dicitur ꝙ negans in publico verum crimẽ occultum tamen: sibi impositum publice vel coram iudice non tenetur imponenti ad restitutionem fame. licet enim ledat eum in fama aliquo modo. imponens tamen debet sibiipsi imputare ꝛ magis seipsum infamat ex indebito modo imponendi ꝙ̃ iste negans. ¶ Sed quid de isto qui negat tale crimen verum occultum tamen: peccat ipse mortaliter. vel quomodo videtur ꝙ mortaliter quia mentitur mendacio pernicioso contra accusantem ꝛ bonum communitatis: eo ꝙ non potest puniri super tali crimine vero sibi imposito. Dico ꝙ talis non deberet negare dicendo illud esse falsum simpliciter: quia mẽtiretur: sed in casu isto bona esset responsio iuristarum: vt diceret nego istud sicut proponitur: vel vt proponitur. quia vt in publico. ꝛ debet ista responsio sufficere iudici. nec debet eum cogere: vt dicat illud esse verum vel falsum. Et si velit eum cogere: debet dicere ꝙ sufficienter respondit ad accusationem: nec a tali respõsione vult recedere. Si autem neget: dicendo illud esse falsum: peccat quidem. quia mẽtitur cum sciat illud esse verum. sed ꝙ mortaliter peccet: durum est dicere. Nec probant hoc ille rationes. De mendacio pernicioso contra proximum accusantẽ diceretur ꝙ non: sed ipse est perniciosus sibiipsi accusando in publico: quod nõ est publicum. nec communitati. quia communitas nõ habet punire nisi publica: non autem occulta vel secreta sed deus tantum. sed videretur magis mendacium officiosum ꝙ̃ perniciosum. ꝛ ita non videretur mortaliter peccare: sed venialiter. ꝛ tamen qꝛ bonarum mentium est ibi agnoscere culpam: vbi culpa non est: debet de illo confiteri indistincte tã ꝙ̃ de mortali: si mortale: vel de veniali: si veniale et in dubio. Si autem neget dicendo illud sibi impositum esse falsum: dicunt aliqui ꝙ tenetur accusanti ad restitutionem fame: non quidem retractando negationem suam dicendo ꝙ false negauit illud sibi impositum: tunc enim confiteretur crimen suum publice. ꝛ posset puniri pro eo sed per quedam alia verba cauta dicendo de accusante quem indirecte notauit de calumnia non habeatis eum pro calumniatore. quia puto ꝙ habit bonam intentionem: et forte credidit se posse probare intentum suum: cum non possit: et sic deceptus fuit. Ex his patet quid dicẽdum ad omnia que implicãtur in illo tertio argumento principali.

bona difficultas.

¶ Distinctionis Decimesexte. Questio Unica.

Circa distinctionẽ xvj. esset querendum vtrũ contritio ꝯfessio ꝛ satisfactio sint partes penitentie. sed quia tota ista q̃stio stat in paucis verbis planis. nam planum est ꝙ ista non sunt partes penitẽtie virtutis: nec penitentie actus qꝛ ille sunt qualitates simplices non habentes partes integrales. ꝛ similiter ille sunt habitus vl' actꝰ voluntatis elicitus existentes in voluntate formaliter ꝛ subiectiue. non sic autem oris confessio ꝛ exterior satisfactio que sunt actus exteriores imperati ab ipsa voluntate. Similiter etiam quia habitus vel virtus penitentie est aliquid permanẽs. sed cõfessio ꝛ satisfactio aliquid successiuum. Similiter etiam planum est ꝙ loquendo de penitẽtia que est sacramẽtum. ista tria non sunt partes eius integrales. Nam sacramentum est aliquid sensibile. contritio autẽ non: sed aliquid spirituale intertus in mente similiter satisfactio est aliqd posterius sacramẽto totali. ꝛ potest dici fructus penitẽtie virtutis ꝛ penitentie sacramẽti. ¶ De confessione vero vtrũ sit pars penitentie sacramenti: dictum est supra. tamen hic dicit Scotus ꝙ non est pars. quia nihil est absolutionis sacerdotalis: licet sit aliquid necessario preuium: sicut ꝛ contritio vel displicẽtia de peccato ad ipsam absolutionẽ. quia iudex arbitrarius cuiusmodi est sacerdos in foro conscientie non absoluit nisi prius confessum per cuius confessionem potest habere noticiam de causa. Sic etiam satisfactio necessaria est saltem in voto ad hoc vt absolutio habeat efficaciam. Et debet sequi postea in re: sicut iniungitur a sacerdote non errante. ¶ Dicitur tamen ꝙ aliquo modo ista tria possunt dici ꝑtes penitentie. quia ad istos tres actus scilicet detestandi peccatum: confitendi peccatum: ꝛ satisfaciendi exterius pro peccato consequitur triplex pena correspondens equiualenter ſm iusticiam vindicatiuam punitioni peccati vel peccato ipsi punibili. ꝛ iste tres pene sunt ꝑtes totalis pene correspondentis peccato ad punitionem eius. Nam ad detestationem interiorem sequitur tristicia: ad cõfessionem erubescẽtia: ad satisfactionem exteriorem penalis vel corporalis afflictio vel miseria. ¶ Et sic iste tres pene integrant vnã penam totalẽ adequatam peccato ꝛ punitiuam eius que potest dici penitẽtia quasi passiue ſm triplicem penam vel passionem: sed illi tres actus ad quos sequuntur tres pene ille: etiam possunt dici partes integrales actus totalis punitiui peccati ſm correspondẽtiam adequatam. qui nõ est vnus simplex actus sed magis triplex actus predictus. Et potest dici penitentia actiue: sicut illa triplex passio dicebatur penitẽtia passiue correspondens adequate peccato punibili ſm legem iusticie vindicatiue peccati promulgatã ex scriptura quia habet ꝙ non solum de peccato: vt puniatur: est displicẽdum: verũ etiam confitẽdum ꝛ satisfaciendũ de peccato dico mortali actuali cõtracto post baptismũ. Similiter etiã possunt ista dici partes subiectiue penitẽtie: accipiẽdo penitẽtiã i cõi ꝓ pena vel actu tali nõ ꝓ pena vel actu pctĩ adequãte. qꝛ igit ista sunt plana ꝛ breuia: de ista q̃stione supsedeo quõ ad p̃ns: et de ista distinct. sit.

Cõtritio cõfessio ꝛ satisfactiõ an sit ꝑtes penitentie. — *Nota.*

¶ Distinctionis. xvij. Questio Prima.

Circa distinctionẽ xvij. quero primo. quia i iustificatione impij ꝑ contritionẽ vel penitẽtiã inuenit culpe remissio ꝛ gratie infusio. vtrum ista duo. s. remissio culpe ꝛ infusio gratie sint due mutationes vel vna. ¶ Videt ꝙ due. Primo sic. In moralibus expulsio vitij ꝛ acquisitio vel inductio virtutis sunt due mutatiões. Nã hic sunt quatuor termini: quorũ duo sunt positiui. s. virtus ꝛ vitiũ seu habitꝰ vitiosus ꝛ duo priuatiui. s. nõ esse vitij ꝛ nõ esse virtutis. g similiter in proposito quãdo remittit: vel expellitur culpa: ꝛ infundit gratia. ¶ Scdo sic. Generatio ꝛ corruptio naturalis sunt due mutatiões propter quatuor terminos: licet concomitentur se inuicem. igitur similiter in proposito: vt videtur. ¶ Tertio sic. alia est mutatio ad dispositionem: et alia ad formã. nam mutatio ad dispositionẽ est naturaliter prior mutatione ad formam. patet de alteratione ꝛ generatiõe. sed expulsio vel remotio culpe est mutatio dispositiua ad infusitionem gratie. nam per remissionẽ culpe fit peccator nõ inimicus per infusionem gratie fit amicus: sed non est inimicum disponit ad esse amicũ. g ꝛc. ¶ Et ꝯfirmat ꝑ Augusti. de vera ꝛ falsa penitẽtia. ꝛ ponit in litera precedẽtis distinctionis. c. 2. dicentẽ ꝙ dolẽdũ est peccatori nõ solũ qꝛ peccauit. sed etiam qꝛ virtute se priuauit. Ex quo habet ꝙ nõ est idem peccare ꝛ virtute seipsuz priuare. ꝛ ꝑ ꝯñs similiter nõ est idẽ peccatũ remittere ꝛ virtutẽ vel gratiam restituere igit pctĩ remissio ꝛ gr̃e infusio sunt due mutatiões

August.

¶ Contra si sunt due mutatões: oportet ꝙ sit ibi dare duos terminos positiuos ꝛ duos negatiuos. sed nõ est sic. g ꝛc. ꝓbatio minoris. qꝛ culpa nõ dicit aliquid positiuum: sicut dictũ est supra. Et ita expulsio culpe nulluz habet terminũ positiuum: ꝛ ꝑ ꝯñs non est mutatio. igitur non sunt hic due mutationes.

¶ In ista q̃stione sic procedã.

¶ Primo inquirã vtrũ remissio culpe sit mutatio realis vel rõnis aut nõ. ¶ Scdo dato ꝙ nõ sit mutatio realis: inquirã vtruz remissio culpe ꝛ infusio gratie sint vna mutatio vel plures. ¶ Et tertio inquirã vtrũ remissio culpe sit prior naturaliter infusione gratie vel ecõuerso. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ **Quantum ad primũ videt** ꝙ remissio culpe sit vere mutatio. ¶ Prĩo sic. cuiꝰ inceptio vel ĩductio est mutatio: eiꝰ desitio vel expulsio est mutatio. patet ista. qꝛ sicut forma ꝑ generationẽ inducit q̃ est vere mutatio: ita etiã expellit de mã ꝑ corruptionẽ q̃ est vere mutatio. sꝫ ĩductio pctĩ vl' ꝑpetratio ẽ mutatio: vt ptꝫ: saltẽ de pctõ cõmissiõis. g ꝛc. ¶ Scdo sic. trãsitꝰ a ꝯdictorio ĩ ꝯdictoriũ est mutatio: ptꝫ. qꝛ hec ẽ mutatio rõnis. sꝫ ꝑ remissionẽ pctĩ transit pctõr a ꝯdictorio in ꝯdictorium. quia prius erat peccator. modo nõ est pctõr. similiter prius erat dignus pena eterna. modo non est dignus post remissionẽ. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. voluntas diuina nõ se habet aliter ꝙ̃ prius ad ali-

remissio culpe an realis mutatio. — *1. opinio.*

nimum. j.

quem sine quacunq̧ mutatione. Patet. qꝛ si nulla ponat mutatio: nō videtur quomodo se habeat aliter ꝙ prius. nec apparet ratio quare vna pars contradictionis q̄ prius nō erat vera: modo vel postea sit vera plusq̧ prius. sed voluntas diuina se habet aliter ꝙ prius ad ipsum cui peccatū est remissum: qꝛ prius volebat eū punire. post remissionē nō vult eū punire. ergo est aliqua mutatio facta in peccatore. quia in deo nō potest fieri vel esse mutatio. sꝫ illa mutatio nō videt nisi peccati remissio vel expulsio. g̃ ꝛc̄. ¶ Quarto sic. ꝛ est cōfirmatio diceret em̄ ꝙ nō est realis mutatio sed ratiōis tm̄ scdm quam peccator fit de volito puniri a deo volitus puniri. Cōtra omnis mutatio rationis reducit ad aliquā mutationē realem: sicut omnis entitas rationis ad aliquā entitatē realem. Ens em̄ rationis nō potest esse a seipso: sed ab ente reali oportet ꝙ sit. sed non est in ꝓposito dare aliquā mutationē realē: ad quā possit ista reduci. Nec ex parte dei patet: nec ex parte peccatoris. g̃ ista nō est mutatio rōnis sed realis videret g̃ ꝙ remissio culpe sit vere realis mutatio.

Mēs doctoris.

¶ **Sed dico** q̄tum ad p̄sentē articulū ꝙ remissio culpe s̄m se non est realis mutatio: licet ipsam bene cōcomittet aliqua realis mutatio de facto. s. infusio gratie s̄m ordinationē diuinā que nūc est: ꝛ quā tenemus ex scriptura. Nunq̧ em̄ remittit deus culpam mortalē sine infusione gratie: licet bene remittat culpā venialē aliquādo sine infusione gratie. ¶ Quod autē remissio culpe s̄m se nō sit mutatio realis: ego ꝓbo primo sic. Omnis vera mutatio realis habet aliquem terminū a quo vel ad quē positiuum realē. patet. v. phisicorū. sed remissio culpe ꝑ se nullum terminū habet positiuum. Nec terminum a quo: patet. quia culpa non est aliquid positiuum. Nec ad quē. quia non esse culpe: vel non imputari culpe ad quod terminatur ista remissio: nichil dicit positiuum. g̃ ꝛc̄. ¶ Secundo sic. cuiuscūq̧ mutationis vere realis terminus a quo incipit ī subiecto preexistit illi mutationi: ꝛ durat vsq̧ ad talem mutationem. sed terminus a quo remissionis puta peccatum nō durat in subiecto vsq̧ ad talem remissionem. Ita ꝙ non inuenitur ab ipsa remissione. Nam peccatum (cessante interiori ꝛ exteriori) cessat ꝛ desinit esse: nec durat vsq̧ ad remissionem vt patet. igitur ꝛc̄.

¶ Tertio sic. Si remissio est vera mutatio realis: aut est mutatio deꝑditiua aut acquisitiua. aut vtrūq̧. Non primo modo. quia non inuenitur aliquid positiuum quod deperdatur per eam. Nec secundo modo. quia nichil positiuum acquiritur ꝑ eā. Nec tertio modo consequēter. g̃ ꝛc̄.

Remissio culpe an mutatio rōnis

¶ **Sed nūquid** ipsa est mutatio rationis: ꝛ si non sit mutatio realis in eo cui remittitur peccatū. Dicit vnus doctor ꝙ non oportet dicere: ꝙ remissio peccati nec actiua ex parte dei: nec passiua vł quasi passiua seu obiectiua ex ꝑte peccatoris non debet dici mutatio aliquo modo realis. Patet de actiua ex ꝑte dei qꝛ in deo non cadit mutatio realis. Similiter etiā in deo non est successio negationis actus volendi punire ad actum ipsum vel econuerso. sed est actus vnicus simplex ꝛ eternꝰ: quo in eternitate vult istū esse puniendum. i. esse dignum pena eterna pro instanti vel tempore quo est vel erit in peccato mortali: ꝛ puniendū in re ꝛ in effectu: si tunc iudicetur ꝛ in peccato moriatur. Et est hoc velle de puniendo nō absolutum sed cōditionatū: vt patet. puta si tūc iudicetur peccator vel moriatur. Et eodē actu simplici vult non punire vel non esse dignum pena pro alio instanti vel tēpore: pro quo peccatum sibi remittitur: vel q̄diu est remissum. Et ita nulla est mutatio remissio ipsa ex parte dei. sed ista remissio actiua est velle diuinū eternum nō succedēs alicui negationi vel priuationi nec s̄m rem: nec s̄m rationē: sed in eternitate manēs contingēter ꝛ difformiter transiens suꝑ obiecta secūdaria ꝛ extrinseca ꝓ diuersis nunc seu instantibus vel tēporibus ex parte illius cui fit remissio. pro quorum vno vult peccatorē esse dignum pena eterna. s. pro tēpore vel instanti peccati. ꝛ s̄m hoc talis actus dicitur imputatio ꝛ pro alio vult ipsum nō esse dignum scilicet ꝓ instanti vel tempore quo deletur peccatum vel deletum est: ꝛ vt saltem pro instanti deletionis dicitur talis actus remissio actiua ex parte dei. ¶ Nec remissio etiam passiua vel obiectiua ex parte peccatoris est mutatio realis: sicut iam probatum est: nec mutatio rationis sicut declarat. Nam vbi actꝰ in quo obiectum habet esse rationis: potest esse terminus mutationis realis: ibi obiectū mutatur vel mutari potest secundum rationem ab esse in non esse: sicut in nobis. Aliquando enim lapis non est intellectus a me: nec habeo intellectionem eius: sed quando fit in me mutatio realis ad intellectionem lapidis: tunc obiectum quod est lapis: mutatur secundum rationem a non esse intellectio ad esse intellectum. quia intellectio lapidis noua in me. sed vbi actus nullo modo est terminus mutatiōis realis. vt in deo: ibi obiectum vt in actu ꝛ in esse obiectiuo non potest mutari: nec mutatur etiam mutatione rationis. Et ita nulla videtur concedēda mutatio in petro nec rei nec rationis: quando dicitur culpa sibi remitti per actum diuine voluntatis: et ex hoc precise. ¶ Si autem dicatur: ꝙ non videtur hoc possibile. quia non potest se habere petrus aliter ad voluntatem diuinam vt punitiuam vel non punitiuam: nisi quia aliter se habet secundum aliquid aliud: ꝛ in seipso mutatur: puta de non accepto in acceptum vel econuerso: quia obiectum nō variatum in se secundum aliquid prius ipso actu nō aliter obijcitur volitioni diuine. Dicitur quod hoc est falsum. quia sicut voluntas nostra cum sui mutatione potest alio ꝛ alio modo actualiter se habere ad obiectum non mutatum omnino: sed vniformiter se habens ante actum: et si ipsa haberet vnum actum illimitatum contingenter transeuntem: tamen immutabiliter super obiecta secundaria seu cōditiones obiecti diuersas: posset sine omni mutatione sui aliter se habere ad obiectum vniformiter manens ante actum ꝛ omnino non mutatum: ita voluntas diuina in proposito se habet ad obiectum vel potius obiectum ad ipsam ꝙ ipsum omnino non mutatum ante actum difformiter se habet ad actum pro isto nunc vel tempore ꝛ pro illo: dato ꝙ omnino mutatio nec rei nec rationis siue in obiecto vt obiectum est in eternitate: siue in actu vel ī deo. nam ꝛ obiectū est obiectū vniformiter se habēs in tota eternitate pro tali nūc ad volitionē diuinam: ꝛ similiter diuina volitio vniformiter se habet ad obiectū in tota eternitate pro tali nunc. ꝛ similit̃ de quocūq̧ alio volito ꝛ volitiōe ꝑ illo instāti vel tēpore pro quo volitum est. ita ꝙ nō est aliqua mutatio vel innouatio neq̧ in actu volūtatis diuine: neq̧ in subiecto s̄m esse obiectiuū: qđ habet in eternitate: licet in esse reali extra animam multe contingant variationes circa ipsum. ¶ Ista vidētur probabiliter dicta. ꝛ puto ꝙ sunt vera: nisi forte quātum ad hoc ꝙ peccatum remitti q̄tum ad culpam nō est ipsum peccatorem velle nō puniri pena eterna: vel nolle puniri: licet concomitetur vnum reliquum: sed sicut dictū est supra ī vna alia questione quomodo intelligit remitti culpa vł peccatum q̄tum ad culpam. Nam velle nō puniri vel nolle puniri magis est remittere peccatum q̄tum ad penā ꝙ q̄tum ad culpam. Sed idem est iudiciū q̄tum ad propositum de vno sicut de alio: puta de remissione culpe quo ad culpam: ꝛ de velle nō puniri vel nolle puniri. s. ꝙ nulla est mutatio rationis vel realis hinc ꝛ inde: que possit argui ex vi remissionis: licet talem remissionē concomittet mutatio realis: que est infusio gratie: quā non est necessariū cōcomittari: sicut dictū ē supra ī hoc quarto de circūcisione. ꝛ ꝓbatum est ibidem. Similiter etiā nō intelligo ꝙ eo p̄cise sit mutatio ratiōis in obiecto noui actus intelligēdi: quia res vel obiectū de nouo intelligitur. quia eo ipsum nullum respectū nouum nec rei: nec rationis habet.

ad rōnes i. opi. preceden.

¶ **Ad rationes** ergo in oppositū q̄ probāt ꝙ remissio peccati sit vera realis mutatio. dico ad primā ꝙ bene concludit cessationē actus culpabilis vel suam decisionē essendi in esse reali extra esse mutationē: sed non cōcludit de remissione. quia nō est talis decisio essendi sicut patet. ¶ Ad secūdam dico ꝙ transitus alicuius subiecti a contradictorio in contradictorium reale est mutatio vera realis: accipiēdo proprie trāsitum. Sed tunc nego minorē. ꝛ dico ꝙ in proposito nō est talis transitus. neq̧ ex parte volūtatis diuine. quia nō est ibi successio actꝰ ad negationē actus vel ecōuerso quicquid in deo est: eternum est: si sit ibi ex natura rei: vel etiam ꝑ opus sui intellectus vel volūtatis. Nec ex parte obiecti voliti vel etiam illius cui remittitur peccatum. Nam in tota eternitate obiectū vniformiter se habet ꝓ isto nūc ad voluntatem diuinam: et pro alio etiam vniformiter. ¶ Ad cuius euidentiā notandum est aliquid de nostra voluntate creata: ꝛ postea applicādum ad ꝓpositum. Voluntas em̄ creata licet forte eodē actu vel etiā pluribꝰ actibꝰ simul existentibꝰ non possit velle cōtradictoria eidē pro alio: vel eodē instanti: pōt tamen velle eidem contradictoria pro simul seu pro eodem diuersis actibus sibi inuicem succedētibus. Similiter etiam si possit habere plures actus volendi simul: potest velle simul contradictoria: vel affirmationē ꝛ negationē non pro eodē instanti vel pro simul: sed pro diuersis instātibus vel tēporibus. Et primo modo planum est ꝙ nō est necessarium aliquā mutationē realem poni ī obiecto. sꝫ obiectū non mutatū omnino realiter potest esse volitum sub affirmatione ꝑ vnum actum ꝛ ꝑ alium actum succedētem in voluntate potest esse volitum sub negatione pro eodē instanti vel tēpore pro quo prius erat volitū sub affirmatione. sed bene est realis mutatio in volūtate in qua vnꝰ actꝰ realiter succedit alteri. In scđo aūt modo nō oportet esse realē mutationē: nec in voluntate. quia ī ea vnus actus nō succedit alteri: sed ambo sunt simul vt positū est: nec in obiecto. quia volūtas nostra nō est omnipotēs causans in re illud qđ ipsa vult per suū velle: ita ꝙ non oportet sic fieri ꝛ esse vel succedere realiter opposita in obiecto: sicut ip̄a vult: dato ꝙ velit volitione absoluta ꝛ efficaci q̄tumcūq̧ possit. nec etiā si velit volitione cōditionata. similiter etiā dato ꝙ volibilia essent causabilia a volēte: si tū non essent causabilia in re extra sed tm̄ in eē rationis: quia ambo vel alterū qđ esset causabile esset ens rationis: vt respectus dominij vel aliquid tale adhuc nō oporteret in subiecto esse aliquam realē mutationē s̄m affirmationē ꝛ negationē talium sibi inuicē succedētium in aliquo ꝑ volitiones efficaces ꝛ absolutas habitas de ipsis. sed dato ꝙ voluntas posset causare sua volita in obiecto ꝛ hoc in eē reali ꝑ suas volitiones: si tū volitiones nō essent efficaces ꝛ absolute: sed ꝯditionate tātum cōditione nō stante non oporteret esse aliquam mutationē in eo: cui essent volita opposita sibi inesse: sicut patet. ¶ Ad propositum de volūtate diuina dico ꝙ quecunq̧ obiecta ordinate volibilia voluntas creata potest velle alicui siue simul siue non simul: siue pro simul siue pro non simul: siue vno actu siue pluribꝰ: voluntas diuina potest eadem velle simul ꝛ eodem actu eidem siue pro simul siue non pro simul sicut ꝛ illa creata pro simul potest ea velle. ꝛ quia eodem actu illimitato ꝛ eterno quia limitationis ꝛ imperfectionis est in actum artari ad vnum obiectum secundarium vel ad aliqua: sic ꝙ non possit extēdi ad alia: ideo dico: ꝙ immutabiliter omnino ex parte sui se extendit ad omnia talia cuicunq̧ volita vel quomodocunq̧. ¶ Secundo dico: ꝙ hoc est sine omni mutatione reali ex parte illius cui vult affirmationem ꝛ negationem pro diuersis instantibus vel temporibus: si volita illa non fuerint causabilia in re extra sed sicut entia rationis tantum: dato ꝙ velit illa sic succedere vel inesse volitione efficaci et absoluta: sicut vult aliquem esse dominū pro a instanti ꝛ non esse dominum pro b instanti ꝛ non est mutatio realis aliqua ex hoc in illo: cui vult ista absolute inesse pro diuersis instantibus: quia nullum eorum est aliquod ens reale positiuum nec diuinum nec negatio diuini suppositi ꝙ diuinum dicat respectum rationis: sicut puto. ¶ Tertio dico ꝙ dato ꝙ affirmatio illa volita alicui ꝛ sua negatio essent extra intellectum vel affirmatio ꝛ affirmatio ꝛ per consequens essent causabiles a diuina voluntate: que est omnipotens: ꝙ adhuc non oporteret esse in illo cui essent ista volita pro diuersis instantibus aliquam realem mutationem si volitio non esset efficax et absoluta sed conditionata: quia voluntas vel volitio conditionata non ponit effectum in re nisi conditione stāte que quidem conditio posset non stare. In proposito autem de imputatione et remissione peccati dico: qđ voluntas imputando peccatum pro instanti peccati et pro toto tempore habito vsq̧ ad instans remissionis vel deletionis vult peccatorem esse puniendum: id est punibile vel dignum puniri: et hoc voluntate absoluta: ꝛ etiam puniendum de facto ꝛ in re non voluntate absoluta. sed cōditionata ꝛ cetera puta. si pro tunc iudicetur: vel fiat in termino primum nō scilicet esse dignum pena vel punibilitas ipsa formaliter non dicit aliquid reale causabi

Nō hec de voluntate creata.

le sed tantum respectum rationis. sm autem scili-
cet punitio ipsa vel pena licet sit aliquid causabile
in re extra: ⁊ oppositum eius sit volitum isti pro in
stanti remissionis ⁊ pro toto tempore habito vsq
ad instans noui peccati: non tamē est volitum voli
tione absoluta sed cōditionata: puta si pro tūc fiat
in termino vel iudicetur. Et ideo dico ꝙ nec voli-
tio diuina de oppositis primis puta de punibilita
te vel non punibilitate circa eundem peccatorē pro
diuersis instantibus vel temporib⁹: nec etiam vo-
litio de puniendo ⁊ nō puniendo arguit in illo cui
remittitur aliquādo peccatum ⁊ sibi aliquādo im-
putatur vel econuerso aliquam mutationem realē
vnde nec inter ista est transitus realis in effectu et
in re: nec p consequēs mutatio sed velle affirmatio
nis ⁊ negationis stant simul in eternitate: licet pro
diuersis instantibus vel temporibus sine omni mu
tatione reali: sicut patet ex predictis. immo etiā si-
ne mutatione rationis. sed non curo modo. Quan
do ergo dicit: ꝙ in remissione peccati transit pecca
tor ab esse peccatorem ad non esse peccatorem. ⁊ ab
esse punibili ad nō esse punibile: dico ꝙ hic nullus
positiuus terminus realis ponitur: qui abijciatur:
vel ponatur in peccatore per remissionem peccati:
⁊ ideo nulla est mutatio realis: sicut patet. ¶ Si di
cas ꝙ semper stat difficultas rationis: quia primo
est vna contradictio vera vel vna pars cōtradictio
nis post remissionem peccati non est illa vera: que
prius sed alia. ⁊ hoc non potest esse sine mutatione
[Nō hec.] ¶ Dico respondēdo simul ad tertium argumentū
in quo istud tangitur ꝙ voluntas diuina nō se ha-
bet aliter ad istum pro diuersis instātibus: quibus
vult istum esse punibilem vel non punibilem: sic ꝙ
aliquo modo mutetur. quia in eternitate ista est ve
ra Petrus est punibilis pro instāti. A. ⁊ similiter
ista petrus non est punibilis pro instanti. B. qd est
instans remissionis. ⁊ ista non sunt contradictoria
simul: nec succedētia sibi inuicem inesse obiectiuo
volitionis licet inesse reali succedant. licet instātia
pro quibus affirmatio ⁊ negatio denotantur ines
se apprehendantur vt succedētia sibi inuicem rea-
liter vel possibiliter saltem. similiter dato ꝙ eēt ali
qua mutatio: non tamē arguitur ꝙ realis ex isto ar
gumēto. ¶ Sed si dicas ꝙ est puniendus pro vno
instāti: pro alio non. igitur mutatio realis. dico ꝙ
non oportet quia eē puniendum vel nō puniendū
nō sunt entia nisi rationis dicunt enim habitudinē
rationis vel negationem eius ad penam futuram.
¶ Preterea ista nō sunt volita isti pro diuersis in
stātibus volitione absoluta sed cōditionata sicut
pluries dictum est supra ⁊ pro diuersis instātibus
ita ꝙ diuersitas instātium vel tēporū causa est qua
re vna pars vera est pro vno nunc vel pro vno tem
pore ⁊ alia nō: sed pro alio tēpore vel instanti: licet
vtraq immutabiliter sit vera ⁊ in eternitate. ¶ Si
dicas adhuc cōtra hoc ꝙ deus posset remittere cul
pam angeli in euo dato ꝙ non esset tempus. Euuz
autē simplex est ⁊ indiuisibile sicut dictum est in se
cundo: ⁊ idem penitus cum suo instanti. ⁊ ita nihil
valeret ibi diuersitas instantium vel tēporum: sed
pro eodem deus vellet angelum esse punibilē ⁊ nō
punibilem. Nec potest dici ꝙ aliud esset euum pec
cati vel culpe: et aliud remissionis: licet esset idem
euum angeli cui remitteretur peccatum. quia cul-
pe cum non sit aliquid positiuū reale: non correspō
det euum proprium. similiter etiam nec remissioni
quia nichil reale dicit ex parte angeli. quare ⁊c.
Ad hoc dici potest ꝙ euum licet sit simplex ⁊ indi- [Nota.]
uisibile non habēs partem ⁊ formaliter tamen vir-
tualiter coexistere potest tēpori ⁊ partibus eius di
uersis vel diuersis instantibus. ⁊ ita possunt ista sic
fieri in euo: vt tale est sicut ⁊ in tempore suo modo
vel diuersis instantibus temporis. ¶ Ad quartuz
⁊ vltimum dicitur ꝙ non est ibi mutatio rationis:
nec oportet consequenter eam reduci ad mutatio-
nē realem. Hec de primo articulo principali.

¶ **Quātum ad secundum ar** [remissio pctī ⁊ īfusio grē an vna mutatio.]
ticulum videretur alicui ꝙ remissio peccati ⁊ infu
sio gratie essent vna simplex mutatio. ¶ Primo q2
transitus a priuatione ad habitum sibi oppositum
non est nisi vna mutatio. Nā inter duos terminos [1. opinio.]
oppositos simul non est nisi vnica mutatio. sed pec
cati remissio ⁊ gratie infusio nō est nisi transitus a
culpa mortali ad gratiam que sunt priuatiue oppo
sita. probatio. quia sunt formaliter incōpossibilia.
nec virtute diuina possent stare simul. tunc enim es
set cōtradictio. s. ꝙ eadem anima simul esset digna
pena eterna: ⁊ non esset digna pena eterna sed vita
eterna. Et tunc ponatur ꝙ talis anima in tali pun
cto iudicetur: ⁊ fiat in termino: sequitur ꝙ simul ⁊
semel habebit vitam eternam ⁊ penam eternā. hoc
autē implicat contradictionem: quia pena carētie
est priuatio vite eterne: puta visionis ⁊ fruitionis
beate. ergo ⁊c. ¶ Secundo sic. aut sunt vna ⁊ eadē
mutatio: aut plures. sed non sunt plures essentiali-
ter distincte. q2 tunc vna posset fieri ⁊ esse sine alia
contradictione non obstante: sicut prior sine poste-
riore vel econuerso: ⁊ ita posset eē peccati remissio
sine gratie infusione: ⁊ gratie infusio sine peccati re
missione in isto peccatore. ¶ Tertio sic. generatio
⁊ corruptio in naturalibus sunt vna mutatio ⁊ ea-
dem simpliciter. probatio. quia idem est motus sim
pliciter abiectiuus cōtrarij vnius ⁊ inductiuus al
terius. g similiter eadē mutatio expulsiua vni⁹ for
me et inductiua alterius sibi incompossibilis. Et
ꝙ sit idē motus inter duo cōtraria. patet. quia mo
tus per se respicit contraria: sicut per se terminos.
In hoc enim a mutatione distinguitur: quia muta
tio nō habet ambos terminos positiuos. ergo ⁊c.
¶ Quarto sic. si non sint vna mutatio sed plures:
oportet ꝙ inter se habeant aliquē ordinē prioris ⁊
posterioris saltem natura: ⁊ si non duratione. Non
enī eque immediate ordinant ad terminum: vt vi-
detur. sed talis ordo est impossibilis inter eas. pro
batio. q2 si remissio eēt prior q̄ infusio in illo prio-
ri esset homo nō inimicus: ⁊ tn̄ non esset amicus. q2
in illo priori gratiam non haberet. hoc autē est im
possibile. Quilibet enī ex ordinatione diuina pro
quolibet statu suo vel est amicus vel inimicus. Si
militer si infusio gratie esset prior: sequeretur ꝙ in
illo priori esset homo amicus. quia habēs gratiam
⁊ tamen adhuc esset inimicus. quia non esset recō-
ciliatus eo ꝙ peccatū nō esset sibi remissum. g ⁊c.

¶ **Sed q̄tum** ad p̄sentē articulum dico [opi. doct. priori opposita.]
primo ꝙ remissio culpe et
infusio grē nō sunt vna ⁊ eadē mutatio. ¶ Hoc p
bo primo sic. idē simpliciter nō pōt simul plurifica
ri realit ⁊ nō plurificari: vl plurificari sm rōnē: et
non plurificari. Patet. quia ad hoc sequitur idem
nō esse idem. oppositum primi principij ⁊ sequitur
verificatio ꝯtradictorioꝝ de eodē. sed remissio cul
pe frequēter plurificat circa peccatorē sm plurali
tatē culparum infusio gratie non plurificat: sed est
vnica sicut ⁊ gratia que īfunditur. Et ꝙ ille remis
siones multiplicētur patet. quia vna posset esse sine
alia: si cōmisisset: vel incurrisset vnum illorum pec-
catorum tantum: ⁊ non alia: g ⁊c. ¶ Secundo sic.
idem non separatur ab eodem: accipiendo vnifor-
miter idētitatem ⁊ separationē: puta si realiter. rea
liter: ⁊ si ratione: ratione. Idem enī realiter non se
paratur ab eodē realiter: nec idem ratione ab eodē
ratione. Hoc enim includit oppositum primi prin
cipij: scilicet ꝙ idem vt idem simul sit ⁊ non sit. ex
quo illa separatio est sm esse. sed remissio culpe et
infusio gratie possunt ab inuicē separari sm totuz
ambitum suum: sic ꝙ potest esse aliqua remissio cul
pe: ⁊ nulla erit infusio gratie. Potest enī absolute
remitti culpa mortalis siue actualis siue origīalis
dato ꝙ nō infundatur gratia sicut dictuz est supra
de circūcisione. Et illa remissio esset eiusdē ratio-
nis cum illa: que fit modo: quando concomitanter
infunditur gratia. Et patet. quia veniale potest re
mitti sine infusione gratie. g similiter mortale. simi
liter etiā potest infundi gratia: dato ꝙ nulla culpa
remittatur: ⁊ eiusdē rationis cum illa que est quan
do culpa remittit. Fuit enī ade infusa gratia etiaz
per mutationē in statu innocētie sm ponētes: ꝙ nō
fuit creatus in gratia: ⁊ nulla fuit sibi culpa remis
sa. Similiter posset vnus homo fieri in puris na-
turalibus a deo: ⁊ postea gratia sibi infundi: et ta-
men nō remitteretur sibi aliqua culpa. sed in habē
te culpam dubium est: an possit infundi gratia: da-
to ꝙ non remittatur culpa: de potētia dei absoluta
dico: quia planum est: ꝙ non de ordinata. ⁊ de hoc
patebit infra in conclusione cuiusdam argumenti:
in quo hoc ipsum tangebatur. ¶ Tertio sic arguo
inter illa que non sunt formaliter opposita: nō po-
test esse formaliter ⁊ per se vna mutatio. patet: sed
culpa ⁊ gratia nō sunt formaliter opposita priuati
ue. Tunc enī gratia subesset agēti naturali proba
tio. quia tunc quicquid posset sup vnū vel esse vni⁹
effectiue vel defectiue: posset etiaz sup aliud: vt pa
tet vniuersaliter in repugnātibus ⁊ incompossibi-
libus oppositis priuatiue. voluntas autem creata
potest sup culpam vel sup esse culpe. quia ab ipa est
culpa. igitur posset sup non esse gratie effectiue vl
deffectiue. Hoc est falsum. quia gratia non accipit
non esse. nec desinit esse nisi per adnichilationem.
Creatura autē adnichilare nō potest sicut nec crea
ture. Patet etiam ista minor. quia vnius habitus
nō est nisi vna priuatio simul ⁊ semel in eodē subie
cto. sed multe sunt culpe simul in eodē. Gratia au-
tem est vnius habitus: g ⁊c. ¶ Tertio patet q2 nō
fit proprie mutatio ad habitum nisi a priuatione.
sed ad gratiam potest fieri mutatio: dato ꝙ non a
culpa sed sine omni culpa precedente. vt dictum est
supra. patet igitur illa minor: ꝙ gratia ⁊ culpa nō
opponuntur formaliter. Sequitur ergo conclusio:
[ꝯclusio. 1.] ꝙ remissio culpe ⁊ infusio gratie non sunt vna mu
tatio. ¶ Quarta ratio. illa non sunt vna et eadem
mutatio: quorum vnum non est mutatio. patet ma
nifeste. sed remissio culpe nō est mutatio sicut dictū
est supra. Infusio autē gratie post culpam est mu-
tatio. ergo ⁊c. hec est prima conclusio. ¶ Secunda
conclusio est. ꝙ remissio culpe ⁊ infusio gratie non [2. ꝯclusio ꝙ remis. cul. ⁊ ifu. grē n sūt due mu. reales.]
sūt due mutatiōes reales sicut gn̄atio et corruptio
sunt due mutationes reales suo modo. Hoc pro-
bo sic. Infusio gratie post culpaz est vera mutatio
realis. quia est vere transitus ab aliqua vera nega
tione in affirmatione in aliquo subiecto preexistē-
te sub negatione etiam sm durationem: quia pro
tempore culpe non remisse. Remissio autem culpe
non est mutatio: vt dictum est supra. ergo ⁊ cetera.
¶ Quod autez non sit mutatio realis ipa remissio
probat vnus doctor. quia peccatum nō adimit: nec
priuat aliquid positiuum reale: vt puta aliquē gra
dum nature: qui restituatur per remissionem ipsam
Similiter etiam nec culpa dicit aliquam maculam
positiuam manentem in anima post actum peccati
interiorem ⁊ exteriorem: sicut dictum est supra que
tollatur per talem remissionez: sed in anima manet
tantūmodo reatus: qui nichil aliud est q̄ obligatō
peccatoris ad penam eternam pro instanti peccati
⁊ toto tempore habito non absolute. sed si tūc fiat
peccator i termino ⁊ iudicetur/ ⁊ illa obligatio nō
est nisi respectus rationis ⁊ per consequens remis-
sio ipsa q̄ est ab obligatione ad nō obligationē: cuz
nullum habeat terminuz positiuum realem non est
est mutatio realis: quare ⁊c. ¶ Sed in his dictis [dubia circa p̄dicta]
sunt aliqua dubia. primo quia sicut dictum est su-
pra non est idē formaliter culpā remittere: et obli-
gationem ad penam tollere/ vel ad penam pro ali-
quo instanti vel tempore sequente non obligare: li
cet vnum concomittetur reliquum. ¶ Secūdo ex
his dictis videtur sequi ꝙ remissio culpe sit muta-
tio rationis saltem. quia ab obligatiōe que est ens
rationis ad nō obligationem fit ista remissio sicut
a termino a quo ad terminum in quem ⁊ ita est mu
tatio rationis deperditiua illius obligationis: et
per consequens oportet talem mutationem ratio-
nis reducere ad mutationez aliquam realem. quod
est contra supradicta etiam secundum eos. ¶ Ter
tio quia per hoc videtur: ꝙ illa obligatio cesset es
se. ⁊ sic respectus rationis facti a diuino intellectu
vel diuina voluntate non sunt eterni. cuius oppo-
situm dictum est in primo. quia alioquin deus mu
taretur necessario. ¶ Ideo dicendum ꝙ bene ver [resolutio]
est ꝙ remissio peccati non est mutatio realis nec ra
tionis: sicut declaratum est supra: sed non sicut iste
declarat. Unde nec per obligationem ad penam di
citur anima peccatrix post actum: nec remissio pec
cati q̄tum ad culpam est amotio talis obligatiōis
nec illa obligatō desinit esse: sed est in eternitate in
noticia diuina pro instanti peccati ⁊ toto tempore
habito vsq ad remissionem: nec tollitur per remis-
sionem: vel cessat esse. licet pro instanti remissionis
⁊ toto tempore habito vsq ad nouum peccatū nō
sit iste obligatus ad penam: sed dignus vita eterna
⁊ premiandus volitione tamē conditionata si pro
tunc iudicetur: ⁊ fiat in termino. quare ⁊c. ¶ Sic
igit remissio culpe ⁊ infusio grē nec sunt vna muta
tio nec due: sed infusio gratie post culpam est vera
realis mutatio. remissio autem culpe non est muta
tio nec realis nec rationis: licet bene cōcomitetur
eam infusio gratie secundum ordinationem diui-
nam ⁊ de facto. ¶ Ex predictis apparet falsum [Correlariū 3. S. Thomā.]
dictū vnius doctoris. s. Thome in quarto suo i ista
distinc. vbi dicit: ꝙ gratia est ipsa forma per quam
fit remissio: sic̄ p albedinē fit aliqd albū: ⁊ expellit

nigrum:z per frigus calor. vnde dicit:q nō potest peccatum remitti:nisi per gratiā.licet em̄ in nō habēte peccatū p̄o statu innocētie vel naturalis rectitudinis possit ifundi gr̄a sine remissiōe culpe:tm̄ in habēte peccatuz nō potest remitti culpa sine gratia vel ifusione gratie.licet ergo infusio gratie possit esse sine remissione culpe:vt in christo z in Adā: tamē non ecōuerso:sicut dicit. Et patet esse falsum ex predictis. Similiter etiam sibimet contradicit: quia satis cito post illud dictum dicit in vno alio loco:q gratia z culpa formaliter nō opponuntur z probat aliquo modo sicut ꝓbatū est supra. Ex hoc dicto sequitur oppositū primi dicti.quia ex hoc sequitur q gratia nō expellit formaliter ipsum peccatum:sicut albedo nigredinē vel frigus calorē:vl habitus priuationem.nec est forma qua formaliter fiat remissio peccati:z per cōsequēs q sine ipsa peccatum remitti potest.vnde z peccatū remittere vel remitti nō est gratiam infundere vel infundi:sicut dictum est supra.

ad rōnes prime p̄cedē.opi. ¶ Ad primum illor. qui probāt:q sunt vna z eadem mutatio remissio culpe z infusio gratie:dicunt q culpa z gratia non opponūtur formaliter aliquo genere oppositionis.Quādo dicis:q immo quia tunc nō appareret ratio quare nō essent compossibilia simul in eodez:qđ est impossibile.diceretur:q culpa mortalis z gratia nō sunt incompossibilia formaliter ex natura rei et oppositionis alicuius que sit inter eas: sed ex ordinatione diuina:que ordinauit: q vnum non stet cum alio in aliquo susceptiuo vtriusq.ordinauit enim q quilibet vel sit filius dextere p gratiam:vel sinistre per culpam.z tunc oportet dicere q ex natura rei deo faciente vel permittente culpā z non remittente ipsam:z etiam creante gratiā in eodem cum illa culpa ista possent stare simul loquēdo de potētia dei absoluta:qua posset non remittere culpam z infundere gratiam. Quando dicis:q contradictio sequeretur:quia tunc eadem anima simul esset digna pena eterna z non digna.diceretur q non esset contradictio:quia hoc nō esset sm̄ idē: sed sm̄ culpam esset digna pena eterna:sm̄ gratiā vel in ꝯtum habens ipsam non esset digna tali pena.z ita non sm̄ idem ad illud qđ deducis vltra:q simul esset dignus pena eterna z vita eterna cōcedatur. Quādo dicis vltra:q in illo puncto posset iudicari z fieri in termino:z per consequens simul premiari vita eterna:z puniri pena eterna carētie quod est contradictio.quia simul haberet visionē z carētiam visionis.Diceretur q nō sequitur. Et ratio est.quia visio beata z carētia eius plane opponūtur priuatiue.sic autē circa idem subst̄atiuū. talia autem nō possunt simul inesse contradictiōe repugnante.sic autē non est in antecedēte. Unde dato q simul esset dignus ille pena z vita eterna: nō tamē p̄o simul:nec sibi possent inesse ambo cōiunctim sed alterū quodcunq placeret premiāti. Aliter diceref:q condignitas gratie vel habētis gratiam ad vitā eternam nō est ex natura gratie vl ex vi talis habitus. Alioquin deus non posset nō beatificare decedētem in gratia nec dānare aliquē cū gratia:quod falsuz est sed talis condignitas est ex statuto vel pacto z ordinatione diuina:cui⁹ oppositum potest ordinare de potētia absoluta:vt.s.aliquis ꝯtumcunq habēs gratiam nō esset dignus vita eterna. Potest ergo virtute diuina fieri q aliquis habeat gratiā:z non sit dignus vita eterna:z si cū hoc habet culpā mortalē est dignus pena eterna.z ita nō sequitur aliqua cōtradictio:vt videtur Similiter etiā sicut dictū fuit supra de circūcisione:manēte quacūq deordinatione culpe deus posset remittere eam non imputando saltē ad penam: si hoc vocek remittere:z ita in isto maneret culpa nō deordinaretur ad penā.z si haberet gratiā ordinaretur ad vitā.hec autē stant simul.s.ordinari ad vitam z nō ordinari ad penā.quare z c. Aliter dicitur dato q culpa z gratia non sunt formaliter oppositā:non ꝓpter hoc tamē absolute loquendo sunt cōpossibilia in eodē subiecto. Sicut patet de duabus formis substātialibus disparatis:que licet nō opponank:tamē non cōpatiuntur se in eadē materia. Et sm̄ alios de duabus figuris in eodez ꝯto. Sed prima solutio videk melior z magis ad rē ire ¶ Ad secūdum dicēdum:q nec sunt vna mutatio nec plures:sicut dictū est supra. Quādo dicis:q si plures essent z c.dico q dato q non sint plures:remissio tm̄ culpe potest esse sine infusione z ecōuerso nec est inconueniens: quomodocunq accipias: vt patuit ex p̄dictis.de ordine tm̄ earum in sequēti articulo apparebit: ¶ Ad tertium argumētū dz vno modo q licet sit vnus motus z vna mutatio a contrario in cōtrarium:sm̄ q mutatio dicit aliquid cōmune ad motū:non tm̄ generatio z corruptio sunt vna mutatio sed due Et ratio est.quia motus ille habet duos p se terminos positiuos.s.illa cōtraria z nō sunt ibi plures termini.sed generatio z corruptio nō sic habent terminos suos. Corruptio em̄ habet p̄o terminis suis formam priorem z negationez eius.sed generatio habet p̄o termmis suis formam posteriorem z negationem eius vel priuationē in materia z ita sunt ibi quatuor termini et due mutationes.Sic igitur assumptum est falsum z probatio non valet de motu. ¶ Secūdo dicitur q generatio z corruptio sunt due mutationes. Et quando dicitur de motu:q vnica mutatione p motum abiscitur forma contraria:z inducitur alia cōtraria.dicitur q in quolibet motu de contrario ad contrarium concurrunt due mutationes. quarum vna est deperditiua vnius contrarij. et alia est acquisitiua alterius contrarij. Et prima habet p̄o suis terminis contrarium:quod abiscitur et negationē eius. Secunda vero habet p̄o terminis contrarium quod inducitur et negationem vel priuationem eius: z quelibet istarum mutationum successiua est:z distinguitur vna essentialiter ab alia: in tantum q virtute diuina prima posset fieri sine secunda:z etiam secunda sine prima: precipue sm̄ ponentes duo contraria posse simul stare.et etiam sm̄ hoc negantes qui ponerent q vnum contrariū posset p motū inducij z p motū z mutationē successiuā in aliquo:in quo nō esset nec ꝓfuisset aliqđ de cōtrario. verū est tamen q naturaliter loquēdo in motu concurrunt ambe mutationes tales:nec potest aliter fieri a natura. Et secundum istos in hoc non differt motus a mutatione. quia motus sit aliqua vna simplex mutatio inter terminos contrarios: sed in hoc differt: q licet sit inter termmos priuatiuos: est tamen mutatio successiua et non instantanea. Similiter etiam ad motum naturaliter concurrunt due mutationes: quarum

sunt duo termini positiui:terminus a quo prime z terminus ad quem secunde z sunt contrarij. Et sic dicitur motus fieri a contrario in contrarium sm̄ duas mutatiōes:quas includit:nō sic aūt mutatio puta generatio vel corruptio vel hmōi.Quicquid sit de hoc:semper tamen dicendum est q generatio vnius z corruptio vnius licet concomitenk se:sunt due mutationes. Non tamē ꝓpter hoc concludēdū est a simili:q remissio culpe z infusio gratie sint due mutationes sicut dictū est supra. ¶ Contra secundā vero solutionē videk vna difficultas:qz quelibz illarū mutationū concurrētiū ad motū vel est instātanea vel successiua.si instātanea:nō possunt consistere nec cōcurrere intrinsece ad motū:qui est mutatio successiua. Si successiua:quelibet est vn⁹ motus z sic ad vnū motum cōcurrūt duo motus z alterius rationis:sicut z termini. Et hoc sub dubio relinquak:nisi q dicerek:q in quolibet motu z processu totali a cōtrario in cōtrariū sunt duo motus partiales. ¶ Ad quartū de ordine ipsarū qui tāgitur in maiori videbik in sequēti articulo.Quando dicik:q nō possunt habere ordinē. dicerek q imo. Quādo dicis q remissio nō potest esse prior.qz tūc prius esset nō inimicus ꝯ amicus.diceref:q nō est impossibile.qz aliquis pōt esse alteri nec inimicus nec amicus etiā sm̄ durationē. Et ita prius duratione nō inimicus ꝯ amicus:licet de facto sm̄ ordinationē diuinā z sm̄ durationē qlibet vel sit inimicus vel amicus:licet prius natura possit esse nō inimicus ꝯ amicus. Similiter aliquo modo prius natura priozitate intentionis z pfectionis pōt esse prius amicus ꝯ nō inimic⁹. Et sic etiā infusio gratie prior aliquo modo remissione culpe. Preterea argumētum supponit:q sint due mutationes .quod tm̄ nō est verū licet nō sint vna. Hec em̄ sūt vna nec due:sed sicut dictum est supra. Hec de secundo articulo principali.

§.2. solu. 3.argu.

remissio culpe an prior ifusione gre vel econtra.

¶ Quātum ad tertium articulū quid horū sit prius alio. An remissio culpe vl infusio gratie. Dicit vno modo q remissio culpe cū sit quasi dispositio ad infusionē gratie vt ad formā recipiendā:q remissio culpe se tenet quasi ex parte materie vel subiecti:sicut et dispositio materie ad formā. Et ideo sicut materia disposita ē prior vno modo ipsa forma.in ꝯtum est causa eius receptiua z alio modo forma est prior materia in ꝯtū est causa ei⁹ receptiua.ita remissio culpe.vno mō ē prior z infusio gratie.alio modo prior sicut forma prior est dispositione. Nec est inconueniens aliquid esse prius z posterius respectu eiusdē diuersimode seu sm̄ diuersas rationes.sicut nō est impossibile aliqđ esse causam z effectū respectu eiusdē. Cause enim alique sunt sibi inuicē cause in alio tm̄ genere cause vt patet 2ō phisicorū z quinto metaphisice. Sed in isto modo dicēdi continētur aliqua falsa. qz nec materia est causa forme nec ecōuerso nisi forte finalis aliquo modo sicut ꝓbaui in 2ō in questione illa de cōposito duodecima distinctione. Similiter etiā falsum est:q aliqua sunt sibi inuicē mutuo causa:sicut alias ꝓbaui.vnde nec reputo verū illud dictum Aristotelis ita nude sicut accipik. De hoc vero ad propositum dicitur de remissione culpe z infusione gratie:potest dici aliter:sicut infra dicetur Nec fundatur istud dictum super dicta que sint ve-

2.phisic. 5.metha.

ra:sicut iam est ostensum. ¶ Dicitur ergo aliter:q remissio z infusio possunt comparari ad agens puta ad deum remittentem z infundētem.vel ad subiectum seu peccatorem. Primo modo infusio est prior.quia prius deus infundit:cm̄ remittat. immo per ipsam infusionem mediantē remittit. Alio modo remissio est prior:quia prius subiectum disponitur z impedimētum culpe tollitur cm̄ gratia infundatur. Et ponitur exemplum de cauilla que debet expelli de foramine mediante alia que inducitur:z de forma que expellitur a materia supuenīte alia. Contra hoc videtur posse argui. Primo sic eodem ordine passum recipit ab agente: quo ordine agens agit in ipsum.sed in ordine ad agens infusio est prior:vt dicis. ergo similiter comparando ad passum. Secundo sic.actioni correspondet passio z passio econuerso.sed infusio actio prior est cm̄ remissio actio secundum te illo modo priozitatis: qui potest attendi inter ista:igitur infusio passio in passio est prior. Unde dico:q si remissio est dispositio ad infusionem:q sicut agens prius disponit:ita prius remittit. Et sicut passum prius disponitur: ita prius sibi peccatum remittitur. ¶ Dicitur tertio aliter:q sicut patet quinto metaphisice capitulo de priori:z nono metaphisice. Sic̄iter aliqua sūt priora generatione z aliqua sunt priora perfectione:z iste priozitates cōmuniter econuerso se habēt licet aliquando vniformiter se habeant. Ita enim generationis imperfectiora sunt priora naturaliter. sed ecōuerso via perfectionis perfectiora sunt priora. Primo dicitur q remissio vel expulsio culpe si esset aliquod ens reale vel in eo:cui remittitur culpa:ipsa esset prior naturaliter non dico duratione:cm̄ infusio gratie:sed infusio gratie prior esset. Secundo modo tamē aliquid perfectius z finaliter intentum ab agente:eo modo quo priora executione sunt imperfectiora : et posteriora sunt perfectiora. Et potest dici: q remissio licet nichil reale ponat in eo cui remittitur culpa tamen aliquo modo sm̄ modum istus est prior eo modo quo aliquid ponit saltem rationis circa illum cui remittit. vnde z infusio gratie prius intenditur licet sit posterior naturaliter via executionis:z prior via perfectionis. Et sicut dictum fuit de glosa in primo : q prius vult deus alicui gloriam:cm̄ merita.prius dico intentione.sicut prius vult alicui finem. cm̄ illud quod est ad finem. Et tamē merita priora sunt executione.z per merita vult q attingat finaliter ad gloriam. Similiter dicit vnus q secundum consequentiam remissio culpe potest dici prior:si tamen inter ea est aliqua consequentia.quia imperfectius est hic consequens cm̄ antecedēs:sicut animal cm̄ homo.z imperfectius est ipsum prius cm̄ posterius: sicut remissio cm̄ infusio. Infusio enim propinquior est fini vltimo:z ita perfectior est. Verūtamen nō puto:q inter ista sit aliqua consequentia ex natura rei. Unde ad neutrum sequitur alterum. qz vtrūq sine alio potest esse. Hec de isto tertio articulo.

Nota.

¶ Ad primum principale argumentū dico:q nō est simile de corruptione habitus vitiosi z generatione virtutis.z de remissione culpe z de infusione gratie:patet:quia ibi sunt quatuor termini : quorum duo sunt reales et positiui et alij priuatiui vel negatiui.hic autem non est sic: mmm.iij.

ad argu. principale.

& ideo sunt ibi due mutationes reales. hic aūt nō. ¶ Ad scdm de generatione & corruptiōe naturali similiter est dicēdum. ¶ Ad tertium de mutatione ad formam & dispositionem dico: ꝙ sunt due mutationes: quādo disopositio dicit aliquid reale positiuum aliud a forma de nouo inductum. hic autem nihil reale positiuum inducitur per remissionē: vt dictum est. Similiter nec remissio dispositio est nisi valde improprie: Non ponit enim circa remissum nisi ens rationis: nec est dispositio ad gratiam ex natura rei: sed tantum ex institutione diuina.

¶ Ad confirmationem de Augustino dico: ꝙ si aliquid concludit ꝙ peccati remissio & gratie infusio vel restitutio virtutis non sunt idem seu vna & eadem mutatio. sed non cōcludit ꝙ sint due mutationes. et ita nichil contra predicta sic ad istam questionem.

¶ Distinctionis. xvij.
Questio secunda.

SEcundo quero.

Utrum necessarium sit ad salutem peccatori confiteri oīa peccata sua ꝓprio sacerdoti.

¶ Uidetur ꝙ non Primo sic ad deletionem peccati mortalis sufficit sola contritio interior: sicut habetur per scripturam & ꝑ sanctos frequēter: igit̄ nō est necessaria cōfessio ad salutē. Unde & d' Petro dicit Ambrosi⁹ Ambro. Lauāt em̄ lachrime delictū: qđ voce pudor est confiteri. Et ibidē lachrymas lego. satisfactionē nō lego. nec etiā cōfessionē legimus de petro: quare &c. & quacūq3 hora ingemuerit peccator &c. dicitur in ezechie. ¶ Scdo sic: Sola precepta decalogi sufficiūt ad salutē obseruanda iuxta illud Mathei. Mathe⁹ Si vis ad vitā ingredi serua mādata. sed cōfiteri non est p̄ceptum decalogi nec cōtinet̄ sub aliquo taliū preceptorū: quia p̄cepta decalogi obligabāt sub lege mosayca. nō autem sic tenebant̄ confiteri. ergo &c.

¶ Tertio sic. Nullus tenet̄ ad impossibile. sed impossibile est adultū peccatorē confiteri. aliquādo sicut loquimur de cōfessione: puta si nondū sit baptisatus vel si sit mutus. Nec tenet̄ ꝑ scriptū: q2 nō inuenit̄ de hoc p̄ceptum. vel si sit barbarus sacerdoti nō potēs intelligi a sacerdote. nec tenet̄ per interpretē. quia nō inuenit̄ hoc expressum sub p̄cepto vl' si nō habet copiā sacerdotis sicut latro in patibulo nec tenet̄ cōfiteri laico. vel si ꝓbabiliter p̄sumit aliquid ꝯtra caritatē euēturū ex ꝑte vel malicia sacerdotis vl' sui ex tali ꝯfessiōe: vl' ꝓbabil'r timet: ergo &c.

¶ **Contra** adducunt̄ multe auctoritates a magistro in l'ra vna est Ambro. Ambrosij nō potest quisq3 iustificari a pctō nisi ante fuerit August. pctm̄ confessus. Scda est Augustini. Nemo dicat sibi occulte ago penitētiam. nouit deus: q2 in corde ago. sequit̄ ergo sine causa dictū est q̄ solueritis in terra soluta erūt in celo: & sine causa claues date sunt verbū xp̄i frustramus. & sup psalmū nō absorbeat me ꝓfundū &c. dicit puteus est ꝓfunditas iniquitatis: in quā si cecideris: nō claudet sup te os suum si tu non clauseris os tuū. Et multe auctoritates in canone de penitentia.

¶ In ista q̄stione sic procedā.

¶ Primo inquirā quo iure vel p̄cepto teneat̄ aliquis cōfiteri: & vtrū ex necessitate alicuius p̄cepti ¶ Scdo inquirā quid includit illud p̄ceptū de cōfessione & includebat a p̄ncipio: & ad quid artabat. ¶ Tertio qđ est circa illud p̄ceptū postea vlteri⁹ explicatū vel explicitū. ¶ Ultimo ad rationes.

dinatione sacerdotis completa ⁊ perfecta specialiter videtur q̄ ibi sit duplex forma. vna q̄n sibi confertur caracter ⁊ potestas cōficiēdi corpus christi: que dicitur cum traditur sibi calix cum vino ⁊ patena cum hostia quod est signum sensibile sui ministerij: ⁊ dicitur sibi accipe potestatem celebrandi ⁊c̄. Secunda vero forma q̄n īponitur sacerdoti postea manus ab episcopo. ⁊ dicitur. accipe spiritum sanctum: quoꝝ remiseris peccata ⁊c̄. Et tunc datur sibi potestas clauium in foro penitentiali. Et quelibet forma habet sibi cōiunctam materiā propriam scꝫ signum sensibile representatiuū ministerij alicuius sacerdotalis. Prima est traditio calicis. Scd̄a est impositio manuū episcopi ⁊ concurrunt vel potius sibi succeduut ad perfectā ⁊ cōpletam ordinationem sacerdotalē. ¶ Quinto dicitur q̄ ab idoneo ministro representāte aliquo signo sensibili ministeriū illius gradus in quo instituitur ordinatus. hoc iam ptꝫ in ordinatiōe sacerdotis. posset etiā in alijs declarari: sicut in ordinatione lectoris tradit̄ sibi liber ꝓphetaꝝ. in ordinatione hostiarij traduntur sibi claues. in ordinatione exorciste traditur sibi liber exorcismoꝝ. In ordinatione accoliti tradūtur sibi cādelabra cum cereo ⁊ similiter vrseolo. subdyacono traditur calix vacuus. et dyacono autem liber euangelioꝝum. ¶ Sed dicitur vltimo ex institutione diuina efficaciter significat ista ordinatio gratiam ad minstrandum vel digne ministrandum et hec tam de gratia gratis data: que est caracter quia quilibet ordo habet proprium caracterē saltē loquēdo de septem: ⁊ sunt caracteres alterius rationis sicut ⁊ ordinis ⁊ ordinationes sacramētales q̄ etiā de gratia gratum faciēte. q̄r istud sacramentum cōfert gratiā nō quidē primā sicut baptismus vel penitētia: sed scd̄am. i. augmētum gratie. vnde supponit primā gratiā in suscipiēte ipsum digne. Hec de secundo articulo principali.

Q̄ sūt ordines in ecclesia.
¶ Quātum ad tertiū
dico q̄ cōmuniter ponun=

tur.vij.ordines.iij.sacri qui dicunt maiores:⁊.iiij. non sacri qui dicuntur minores: quorum sufficientia sic accipitur. Nam sicut superius dicebatur ordo est potestas vel gradus preeminens in ecclesia disponens ad actum sacramentalem circa eucharistiam precipue. Aut igitur ordo disponit ad actu3 sacramentalem circa eucharistiam directe de propinquo. Aut a remotis ⁊ non sic directe sed magis quantum ad suscipientes. Primo modo accipiuntur iij.ordines sacri. Secundo modo.iiij.non sacri primo tripliciter. Aut enim ordo disponit ad actum cramentalem circa eucharistiam directe ipsam eucharistiam cōficiēdo:⁊ sic est ordo sacerdotum:cuius principalis actus est conficere corpus christi: secundarius vero absoluere vel ligare. Aut dispensando eucharistiam ⁊ tractando eam in vasis:⁊ sic accipitur ordo dyaconatus vel dyaconi:cui⁹ principalis est actus dispensare eucharistiam. vel tractare non immediate:sed mediantibus vasis in quibus continetur vt mediāte calice vel pixide vel huiusmodi. Ex quo p3 ꝙ legere euangelium non est principalis actus dyaconi : sed secundarius ⁊ minus principalis. Aut accipitur talis ordo in ordine ad actum ministrandi materiam eucharistie. et sic est ordo subdyaconi: cuius principalis actus est materiam eucharistie ministrare:scil3 panem et vinum. Legere autem epistolam est actus secundarius ⁊ minus principalis. Et dicuntur isti tres ordines sacri. quia directe et de propinquo circa euristiam. Et patet ꝙ inter eos sacerdotium est ordo nobilior sicut ⁊ actus eius postea dyaconatus:⁊ vltimo subdyaconatus. ¶ Alij sunt ordines qui accipiuntur respectu actuum remote se habētium ad eucharistiam. vel ergo disponunt ad conueniētem dispositionem in populo ad eucharistiam suscipiēdam:vel amotionem impedimentorum : vel vt arceantur mali:ne appropinquent. Primo modo dupliciter.nam dispositio cōueniens in populo ad eucharistiam duplex est. vna est inferior deuotionis pertinēs ad effectum.⁊ ad talem disponit acolitus portando cereum accensum in cādelabro. secunda pertinet ad intellectu3:⁊ est eruditio vel instructio mentis incredibilibus et agibilibus. Et ad hanc disponit lector legendo prophetias. Secundo modo etiā dupliciter. quia aut ordo est ad mouendum impedimētum arcendo malos homines eiectos ab ecclesia:⁊ sic est ordo hostiarij. aut arcendo demones:⁊ sic est ordo exorciste: qui habet fugare demones exorcisando. vel legendo librū exorcismorum. non tamē sicut dicunt aliqui sic ꝙ exorciste vel verbis eius imprimatur vel conferatur aliqua vis supernaturalis qua possit effectiue demones cogere vel fugare.quia hoc nihil est:sed virtute diuina arceantur demones vel fugantur ad actum exorciste.⁊ hoc ex pacto diuino:sicut in sacramētis infunditur gratia suo modo:vt puto. Sic ergo sunt septem ordines sicut tenetur cōmuniter. Et scd'm ista episcopatus non esset ordo vt videtur.

Ep̄atus an ordo. 1.opinio

¶ **De episcopatu** igitur vidēdum est an sit ordo. Et dicunt aliqui ꝙ non. Primo quia si esset ordo distinctus a sacerdotio: tunc esset ordo superior et nobilior sacerdotio. hoc autem est falsu3. Sacerdotium enim habet nobilissimum actum.⁊ ita nobilissimus ordo. ¶ Secundo quia vnus ordo in conferendo non de necessitate depēdet ab alio. patet de promoto per saltum:in quo non est reiterandus ordo ille: sed caute supplendum est quod ferat omissum. episcopatus vero de necessitate facti dependet ex sacerdotio. Unde si aliquis non sacerdos consecraretur in episcopum:nihil fieret. ¶ Tertio.q2 episcopatus simpliciter potest tolli:per depositionem vel degradationem.⁊ per consequens non imprimitur caracter in ordinatione episcopi : nec episcopatus est ordo. ¶ Quarto quia tunc essent plures ordines ꝙ septem.quod non tenetur.

Scd'a opi.

¶ **Alij** tenēt sicut ⁊ canoniste ꝙ episcopatus est ordo ⁊ per consequens ꝙ consecratio episcopi est sacramentum. Primo quia episcopatus est gradus quidam preeminens in ecclesia ⁊ potestas quedam ad actus sacramentales:qui nullo modo conueniunt alijs ordinibus:sicut ad actus ordinandi sacerdotes dyaconos et subdyaconos. Similiter ad actum confirmandi. Et ita nō solum restringunt isti ordinem ad actus sacramētales circa eucharistiam : sicut primi sed ad omnem actum sacramentalem extendunt. ¶ Secundo quia non minus videtur sumi in ecclesia aliquis ordo respectu actuum sacramentalium per se ⁊ magis nobilium sine comparatione:ꝙ respectu sacramentaliū per accidens ⁊ indirecte ⁊ minus nobilium. sed planum est: ꝙ actus illi ad quos disponit gradus episcopi vel episcopatus sunt per se sacramentales et directe ⁊ nobiles actus ⁊ excellentes multum:sicut confirmare sicut ordinare sacerdotes et alios. Actus autem illi ad quos disponunt omnes alij ordines a sacerdotio: sunt minus nobiles ⁊ excellentes ⁊ aliqui indirecte sacramētales:sicut actus subdyaconi ⁊ quattuor minorum ordinum. ergo ⁊c. ¶ Tertio q2 hoc vult dionysius quīto ecclesiastice hierarchie:vbi dicit: ꝙ tres sunt ordines scil3 episcopatus sacerdotium ⁊ dyaconatus. Non q2 non sint alij ordines. sc3 subdyaconatus ⁊ quattuor minores : sed quia pluribus in primitiua ecclesia non vtebantur propter paucitatem credentium vel fidelium. Et ita pauci ministri sufficiebant. Similiter etiam isydorus ethimologiarum libro septimo capitulo duodecimo. ponit episcopatum ordinem. Hoc idem habetur in canone distinctione.xxj.ca. cleros. ¶ Videtur ergo : ꝙ episcopatus sit ordo. Et etiam vltra consequenter videtur:ꝙ in episcopatu imprimatur caracter indelebilis sicut in alijs ordinibus ⁊ alterius rationis cuius etiam signum est quia ordinatio alicuius in episcopum vel consecratio est irreiterabilis. Unde ⁊ perpetuo aliquis cōsecratus in episcopum manet episcopus: quantumcunq3 deponatur vel degradetur:sicut etiā ⁊ sacerdos : licet possit ab eo tolli iurisdictio super populum:sicut ⁊ sacerdoti.

Q2 ep̄atus ē ordo

Ad rōes 1.opinionis.

¶ **Ad rationes** primorum potest respōderi. Ad primam ꝙ s'm vnum modum dicendi episcopatus est nobilior ordo ꝙ sacerdotium. quia episcopatus includit sacerdotium : et sibi competit vniuersalitas actuum sacramentalium. Et ita quia episcopatus sacerdotium includit:⁊ cum hoc superaddit: est aliquid nobilius sacerdotio ⁊ dignius. Nec est inconueniēs: licet non sit nobilior accipiendo precise et tantum illud quod superaddit cōparando ad sacerdotium: sed sicut totum vel includens nobilius est parte vel incluso:licet non respectu alterius partis. Aliter ꝙ posito ꝙ episcopatus sit ordo simpliciter distinctus a sacerdotio non includens ip̄m:lic3 presupponēs:sicut sacerdotium dyaconatum p̄supponit: non oporteret ꝙ episcopatus esset nobilior ordo ꝙ sacerdotium:licet posterior : licet ita sit in alijs ordinibus sacris ꝙ posterior sit nobilior. sacerdotium em̄ videtur nobilissimus ordo ex nobilitate actus sui:qui est nobilior alijs oībus vt videt'. Si autem diceretur ꝙ sicut episcopatus est superior ⁊ posterior ordo:ita ⁊ aliquo modo nobilior :nullu3 inconueniens videretur. Unde ⁊ sacerdotium ex episcopatu dependet. q2 nullus in sacerdotem nisi ab episcopo ordinat'. Et ita act⁹ sacerdotij virtualiter continetur in actu episcopatus ⁊ sacerdotiu3 in episcopatu.quare.⁊c. ¶ Ad scd'm diceretur secundū p̄mā viā : ꝙ q2 episcopo ꝯuenit vniuersalitas actuū sacramētalium:⁊ per ꝯn̄s episcopat⁹ includit sacerdotium:de necessitate p̄supponit sacerdotium:sicut totum ⁊ includēs presupponit partē ⁊ inclusum.nō sic oportet de alijs. Uel aliter diceretur ꝙ non plus de necessitate facti episcopatus includit sacerdotium vel p̄supponit ꝙ sacerdotiū includat dyaconatū:vel dyaconatus subdyaconatum:licet s'm ordinem iuris ⁊ modum obseruādi presupponat ip̄m. ¶ Ad tertium diceretur ꝙ episcopatus est indelebilis:nec potest tolli aliquo mō sed semper manet episcopus:licet tolli possit iurisdictio quecūq3:sicut in sacerdote. ¶ Ad quartū de septem ordinibus diceretur ꝙ simpliciter ⁊ absolute loquēdo plures sunt ordines.q2 octo.verūtamē sermo fit cōmuniter de ordinibus ad eucharistiam disponētibus:⁊ qui sunt in cōmuni v'sū actuū suorum.⁊ illi sunt septem:qui nominantur cōmuniter ⁊ dicuntur.

Ad argumēta p̄n.

¶ **Ad primum principale ar**gumentū dico ꝙ ordo est sacramētū eo mō quo dictum est supra s3 nō est vnū vnitate indiuisibili et specifica:sed vnitate gn̄is ad plures:vel ordīes seu ordinationes speciales.⁊ similiter ordine quodam ⁊ integritate perfectionis ad ministrandum. vnde dico ꝙ sacramentum non distinguitur:vel descendit in ordinem sicut in speciem specialissimam. sed sicut in genus subalternum continēs sub se plures species:⁊ illud vnū gen⁹ in septēario sacramētorū distinguitur cōtra alia sex:⁊ accipitur quasi vnu3. ¶ Ad scd'm dico ꝙ ordo accipiēdo ip̄m p spūali p̄tāte vel etiā pro respectu vel habitudine partium ecclesie ad inuicē non est sacramentū. sed accipiendo pro signo vel sensibili signaculo ordinationis:qd vocat magister sacramenti signaculum: isto modo est sacramentum.quia est sensibile ⁊ efficax signum respectu gratie non solum gratis date : sed gratū facientis. ¶ Ad tertium patet per idem quid dicendum. Ex predictis etiam patet ꝙ nec benedictiones abbatum vel episcoporum:quas tamē conferunt populo:nec tonsiones clericorum : quando tonsurantur:sunt sacramēta. q2 in eis gratia ex vi talium non confertur. s3 bene in consecratione episcopi si episcopatus sit ordo:sicut probabiliter videretur.⁊ sicut supra s'm opinionem aliquorum dicebatur.

¶ Distinctionis.xxv.
Questio Unica.

Circa distinctionē xxv.quero vnam questionem sc3 vtrum pena canonica vel etas puerilis vel sex⁹ muliebris impediat ab executione vel mīstratiōe seu receptiōe ordinū. ¶ Videtur ꝙ nō de pena canonica. q2 aliquis sacerdos excōmunicat⁹ vel irregularis vel suspēsus si attemptet ꝯficere vere cōficit de facto. ergo similiter quacūq3 pena canonica ligatus vere recipit vel confert de facto ordīes ipsos:vt videtur quātumcunq3 sit episcopus irregularis ⁊ suspensus vel excōmunicatus vel degradatus vere ordinat:⁊ aliquis etiam vere recipit de facto: sicut etiam irregularis si ordinetur de facto vere ordinatur. ¶ Secūdo arguitur de etate pueli. q2 etas puerilis nō p̄hibet aliorum sacramētorū susceptionem:vt baptismi vel confirmationis ⁊ huiusmodi. ergo similiter nec ordinum susceptionem ¶ Tertio de sexu muliebri. q2 sicut dicitur ad galatas.5. in xp̄o Jesu non est seruus neq3 liber neq3 masculus neq3 femina. igitur possunt oēs indifferēter ordines xp̄i Jesu recipere:femina sicut masculus ⁊ seruus sicut liber. ¶ Contra oīa ista aliquo modo patet in littera.

Ad Gala.5.

¶ **In ista questione sic p̄cedā**

¶ Primo ostendam quid vocatur pena canonica in p̄posito:⁊ quot sunt tales in genere:⁊ qualiter incurruntur ⁊ remittuntur. ¶ Secūdo ostēdam quo modo includūt vel īpediūt ab ordinum susceptione vel collatione. ¶ Tertio de etate puerili ⁊ sexu muliebri. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ **Quantum ad primū arti**culum dico:ꝙ pena canonica in p̄posito vocatur pena inflicta per canones vel s'm canones p̄hibens vel arcens aliquē ab actu ecclesiastico:qui alias sibi liceret. ¶ Dicitur autem ibi pena inflicta p canones quantum ad penam inflictam a iure. vel s'm canones quantum ad penam inflicam a iudice: quasi rite ⁊ iuste infligatur:debet infligi s'm canones vel canonicas sanctiones. in quibus ꝯtinetur mod⁹ et p̄cessus iudicis infligendo talē penam. Scd'o dicitur ibi arcēs vel p̄hibēs punitū ab actu ecclesiastico. q2 oīs pena canonica talis vel artat ab actu ecclesiastico:sicut p̄hibitio illius act⁹ tm̄:vl' si aliquo alio mō tm̄ ille modus ad artationē vel ad arcere reducitur. Sed subiūgitur: ꝙ ab actu qui alias liceret punito vel posset cōuenire licite. q2 si nō liceret nec cōueniret sibi alias nō eēt sibi pena artari tali actu sicut laico nō eēt pena:ꝙ artaret' ab actu cōsecrādi vel ꝯficiēdi corp⁹ xp̄i. ¶ Dico aūt:ꝙ sūt sex tales pene canonice in gn̄e. sc3 dispō vel degdatio infamia excōicatio irregularitas suspēsio interdictum. Depositio est talis amotio a statu clericali ⁊ ecclesiastico. Et si degdatio ē idē qd depō:tūc etiā est totalis amotio. si aūt nō sit idē qd depō:tūc non est totalis amotio ab oī gdu ecclesiastico vel statu: sed est amotio ab aliquo gradu altero relicto.⁊ tūc depositio vel amotio partialis.⁊ est partialis pena respectu depositionis simpl'r. Dicitur autem aliquis deponi vel degradari ab episcopatu vel sa-

Pena canonica quid.

ꝙ sūt sex pene canonice.

deposito.

cerdotio:z amoueri a tali gradu vel statu:nō quia aufferatur sibi caracter ordinis: vel ordo suscepꝰ sed quia auffertur sibi licentia exequēdi actum cuiuslibet ordinis:si sit depositus simpliciter z omne priuilegium:qui competit ordinatis:z excludit̄ to taliter a foro ecclesiasticarum personarum z libertate z tutela. vnde z traditur iusticie seculari. Ista pena nunq̄ infligitur a iure sed a iudice: licz iudicetur:z dictetur infligenda in iure:infligitur autē ꝓpter peccata z crimia enormia z manifesta:vt hereſis extra de hereticis. Ad abolendam vel ꝓpter scisma ē̄ de scismaticis. Ad abstinēdos in.vj.lib. vel ꝓpter reuelationem ꝓfessionis ē̄ de penitentijs z remissionibus oīs vtriusq̄ sexus. Et forma ſm quā debz infligi tali pena habetur ē̄ de penis degradatio z est hodie ī sexto libro. Remittit aūt talis pena depositionis p restitutionem ab eo qui potest depositum restituere in integrum qui ponitur solus papa:licet non legatur q̄ legitime depositus postea fuerit restitutꝰ. ¶ Scda pena est ifamia:que est status lese dignitatis q̄tum ad vitaz z mores:sicut fama est statꝰ illese dignitatis q̄tū ad vitam z mores. Hec autem lesio dignitatis diuersimode incurritur. Circa quod est aduertendum q̄ non est idem esse infamē z esse infamatū. Infamatus enim est qui de aliquo crimine in publico ē accusatus:sed nundum ꝓpter hoc est ifamis:nec subditur pene infamie:que dicitur pena canonica. sed infamis est vel ꝓpter crimen publicum publice cōmissum ꝓpter quod ius determinat aliquē foze infamem:z infligit penam infamie:vel quia a iudice infligitur talis pena. A iudice (unq̄) coram quo patur tale crimen ꝓpter quod infligitur sibi talis pena: et iudicatur a iudice esse infamis puniendo tale crimen pena infamie. Sed quandoq̄ ille qui cōmisit tale crimen non est conuictus de hoc coz̄a iudice:z tunc est tantū ifamis a iure. Aliquādo autem cum hoc a iudice: puta quādo est cōuictus de hoc coram iudice: z infligitur sibi pena ab eodē iudice:z sic dupliciter est infamis. Cause aūt ꝓpter quas incurritur a iure vel debet infligi a iudice habentur in generali. vj.q.i. vbi dicitur oēs infames esse dicimus quos leges seculi infames appellant. ita q̄ leges seculares puniētes crimine infamie a canone approbantur:z ille leges habentur de his qui notantur per totum. Contra infamiā vero penam p̄dictam non est remedium quo tollatur: nisi restitutio in integrū ab eo qui sic potest restituere: ē̄ de testibus testimoniū in glosa arcetur. Et ista pena infamie grauioz est quantum ad vitam ciuilem q̄ depositio. Nisi forte depositio includat istā quia talis infamia ꝓhibet ab omni actu legitimo etiā post pactā penitētiā. q̄ talis ꝑsona habeē̄ re putatur vilis extra de regulis iuris:ifamibus porte dignitatis patere non debent. ¶ Tertia pena ē excōmunicatio maioz que ad ꝓpositum maxime p tinet. Et debet dici excōmunicatio simpliciter. nā excōmunicatio minoz nō ē nisi excōmunicatio ſm quid puta quātum ad exclusionem cōmunionis fidelium ī sacramētis tm̄. sed excōmunicatio maioz simpliciter z excludit a communione fidelium et participatione ipoz̄. Et ista excōmunicatio aliquādo infligitur a iure:aliquādo a iudice. A iure quidem aliquādo erat possibile diceretur numerū casuum in quibus ifligebatur:sed modo sunt quasi innumerabiles casus:z quotidie variātur:vl augmentatur numerus eorum sicut z motus capitum variatur nec oportet super numero determinato talium casuuz implere quaternos. A iudice etiam non possunt casus cōputari. hoc tamen dico q̄ nec a iure nec a iudice dz infligi nisi ꝓ pctō mortali: nec ꝓ quocūq̄ debet infligi: sed ꝓ graui cui etiā annexa est contumacia. q̄ quādiu aliquis est paratꝰ satisfacere ꝓ culpa z audit ecclesiā: nō est excōmunicādus nec habēdꝰ sicut ethnicus z publicanꝰ. Pena autē ista infligitur illi qui est cōtumax: nec vult audire ecclesiam. Et relaxatur ista pena per absolutionem eius qui tulit sentētiam: vel per superiorem eius: si est excōmunicatio a iudice. Si vero a iure: tollitur per absolutionem illius q̄ ius ꝓdidit. Nec hoc solum sicut dicunt aliqui: sed ſm eos per absolutionem cuiuscūq̄ sacerdotis quādo condēnatus nō reseruat sibi istam absolutionem qđ ꝓbāt ꝓ illud capitulum: extra de sententia excommunicationis nuper. Sed ista ꝓbatio parum cogit. quia non sequitur: ille non reseruat absolutionem. ergo concedit: loquēdo de forma sententie etiam secundum iura. quia posse absoluere vel non absoluere cadit sub illa regula: quod nō est concessum videtur esse ꝓhibitum. Non enim videtur alicui inferioꝛi absoluendum a sentētia lata a superioze: nisi sit sibi cōmissum. ¶ Quarta pena est irregularitas. z ista est inhabilitas ad susceptionem z executionem quoz̄ūcunq̄ ordinum. Ista pena incurritur frequēter a iure. z quasi nunq̄ vel raro a iudice: licet a iudice posset infligi. A iure autem incurrit ex aliquibus criminibus: et aliquando ex non criminibus. Crimina specialiter sunt quattuoz pertinentia ad ordines vel actus eorum. Vnū est symonia. aliud ē furtū in ordine suscepto. Tertium ministeriuz solemne in ordine non suscepto. Quartum contumacia in non seruando penas ecclesiasticas vt cum aliquis ministrat in ordinibus vel suscepit ordines excommunicatus maioꝛi excōmunicatione: vel suspensus: vel interdictus: vel hmōi. Et omnes isti casus indigerēt lōga declaratione: quā ptrāseo gratia breuitatis. Similiter ex tribꝰ nō criminibus incurritur: puta ex illegitimitate: extra de filijs ꝓsbyteroz̄ nō ordinādis ex seruitute. dist. liij. z extra de seruis nō ordinādis. ꝓ totum. Similiter ex enormi vel turpi mutilatiōe vel infirmitate: vt habetur extra de corpoze vitiatis nō ordinādis. Contrahitur etiam aliqñ ex aliquibus: que qñq̄ sunt crimina: qñq̄ nō: sicut ex homicidio z bigamia. Et sub homicidio continetur mutilatio actiua enormis alterius vel suiꝑsius. Et intellige de homicidio voluntario ꝓcipue. Remittitur aūt pena talis. s. irregularitas per dispēsatiōnē aliquando a solo papa. aliquando ab epō ſm q̄ irregularitates variantur: z vbi dispensatio cadit q̄ sicut dicunt quidam: nō in omnibus cadit dispēsatio: sed irregularitas ex homicidio voluntario solum remittitur per baptismum. sed de isto dicto non curo. Non video irregularitatem in qua papa non possit ex causa z in casu dispensare. quia ipse est conditoꝛ iuris de irregularitate z superioꝛ plenarius ad quēlibet alium iudicem qui posset eam infligere. vnde non puto q̄ sint aliqui irregulares ex natura rei. quia irregularitas pena est canonica non naturalis. Est autem ista pena grauioꝛ excōcatione quātum ad hoc q̄ difficilius tollitur q̄ excōmunicatio. Et hoc est signum q̄ excōmunicatō simpliciter grauioꝛ est. sicut z verum est. quia excō municatio excludit ab omni communione alias licita. Sed irregularitas tantum ab hisque spectāt ad ordines. Similiter iste pene due scilicet excommunicatio z irregularitas possunt esse publice vel priuate. Non sic aūt due prime. scilicet dispositio z infamia. semp enim sunt publice sicut patet ex p dictis. ¶ Quinta pena est interdum que est artatio a quibusdam actibus ecclesiasticis exercēdis: vel ab assistendo quibusdam talibus actibus: z hoc vel simpliciter vel in aliquo loco. Et ista pena licz quādoq̄ infligatur persone z non loco: quandoq̄ loco nō persone quādoq̄ persone z loco: tamē communius infligetur loco z nō personis: nisi dum in loco vti. s. in tali loco non liceat solēniter celebrare diuina nec alios interesse. Et contrahitur hec pena interdicti quādoq̄ a iure: quandoq̄ a iudice. A iure occurrit exemplum de receptantibꝰ vsurarios extraneos. A iudice ex causis innumeris: tamen cōmunius ꝓpter inobediētiam interdicitur populus siue locus. Relaxatur autem ista pena p illum qui ponit interdictum. z quandoq̄ a iure ex casibus certis extra de sententijs excōmunicationis. Alma mater ecclesia. ¶ Sexta pena est suspēsio que est ꝓhibitio ab aliquo alias conuenientē. z hoc ad tempus. Et in hoc specialiter distinguitur hec pena contra aliquas alias. Hec autem multiplex est q̄ quedam est a beneficio. quedam ab officio. quedam ab ingressu ecclesie. Et quādoq̄ incurritur ipo iure: vt ptz extra de sententia z re iudicata: z extra de sententia excōmunicationis: cōmedicinalis: z etiam in suscipiēdo ordines ab episcopo qui renunciauit loco z dignitati tali. quia talis episcopus executionem non habet: nec confert. z ideo sic suscipiens suspensus est. patet prima. q. vij. Balbertani: z extra. de ordinatis ab episcopo: qui renunciauit. Similiter z de ordiato symoniace: post q̄ sibi cōstitit q̄ symoniace ordinatus est: quando prius dum ordinaretur fuit ignorans simpliciter ignorantia inuincibili: q̄ symoniace ordinaretur. Tollitur aūt ista pena p relaxationem talis suspēsionis factam ab eo: qui tulit eam vel a suo superiori. Hec de primo articulo principali.

¶ Quātum ad secundum articulum dico q̄ omnes pene p̄dicte arcent z impediunt a susceptione vel executione ordinū quoz̄ūcūq̄ de iure. quia omnibus talibus penis amouet vsus ordinum. z habilitas suscipiendi eos. Et breuiter quilibet recipiens ordinem aliquem vel exequens actum alicuius ordinis cum aliqua predictarum penarum mortaliter peccat: z est iobediēs ecclesie. ¶ Secūdo dico q̄ p̄dicte pene non impediunt: nec tollunt executionem vel susceptionē ordinum de facto. Si enim cum aliqua p̄dictaruz penarum aliqs exequitur ordinem quātum ad septē ordies saltem circa eucharistiam: vel suscipit ordinem cum intentione faciēdi vel suscipiēdi: sicut intendit ecclesia: factum est quod facit: z receptū q̄ suscipit vel suscipere intendit quantum saltem ad actus ꝓncipales ordinuz. quod dico quia nō ē hoc verum q̄tum ad actum absoluēdi in ordine sacerdotij. sicut dictum est supra. ¶ Tertio dico q̄ quātum ad primam penam que est degradationis vel depositionis dubium est: an talis pena de facto impediat collationem ordinum vel de iure tantum. Et est hoc dubium vtrum scz episcopus degradatus vel depositus vere ordinet de facto: si attēpter ordinare. Et de hoc dicūt aliqui q̄ non. q̄ ad hoc non sufficit gradꝰ vel dignitas episcopalis manēs indelebilis: sed requiritur cum hoc iurisditio sup ordinādos. Sicut in foro penitētie requitur iurisditio sup absoluendos: et non sufficiunt ad absoluendum etiam de facto claues sacerdotales. q̄ ꝓ primam penam: puta depositionē vel degradationem tollitur omnis iurisditio a depositō vel degrato. ideo z̄c.

¶ Alij dicūt eandem conclusionē: scz ꝓ bant eam aliter. q̄ ſm eos episcopatꝰ non est ordo: nec est aliquid indelebile/ z quod potest aufferri simpliciter loquendo: z auffertur per degradatiōem vel depositionē. quare. z̄c. 2. opinio

¶ Contra primam viam videtur esse. quia ordinatus ab episcopo qui resignauit loco vel dignitati: z ꝓ cōsequēs non habet iurisditionem episcopalem: vere est ordiatus licz ab executione ordinis suscepti sit suspensus sicut dictum est in articulo precedenti z probatum per quādam decretalem. igitur ad hoc vt de facto ordinet aliquis episcopus: vel ordines conferat non requiritur episcopalis iurisditio: scz sufficit gradꝰ z dignitas episcopalis: non quidem iurisditionis sed ordinis: que manent in episcopo quantūcunq̄ degradato vel depositō suppositō q̄ episcopatus sit ordo: sicut probabiliter superius dicebatur. unde non requiritur iurisditio ordinantis super ordinatum ad hoc vt ordinetur de facto ipso: sed magis ad hoc: vt ordinetur de iure. Ex quo patet q̄ non est simile de absolutione z ordinatione. 3.1.opi.

¶ Similiter cōtra secundam viam est istud idem argumentum: z cum hoc vnum aliud. quia sicut dicebatur supra episcopatus ordo est aliquid perpetuo manens indelebile: nec est sola iurisditio vltra sacerdotiū: que auferri potest. ꝑatet quia aliquis sacerdos existens z electus z confirmatus in episcopum ac si iurisditionem episcopalem habens super eos de diocesi nondum ꝓpter hoc est episcopus: nec potest ordinare vel cōfirmare. 3.2.opi.

¶ Et ideo videtur michi dicēdum q̄ prima pena nō impedit simpliciter de facto collationem ordinū: sed episcopus quantūcunq̄ depositus vel degradatus z etiam hereticus: dum tamen non sit in hoc hereticus: sed intendat facere quod facit ecclesia: si aliquid facit: dato q̄ quantumcunq̄ non credat q̄ ecclesia facit aliquid: vere ordinat z confert ordines de facto: si ordinare attemptet. sicut sacerdos vere consecrat: z conficit quantumcunq̄ depositus vel etiam degradatus: peccat tamen mortaliter ordinando vel ordines conferendo contra ꝓhibitionem ecclesie vel superioris ipsum degradantis vel etiam deponentis vel prohibentis: ne attemptet. Hec de secundo articulo principali. opi. doc.

¶ Quātū ad tertium articulū dico primo de etate puerili q̄ etas puerilis non impedit de facto susceptionē alicuius ordinis etiā quātūcūq̄ sacri. etas puerilis an impediat susceptionē ordi.

Infamia

Excōicatio

Suspēsio

Irregularitas.

Crimina pertinēta ad ordi.

Pene canonice quo excludāt ab ordinum susceptiōe. 1.opinio.

Interdictum.

Si enim puer quocūq; ordine ordinetur: factum ē de facto nec vnq; est reordinandus. Unde potētia vel potestas ordinis potest precedere actum multa duratione non solum natura. ¶Secundo dico q; etas puerilis impedit susceptionem ordinis sacri de iure. Et ratio patz. quia in suscipiente talē ordinem annectitur secūdum ius ecclesie romane votum continentie perpetue. quod quidem votus requirit etatem discretionis. Et ideo contra preceptum ecclesie ordinaretur puer in ordinibus sacris. ¶Tertio dico q; etas puerilis non impedit de iure susceptionem ordinis non sacri. quia nō intenitur prohibitio iuris: ne pueri possint ordinari in minoribus ordinibus. Dico tamen q; non est congruum: q; pueri sic ordinentur. Ideo q; non possint recipere ordinis sacramentum cū reuerentia z attentione debita seu deuotione. Hec sacramentum ordinis est sacramentum puerorum sed adultorum z ad annos discretionis deductorum.

Sexꝰ mulieb. quō excludit a susceptōne ordi.

¶Quarto dico de sexu muliebri q; simpliciter et absolute z de facto z de iure excludit a susceptione cuiuslibet ordinis. Et dico q; hoc est ex institutione christi. quia non est presumēdum: q; ecclesia priuauerit totum sexum muliebrem a tali dignitate: nisi q; Christus sic instituit viros scilicet tantū modo ordinari etiam de facto. Cuius signū est. q; matrem suam que fuit mulier dignissima nunq; voluit ordinari: nec in ecclesia preferri. Huius autez statuti apostolus fuit promulgator ad Thimoteū scribens. mulierem (inquit) docere non permitto doctrina (inquam) publica in ecclesia que pertinet ad ordinatos. Et ad hoc est ratio: vt distat mulier subiici iuxta imprecationem dei post lapsum mulieris z viri per ipsam Genesis secūdo. sub viri potestate eris. Ad hoc est auctoritas vicesima tertia dist. Sacratas deo feminas vel monachas sacra vasa vel sacratas pallas contingere incensum circa altare ferre perlatum est ad apostolicam sedem que omnia reprehentione et vituperatione plena esse nulli ratione vtenti vel sapienti dubium ē. omne ministerium mulieris vituperio plenum ē. quare. zt. Hec de tertio articulo pncipali.

Ad argumēta pn.

¶Ad primum principale ar

gumentum patet ex predictis: quo modo pene predicte impediunt z quo modo non. ¶Ad secundū de etate puerili dico: q; non impedit susceptionem minorum ordinum ex prohibitione iuris: z tamen ex pdecentia et reuerentia debita. Nec est simile de alijs sacramentis: que sunt maioris necessitatz. Nec requiritur attentio nec tanta reuerentia nec votum continentie eis annexum: sicut et ordinib⁹ sacris. ¶Ad tertium de sexu muliebri dico: q; licet ꝯtum ad gratiam cōcedendam z gloriam non sit distinctio maris z femine serui z liberi: bene tamen quātum ad alia officia z ecclesiasticas dignitates est distinctio: instātum q; mulier nec de facto nec de iure ordinari potest. seruus autem manens licet de facto non tamen de iure. quia irregularis est: eo modo quo magis de seruitute inferius apparebit.

¶Distinctionis. xxvj.
Questio Unica.

Questio.

¶Circa distinctionez xxvj. quero primo. Utrū matrimonium sit sacramentum noue legis. ¶Videtur q; nō Sacramentum noue legis institutum est a christo: z nō est a tēpore legis innocentie vel legis nature nec fuit sub lege Mosayca. sed matrimonium non fuit a Christo institutum sed ab Adam Genesis secūdo. Hoc nunc os de ossibus meis z caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrem et matrem: z adherebit vxori sue: z erunt duo in carne vna. Et similiter matrimonū fuit sub omni lege. ergo zt. ¶Secūdo sic. omnis obligatio ad actum simpliciter malum z illicitum non est sacramentum noue legis: nec ad talem obligationē apponitur sacramentum. Sed matrimonium ē obligatio quedaz maris z femine ad actum simpliciter malum. quia ad actum carnalis concupiscentie in quo simpliciter tollitur: z priuat totus vsus rōnis ergo zt. ¶Tertio sic. circa sacramēta et essentialia sacramētorum ecclesia nihil potest immutare. quia sacramēta instituta sunt a Christo: qui est superior ecclesia ipa tanq; caput sed circa personas que sunt essentialiter z necessario requisite ad matrimonium: potest ecclesia immutare. qua potest eas facere legitimas vel illegitimas ad matrimonium. ergo zt. ¶Quarto sic. omne sacramentum noue legis consistit in verbis aliquibus ad formā petinētibus: z habz principaliter ministrari ab aliquo sacerdote. Sed matrimonium in verbis necessario non consistit quia mutis vel absentes per literas vel alia signa possunt contrahere matrimonium: etiam parentes pro filijs. Similiter etiam non ministratur a sacerdote sed magis a contrahētibus: vt videtur. ergo zt.

Gen. 2.

¶Contra

Magister i hoc tractu. Et plasnum est: q; matrimonium computatur inter sacramenta septem. Et apostolus dicit de matrimonio. sacramētum hoc magnum ē: in Christo dico z ecclesia. ergo zt.

Apūs.

¶In ista questione sic pceda

¶Primo ad euidentiam eorum que dicenda sunt ostendam vtrum actus matrimonialis procreatiuus prolis sit licitus z honestus z per consequens vtrum obligatio mutua personarum ad talem actum sit licita z honesta. quod etiam vtrum contrahere matrimonium sit licitum. ¶Secundo inquiram: vtrum matrimonium sit sacramentum noue legis z ponam descriptionem eius: z declarabo eam. ¶Tertio inquiram: quando z a quo z quo modo fuit institutum. ¶Ultimo ad rationes.

¶Quantum ad primū arti/

Primo. actꝰ procreatiuꝰ prolis an licitꝰ z honestꝰ

clum dico primo: q; actus volendi procreare prolem seu velle procreare prolem in specie humana non est actus de se malus z ex genere: sed est etiam de se bonus moraliter. sed potest esse bonus vel malus. bonus si debite circunstantionetur. malus vero: si nō sit debite circūstātiōatus: sz potiꝰ indebite circūstantijs indebitis vel prohibitis vel deordinatis. Et similiter dico de ipso actu exteriori procreatiuo ipius plis. ¶Q; aūt actus talis nō sit de se malus nec deordinatus: sed possit esse bonus et licitus vel honestus probo primo sic. Ille actus qui ēm rationem z inclinationem naturalē est conseruatiuus humane speciei: nō est de se malus. hoc patet. q; nec in alijs speciebus est malus talis actus: sed bonus z nature cōueniens. sed actus volēdi interiori z similiter actus exteriori procreatiuus plis est huiusmodi in specie humana. Hō enim plus repugnat rationi naturali in specie humana procreare plē: z sic pseruare spēm ꝯ in alijs spēb⁹ corruptibilū. z tñ istō ē naturalissimū opus. sicut phūs dicit in secundo de anima. ergo zt. ¶Secundo q; ratio pedicta arguit pro statu isto corruptibili. pro quo non potest aliter z naturaliter species conseruari. patet hoc etiam dato q; homo esset in statu incorruptibili: quia non magis repugnaret sibi secūdum rectam rationem naturalem cōmunicare perfectionem suam i actu procreatiuo prolis: ꝯ alijs animalibus: vt videtur imo magis conueniret sibi eoipso q; perfectior habens potentiam generatiuā z procreatiuam. sed talis actus sic cōueniēs non est contra rationem naturalem: sed magis secundum eam: nec est de se malus. ergo zt. Dices: q; angelus licet sit perfectior: nō tamē cōmunicat suā perfectionem procreādo angelos. Dico: q; nō potuit vari angelo potentia communicandi suam perfectionez. quia angelus nō pōt haberi nec pduci nisi de nihilo per creationem. creatura autem creare non pōt: sicut dictum est in secundo. sic nō est de homine.

Gene. 2. et 9.

¶Tertio probatur ista cōclusio ex scriptura. quia de actu malo secundum se non datur pceptum a deo sed de actu procreatiuo prolis datū est preceptum Genesis secundo z nono. Crescite z multiplicamini. ergo zt. Similiter ex creditis secundum aliquos probatur hoc. q; iste actꝰ est talis: q; per ipsum reparatur ciuitas z societas angelorꝫ per ipsum nāq; electi ad illam societatem assumendi procreantur vel generātur. Similiter etiam ad talem actum exercendum adhibitum ē diuinum sacramentum: quod est sacramentum matrimonij. Sed de hoc nō curo multum quo ad presens. Pōtest autem tertio probari prima cōclusio. q; actus qui in omni policia bene ordiata exercetur: z a prudentibus commendatur: nō est de se malus sz actꝰ procreatiuus plis est huiusmodi. ergo zt.

qūo talis actus procreatiuꝰ prolis pōt esse malꝰ z cetera.

¶Secundo dico q; talis non est de bonus z ex genere: sed potest esse malus. Hoc probo quia nullus actus de se est bonus: nisi qui trāsit ex seipso super optimum obiectum propter seipsum. patet q; nullum aliud vel etiam ipmmet obiectum optimum propter aliud potest inordiate diligi. talis autē actus transiens ex seipso super optimum obiectum z propter seipm est actus amoris amicitie respectu dei. Unde z actus sibi contrarius puta odire deum ex seipso malus est: nec potest bene fieri. sed actus volendi procreare prolem vel etiam procreatiuus prolis non cadit super obiectum optimum. patz. quia non habet deum pro obiecto: nec est vel fit de necessitate ex seipso ꝓpter optimum: sed propter aliud potest cadere super suum obiectum. ergo zt.

¶Secundo sic. Ille actus non est de se bonꝰ: cui potest apponi prohibitio diuina: z apponitur: sed potest esse malus. sed ad talem actum potest apponi z apponitur diuina prohibitio: non mechaberis. ergo zt. ¶Tertio sic ille actus qui eiusdem rationis existens non potest licite: nec debet secundum rectum iudicium rationis naturalis exercerī cum qualibet eiusdem rationis non est ex ratione sua z ex se bonus: sed potest esse malus: sed actus procreatiuus prolis z huiusmodi. Unde Aristoteles vtēs ratione recta contra Platonem in secundo politice reprobauit eum: quia ponebat omnes vxores cōmunes. ergo zt.

qūo talis actus est bonꝰ licitus z honestus.

¶Tertio dico q; talis actus. si debite circūstantionetur: est bonus z honestus z licitus. quod patet quia quilibet actus circūstantiabilis pui per consequens non est de se bonus vel malus sed indifferens si circūstantionetur debite ē bonus. ¶Ad bonitatem vero moralem talis actꝰ dico q; principaliter requiritur circūstantia finis: sicut z in alijs actibus: ad hoc vt sint moraliter boni finis autem actus istius est prolem educanda ad cultum diuinum: vel deus colendus per prolem procreandam z ad cultum suum educandam: vel etiaz vitatio prohibite fornicationis: per quod colitur deus: z obeditur precepto eius non mechaberis. Q; ille debeat esse finis procreandi prolem scilicet cultus diuinus vel deus colendus. Patet. quia ad hoc debet procreans seipsum diligere: z per consequens etiam prolem procreandam z procreationē eius. ¶Secunda circunstantia est: q; cum sua vel suo exerceatur talis actus. voco autem suum vel suum: que vel qui secundum legitimum contractū approbatum a deo legislatore vel lege diuina accepit potestatem corporis alterius et econuerso pro toto perpetuo ad talem actum exercendum. Alioquin talis fornicator: z vtitur non sua contra prohibitionem legis seu legislatoris z domini: principalis: z est actus moraliter malus. ¶Et dico: q; congruit z requiritur: q; determinatus masculus sit determinate femine z vna vel vnus vnius: nisi in casu dispensabili: in quo licuit aliquando sanctis vel antiquis patribus habere plures vxores: sicut dicetur infra. Et nullo modo debet esse: q; quelibet sit cuiuslibet: ita q; vxores sint communes: sicut posuit Socrates. Primo quia hoc eēt contra bonum prolis z bonam educatiōem eius. Filij essent incerti male nutriuntur. Similiter contra reuerentiam paternam. esset enim causa vel occasio ignorandi patrem suum: z ita non reuerendi eum z nō obediendi sibi: quod est contra naturalem disciplinam. Similiter etiam contra bonum communitatis. quia per contractus matrimoniales certarum personarum ad certas seruantur amicicie z communicationes expedientes z honeste. Si autem ꝓsone essent incerte: tunc propinquitates affinitates z cognationes z successiones essent confuse et incerte. Et hoc esset ad malum z confusionem ei⁹ tur bationem rei publice. ¶Congruit etiam vt pro perpetuo vite amborum non solum ad temp⁹ masculus z femina copulentur ad talem actū etiā vinculo indissolubili. Hoc autē sequtur ex premissis. quia alias nen esset certitudo requisita ad bonum commune z alia supradicta. Si enim vnus vir hodie haberet vnam et alter vir cras haberet illam: non eēt certitudo patris de filio: nec econuerso. Similiter esset etiam contra bonam educationem prolis z contra alia supradicta.

Nota.

Hō ō circūstātijs huiꝰ actꝰ.

¶ Requiruntur etiam alie circunstãtie ad talem actum vt exerceatur vbi: ⁊ quando oportet: ⁊ quomodo sicut ĩ alijs actibus moralibus sub modo secundum dictamen rationis recte. Sic ergo patet de licentia talis actus.

mutua obligatio ꝑsonarũ ad actũ ꝑdictũ an licita ⁊ honesta.

¶ Modo sequit̃ de ꝯtractu obligatiuo ad talem actum. Et dico primo: ꝙ contractus obligatorius certe persone ad certam personam legitimam. Et econuerso: vt certi masculi ad certam feminam ad talem actum procreatiuum prolis educande ad cultum diuinum licitus est: vel esse potest. Hoc patet. quia et talis actus licitus est. ¶ Secundo dico: ꝙ talis contractus ⁊ obligatio mutua personarum debet fieri ⁊ esse per actum voluntatis personarum libere donãtium sibi inuicem potestatem corporis sui ad taleꝫ actum.

Nõ hec.

Non enim cogi debent a lege nec a legislatore: sic ꝙ certa persona ad personam certam aliquam determinetur. quia matrimonium debet eẽ tale ꝙ non fiat cum conditionibus facientibus ad solutionem: sed magis ad indissolubilitatem vinculi: vt patet. Si autem aliquis coniungeretur alteri inuite faceret ad solutionem: ⁊ esset occasio dissoluendi eos. Et communiter talia matrimonia q̃ non sunt mere spontanea: sed aliqualiter inuita et cum difficultate principij: malum exitum sortiuntur. Et ideo voluntarie ex seipsis ⁊ libere deberẽt inuicem obligari. Et patet ꝙ ad voluntatem pertinet sic obligare personam persone. Ipsa enim sola inter potentias anime libera est ⁊ domina ⁊ principium precipuum cuiuslibet mere donationis. Hoc patet in alijs obligatiõibus: quibus aliquis seipsum obligat: ⁊ non nisi per voluntatem seu actum voluntatis. Sic igitur dico ꝙ actus voluntatum duarum personarum contrahentium debẽt esse mutuo obligati ipsarum ad inuicem: et datiui potestatum corporum suorum ad talem actum. Et talis obligatio causata in quolibet per actum voluntatis non dicit nisi respectum rationis ĩ persona obliga ad illam cui obligatur. sicut etiam nec seruitus vel dominium dicit nisi respectum rationis serui vel domini ad illum cui subijcitur: vel dominatur.

De ꝯfirmatõe dicti act⁹ ꝑ supiores vel alit̃.

¶ Tertio dico ꝙ congruum est talem cõtractum donationis mutue potestatis corporum confirmari vel probari lege vel statuto superioris Nam rectitudo talis contractus non est principiũ practicum statim notum vel certum ex terminis. Similiter etiam non est forte ita propinqua principio practico agibili ꝙ possit euidenter ex illo deduci. ⁊ dato ꝙ sic esset. quia tamen quilibet nescit sic deducere: adhuc congruum est: ꝙ sic approbetur: vel confirmetur talis contractus inter personas. ⁊ in statu necessitatis puta quando est necessaria multiplicatio fidelium quando scilicet cultus dei est rarus precipiatur sicut fuit dictum Genesis secundo ⁊ nono Crescite ⁊ multiplicamini. Et approbat̃ talis contractus sub lege Mosayca ⁊ in lege euangelica: quando dicit Christus: quod de⁹ coniunxit homo non separet. non tamen precipitur sub lege euangelica: sub qua cultus dei est ampliatus. ⁊ cetera. Hec de primo articulo.

Gene. 2. ⁊ 9.

Primo. an sacra. noue le.

¶ Quãtum ad secundum articulum.

Utrum scilicet matrimonium sit sacramẽtum. Dico ꝙ matrimonium vno modo accipitur pro obligatione vel vinculo coniunctionis inter personas legitimas: obligatione dico causata vel derelita ex actu voluntatis mutuo: quo contrahitur talis obligatio. ¶ Secundo modo accipitur pro signo sensibili apposito a Christo ad talem cõtractum. quod quidem signum causatiuum est gratie in contrahentibus ex institutione diuina. ¶ Tertio modo dicit vnus doctor. licet valde improprie: ꝙ matrimonium accipitur pro actu ipso voluntatis mutuo contrahendi obligationem seu vinculum indissolubile ĩter masculum ⁊ feminam ad actum supradictũ ⁊ illa obligatio vocatur matrimonium primo modo dictum.

Primo. quõ ẽ sacra. ⁊ de ꝯgruẽtia eius.

¶ Primo modo accipiendo matrimonium: planum est ꝙ nõ est sacramentum: sed magis est obligatio vel vinculũ ⁊ est aliquid spirituale vel respectus rationis derelictus ex actu voluntatis in obligante seipsum. Et patet etiam quia manet talis respectus ⁊ talis obligatio in transeunte sacramento matrimonij quod est in fieri ⁊ non manet post factum esse. sicut manet eucharistia: que quantum ad hoc est singulare sacramentum. Tertio modo etiam patet ꝙ non est sacramentum. quia est actus voluntatis ⁊ aliquid spirituale: non autem sensibile sicut oportet esse sacramentum noue legis. ¶ Secundo modo dico: ꝙ est sacramentum noue legis. Et dico primo ꝙ tale fuit ⁊ est deo possibile. non eñ implicat contradictionem: ꝙ ad cõtractum matrimonij apponatur signum sensibile tale: quale dicetur infra ⁊ efficax gratie. ¶ Secundo dico: ꝙ fuit congruũ tale signum institui: cum quo contrahentibus gratia conferretur: vt talis contractus ⁊ matrimoniũ fideliter obseruetur. quia in hoc multe difficultates contingunt: ⁊ sequũtur talem contractum. patet in obseruantibus legitime sua matrimonia q̃ꝫtum ad multa onera: que contingunt in eis.

Primo. prima descriptio.

¶ Potest autem istud sacramentum describi sic. Matrimonium est sacramentum obligationis mutue inter personas legitimas vinculo indissolubili ad procreationem ⁊ eductionem prolis ad cultũ diuinum facta a contrahentibus sub certis verbis cum debita intentione prolatis ex institutione diuina efficaciter significans coniunctionem animarum gratiosam vel gratiam in mentibus personarum.

Secũda.

¶ Uel sic. ⁊ est quasi eadem sententia. Sacramentum matrimonij est expressio certorum verborum maris ⁊ femine legitimarum personarum significantium traditionem mutue potestatis corporum pro suo perpetuo ad prolem debite procreandam ex institutione diuĩa efficaciter significãs gratiam in mutuo contrahentibus ad coniunctionem mutuam animarum gratiosam.

Descrip. Primo. declaratio.

¶ Et non est hic aliquod dubium declarandum: nisi ꝙ primo in prima descriptione dicitur sacramentum obligationis. Dico autem: ꝙ hic est constructio transitiua. Nam obligatio illa non est sacramentum loquẽdo de obligatiõe respectu illo qui dicitur vinculum. sed magis est signatum q̃ꝫ signum vel sacramentum. Unde est sacramentum obligationis: nõ ꝙ sit obligatio: sed obligationis signum.

¶ Secundo dicitur in vtraqꝫ descriptiõe sub certis verbis in persona vel certorum verborũ ĩ alia. Ex quo videretur ꝙ licet inter mutos posset esse: ⁊ sit frequẽter matrimonium in vinculum ⁊ obligationem contractum per voluntates eorum exꝑssas certis signis alijs q̃ꝫ verbis: tamen inter ipsos non potest esse matrimoniũ sacramẽtum. quia cõiter tenet̃ ab ecclesia: ꝙ sacramẽtũ quodlibꝫ in verbis ꝯsistit. Si autem non sint verba necessaria: tunc ponẽdũ est ibi pro verbis alia signa quod tñ non videt̃ mihi. ¶ Tertio dicitur ibi: ꝙ hoc est ad ꝓcreationem ꝓlis ⁊ educationem. Et hoc non debꝫ intelligi simpliciter ⁊ absolute sed sub conditione: ⁊ nisi impediatur: sicut patebit infra. Nam ⁊ sterilis ⁊ virgo nubere põt: sicut magis dicet̃ infra. ¶ Quarto dr̃ ibi quod est dubiũ quia dr̃ ꝙ ista exꝑssio verborꝫ sacramẽtaliũ debet fieri ꝑ contrahẽtes. Ex quo videretur: ꝙ contrahentes sunt ministri huius sacramenti ⁊ vir precipue. Ille enim qui ꝓfert verba sacramenti minister est ipsius sacramẽti. vnde sacerdos non requiritur in hoc sicut minister: sed sicut solemnisans factum. quod patet quia ꝑ seipsos ipsi contrahentes possunt nubere ⁊ nubunt: ⁊ sortiuntur sacramentum ⁊ vinculum: ⁊ ꝯtrahunt. Si autem aliquis alius potest esse minister: videtur ꝙ ille est minister sacramẽti: qui est minister cõtractus matrimonij: vnde ⁊ parẽtes quãdo cõtrahunt pro filijs: sunt ministri sacramenti forte.

Verba ĩ matrimonio exꝑimẽda

¶ Sꝫ que sunt verba illa que debent exprimi. Dico ꝙ non sunt ita ꝓcisa verba: sicut in aliquibus alijs sacramẽtis. cõiter sunt ista inter ꝯtrahentes. Accipio te in meum accipio te in meam. Nec est vna forma tñ indiuisibilis sicut nec vnus minister: sed plures contrahẽtes. Et si dicantur aliqua alia verba sufficienter ⁊ de p̃senti exprimẽtia consensus mutuos: sufficit nõ solum ad ꝯtractum sed etiam ad sacramẽtum.

¶ Quod autem dicitur vltimo ex institutione diuina ⁊c. patꝫ ꝙ cõmune est omni sacramẽto ꝯferre gratiam ex pacto vel institutione diuina. Istud auteꝫ sacramentum non ꝯfert gratiam primam sed secũdam augẽdo gratiam. vnde dico ꝙ p̃supponit gratiam indigne suscipientibus. ⁊ quicũqꝫ scienter et aduertenter suscipit hoc sacramentum in peccato mortali: peccat mortaliter ⁊ facit irreuerẽtiam sacramento frustrans ipm̃ a suo effectu principali. Hec de secundo articulo ꝑncipali.

Matrimoniũ quãdo ⁊ quo⁹ institutũ

¶ Quantum ad tertium articulum

dico primo ꝙ matrimonium vt noĩat obligationem ⁊ vinculum ꝑpetuum supradictum fuit institutum a deo in officium tempore innocẽtie ꝓconizante ipo Adam. vnde per os Ade loquut⁹ est deus: quãdo dicit hoc nũc os. ⁊c. Et sequitur: propterea relinquet homo patrem ⁊ matrem: ⁊ adherebit vxori sue: ⁊ erunt duo in carne vna. Et hoc repetit xp̃s dicens hoc dictum fuisse a deo nõ quidẽ immediate sed mediante Adam ⁊ fuit preceptuꝫ a deo immediate ꝓ tempore illo: quãdo dixit Genesis. 2. Crescite ⁊ multiplicamini. ⁊c. ¶ Secũdo dico: ꝙ fuit a deo p̃ceptum ⁊ institutum in remediuꝫ ⁊ officium post lapsum. Gene. 3. Multiplicabo cõceptus tuos. Similiter etiam post diluuium. Genesis nono. quãdo dictum fuit residuis diluuij. crescite. ⁊c. Et similiter potest dici de contractu sicut de obligatione ⁊ vinculo. ¶ Tertio dico ꝙ modo non obligat preceptum de cõtrahendo sicut tunc quando fuit datum ꝓpter paucitatem hominum ⁊ fideliũ. sed adhuc obligaret: si ad tantam paucitatem fidelium veniretur.

Gene. 3.

¶ Quarto dico: ꝙ fuit institutum in sacramentum a Christo. quia ipse instituit omnia sacramenta ecclesie. Sed si queratur quando ⁊ vbi habetur hoc dicitur: ꝙ conuenientius non habetur hoc alicubi q̃ꝫ Mathei. xix. Ubi approbat ⁊ excitat illud: quod fuerat institutum: Genesis secundo. Et non solum approbat contractum matrimonij: qui tunc fuerat institutus. Sed etiam videtur ꝙ sacramentum de nouo instituat ⁊ apponat quando dicit: quod deus cõiunxit: homo non separet. Licet istud non cogat. certum est tamen quomodocũqꝫ ꝙ Christus hoc sacramentuꝫ euãgelicũ ĩstituit: sicut dictũ ẽ supra de alijs sacramentis. Et non fuit matrimonium vt sacramentum sub aliqua lege alia: licet fuerit ꝯctus matrimonij ⁊ vinculum indissolubile. nisi forte sub lege Mosaica quod dico ꝓpter libellũ repudij. de quo interius apparebit. Hec de tertio articulo.

mat. xix.

ad argumẽta ꝑn.

¶ Ad primum principale patet:

quid dicendum. ꝙ licet contractus matrimonij fuerit institutus ad obligatonem ⁊ vinculum ⁊ in officium ab Adam vel potius a deo mediãte adã: non tamen vt sacramentum. vnde nec matrimoniũ antea ad gratiam conferebat: sicut sub lege euangelica. ¶ Ad secundum dico: ꝙ matrimonium ꝓ obligatione non est sacramentum. Dico tamen ꝙ actus matrimonialis non est illicitus simpliciter. licet priuetur in ipso actus rationis: sicut etiam in somno priuatur. Potest enim talis actus imperari a voluntate secundum rationem ⁊ propter bonũ finem sicut etiam actus dormiendi licet in ipso ad tempus priuetur vsus rationis. Uerum est tameñ ꝙ si aliquis se perpetuo sic priuaret vsu rationis: grauiter peccaret. ¶ Ad tertium dico: ꝙ circa sacramentum in se ecclesia nihil potest immutare: sꝫ circa personas susceptiuas bene legitimando vel illegitimando eas ad contrahendum. Et dico: ꝙ hoc relinquit Christus in dispositione ecclesie q̃ꝫtum ad aliquos casus ⁊ gradus. Et fuit congruũ: sicut patet quia ecclesia rationabiliter ⁊ ad bonum ecclesie legitimat vel illegitimat aliquas personas ad contractum. sicut etiam ipsa ecclesia ordinat de materia penitentie subdendo hunc peccatorem isti sacerdoti ⁊ istum illi. quare ⁊c.

¶ Distin. xxvij. xxviij. ⁊ xxix. Questio Unica.

Circa distinctiões xxvij. xxviij. ⁊ xxix. scilꝫ. quero Utrum consensus expressus per verba de presenti non coactus ⁊ sequens apprehentionem veram non erroneam causet matrimonium ĩter personas legitimas. ¶ Uidetur ꝙ non requiratur ver⁹ consensus mutuus expressus per verba de presenti. Primo ꝙ non requiratur consensus contrahentium. quia parentes possunt contrahere pro filijs etiam absentibus. Similiter ꝙ non oporteat cõsensum exprimi per verba de p̃senti. quia cõsensus

expressus per verba de futuro cum carnali copu-
la sequēte sufficiunt ad matrimonium: ⁊ matrimo
nium per talem copulam consummatur: nec possūt
separari. ⁊c. ¶ Secūdo videtur: ꝙ ꝯsensus coact⁹
metu cadēte in constantē virū causet matrimoniū:
nec oporteat consensum esse liberū. qꝛ vbi constās
qui inducitur vel cogitur per metum ad dicendū
verba: accipio te in meam: aut dicit verum. ⁊ sic ve
re consentit sicut dicit ⁊ in verū matrimoniū. Aut
non consentit: sicut dicit. ⁊ tunc mentitur: ⁊ perni-
ciose mentitur. ⁊ sic grauiter peccat. ⁊ per ꝯseq̄ns
non est vir constans. pauet enim non secundum ꝙ
pauendum est. ergo ⁊c. Et confirmatur. qꝛ aliquis
(ex̄ de ba. ff. de dis pen.) potest vere suscipere baptismum inductus per me
tum timore penarum. Extra de baptismo ⁊ eius
effectu maiores. Et similiter digestis de dispensa
tione impuberum dicitur: ꝙ pater potest cogere fi
lium q̄ntūcunq̃ inuitum ad matrimonium: ⁊ filius
tenetur sibi obedire ad seruandum pmissum pr̄is
si prius contraxerit ꝓ eo. ¶ Tertio videtur: ꝙ ꝯ
sensus erroneus impediat: sed sufficiat ad matri-
monium. Tum qꝛ inter Jacob ⁊ lyam fuit verum
matrimonium. ⁊ tamē lya fuit ei supposita eo igno
rante. Et confirmatur qꝛ errans circa personam
baptisatam siue sit seruus siue sit liber vere bapti-
sat. ergo simil'r aliq̄s errās circa ꝑsonā vere ꝯhit.

(Mgr.) ¶ **Contra** primum magister in l'ra dicit: ꝙ requiritur consensus expressus
per verba de p̄senti. ¶ Cōtra s'm etiam est magi-
ster in littera qui ponit: ꝙ consensus coactus ipe-
dit matrimonium. ⁊ adducit multas auctoritates.
¶ Contra tertium etiā est magister in littera ⁊ ha
betur in canone. xxix. q. secūda.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā

¶ Primo inquiram vtrū ad ꝯtractū matrimonij
vel ad matrimonium requiratur mutuus consens⁹
expressus ꝑ verba de p̄senti tanq̄ causa. ¶ Secū-
do vtrum requiratur consensus liber non coactus
⁊ an coactio impediat. ¶ Tertio an requiratur
consensus non erroneus sed sequēs appꝛehensiones
veram ⁊ quomodo error impediat.

¶ Quantum ad p̄imū arti-

(Ad ꝯtra ctū m'ri. an req̄ra tur ꝯsen sus mutu us exp̄s sus ꝑ v̄ba de p̄n̄ti. ⁊c.) culum dico ꝙ aliud est loqui de contractu matrio
nij: aliud est loqui de sacramēto matrimonij. loq̄n-
do de contractu matrimonij dico: ꝙ requirit' mu-
tu⁹ consensus expressus per aliqua signa certa: qui
bus constet de consensu interiori mentis eo modo
quo constare potest de mente hominis ꝑ signa ex-
teriora. ⁊ signa dico de p̄senti consensu: non signa
pronostica de futuro vel recordatiua de p̄terito.
¶ Qꝛ autem requiratur consus ⁊ de p̄senti: patet:
quia contractus matrimonij: sicut dictum est i que
stione p̄cedenti: est donatio quedam vel trāslatio
voluntaria potestatis corporis sui in alium vel alt
am personam. nō autem transfertur talis potestas
in alium: nec fit talis donatio: nisi consentiat ip̄e
donans: ⁊ p̄sentialiter consentiat. Aliud enim est
promittere de futuro: ⁊ aliud dare: nec vnum po-
test esse aliud. dare enim est de presenti. ¶ Sed ꝙ
requiratur mutuus consensus. ptꝫ. quia contrahe-
re matrimonium est contrahere obligationē ⁊ res-
pectum equiparātie in vtroq̃ extremo. Matrimo
nium enim claudicare non potest. ⁊ sicut requiri-
tur consensus in vno coniugum: vt in alium trans-
ferat potestatem corporis sui: ita ⁊ in alio econuer
so. ¶ Sed ꝙ sit ꝯsēsus expressus per signa aliqua
⁊ de presenti: oportet quia alioquin non potest fie
ri contratus sicut patet etiam in alijs contractib⁹.
Non enim solus consensus sufficit ad contractuꝫ
inter homines: ꝙ sit interius latens. sed oportꝫ ꝙ
in signo aliquo sensibili fiat exterius patens. qꝛ ho
mo videt ea que patent. deus autem intuetur cor.
dicitur primo regum. ¶ Sed vltimo quantum ad
hoc dico ꝙ non oportet ꝙ talia signa sint verba:
sed possunt esse alia quecūq̃ signa exprimentia suf
ficienter consensum talem mutuum ipsarum per-
sonarum. Unde potest matrimonium contra-
hi per litteras vel per alia signa inter mutuos.
vnde ⁊ in alijs contractibus videmus: ꝙ firmius
fiunt per alia signa multa q̄ per verba sola ⁊ nuda.
Puto etiam ꝙ ad contractū matrimonij nō opor
teat verba ip̄a exprimi vel signa dari vel fieri a ꝯ
tractibus: sed possunt per alios exhiberi: qui i hoc
possunt esse ministri contractus talis: consentien-
tibus tamen vel non contradicētibus ip̄is contra
hentibus. hoc patꝫ extra de sponsalibus: vbi dicit
glosa: ꝙ si parētes contrahant pro filijs tacenti-
bus ⁊ p̄sentibus: sufficit expressio consensus pa-
rentū. ¶ Loquēdo autem de sacramēto matrimo (An p̄dicta ad sacramētū matrimonij requi rantur.)
nij dico ꝙ ad ip̄m preexigitur vel requiritur ver⁹
consensus mutuus sicut ⁊ contractus. quia non est
sine contractu. ¶ Secūdo dico sicut probabiliter
dicendum: ꝙ oportet illum consensuꝫ exprimi per
verba de presenti. ⁊ non sufficit: nec pertinet ad sa
cramentum. ꝙ per alia signa quecunq̃ sint illa sine
verbis: quia sacramentum quodlibet noue legis i
suo fieri in aliquibus verbis consistit sicut videre-
tur. ⁊ in talibus verbis exprimentibus consensum
de presenti cōsistit forma sacramenti. Persone au
tem contrahentes sunt materia. Si autem dicatur
ꝙ in hoc sacramento non requiruntur verba: sed
sufficiunt alia signa efficacia de presenti tunc lati
tudinem magnam habet forma huius sacramenti
ad verba vel alia signa equipolentia exprimentia
consensum ⁊ trāslationem vel donationem mutuā
corporum de presenti. primum tamen videtur mi-
hi probabilius. ¶ Tertio dico: ꝙ sicut videtur mi
hi probabilius: oportꝫ ꝙ illorum verborum de pre
senti ministri ⁊ prolatores sint ip̄i contrahentes ⁊
non alij a contrahentibus. Eiusdem enim quantū
ad rationem sacramenti est consentire ⁊ consensuꝫ
per verbum exprimere. quod patꝫ ex ip̄is verbis q̄
comuniter in matrimonijs assumuntur: accipio te
in meam accipio te in meum. que nō possunt sic ab-
solute proferri ab aliquo alio: sed solum a contra-
hentib⁹. Unde ⁊ ipsi soli contrahentes sunt mini-
stri. Ex quo etiam patet ꝙ muti non possunt habe (Nota de multis.)
re vel percipere sacramētū m'rimonij: sicut nec mini
strare supposito ꝙ in v̄bis ꝯsistat forma: ⁊ ꝙ a ꝯhēti
bus debent dici. p̄nt tamen contrahere per alia si-
gna: sicut dictum est supra. Si autē forma nō tan
tum sit in verbis: vel dato ꝙ tantum in verbis: ta-
men nō oportet ꝙ illa verba dicantur a contrahen
tibus sicut nec de signis ꝙ ab ipsis exhibeantur:
sed sufficit: ꝙ ab alijs: tūc alij possunt esse ministri
vel in proferēdo verba pro contrahētibus: vel i ex
hibēdo signa ⁊ muti etiam in exhibendo signa pro
seip̄is. Nichil affirmo de hoc. dicat' sicut sanius est
dicēdum. ¶ Quod etiaꝫ requirātur ad sacramētū
matrimonij verba vel signa de presenti: hoc patet.
quia ⁊ ista requiruntur ad cōtractum sine quo non
est sacramētum. Et vide: ꝙ cōsensus predictus sic
expressus aliquo modo dici potest causa matrimo-
nij. i. illius obligationis quia eo modo quo contra
ctus mutuus est causa obligationis mute inter cō
trahētes quia ille consensus mutuus sic expressus
vel cum sua expressione est ipse cōtractus ⁊ potest
dici predictus consensus esse causa sacramēti quo
quo modo. quia consensus interior preexigitur ad
sacramētū vel necessario cōcomitatur ita ꝙ sine ip
so non est sacramētum. ipsa autē expressio vocalis
ipsius cōsensus vel ipsa verba expressiua de p̄sen-
ti sunt forma ipsius sacramēti: vt dictum est supra
verum est tñ: ꝙ formatio actiua verborum est cau-
sa actiua vel quasi verborū: ⁊ per ꝯn̄s talis forme ⁊
ipsius sacramēti. ⁊ ipsa magis ꝑtinet ad cōtractuꝫ
forte q̄ ad sacramētum vel si ad sacramētum perti
neat: tunc ad vtrūq̃ videtur ꝑtinere: nec est incon-
ueniēs. Aliquid tñ pertinet ad cōtractum: q̄d non
ad sacramētū puta cōsensus interior. ⁊ aliq̄d ecōn
uerso ad sacramētum: q̄d non ad cōtractum ⁊ in ta
libus contractus matrimonij ⁊ sacramētum matri
monij distingūtur. Hec de primo articulo.

¶ Quātum ad secundum ar-

(an ad matri. req̄ra tur ꝯsen sus liber ñ coact⁹. 1. opi.) ticulum est vna opinio que dicit: ꝙ volūtas simpli
citer cogi non pōt: nec aliquis q̄tum ad cōsensum
volūtatis ⁊ actū interiorē: sed pōt cogi s'm quid q̄
tum ad aliquē actū exteriorē per minas vel penas
vel per metum p̄cipue cadētem in cōstantē virum.
¶ Et ideo dicit: ꝙ ad cōsensum interiorē cogi nō
potest: sed ad verba exterius dicēda vt euadat pe-
nā vel penas sibi intētatas induci' ⁊ cogi' ex me-
tu. Et ideo aut dicēdo verba illa habet cōsensum
interiorē: s'm quā cogi non pōt. ⁊ tūc vere cōsentit
⁊ cōtrahit s'm conscientiā licet non s'm iudiciū ec-
clesie. Aut nō consentit nisi tñ in verba dicēda: vt
euadat malū ⁊ penā sibi intētatam: quia hec verba
sunt sufficienter euasiua penarū: ⁊ tunc nullum est
matrimoniū nec s'm conscientiā nec s'm ecclesiam.

(ꝯ. 1. prece dētē opi.) ¶ **Sed ista opinio** videt' simpliciter irrationabilis et
cōtradicēs sibi ipsi. Primo contradicit sibi ipsi. qꝛ
quicūq̃ cogitur ad aliquē actū: qui nō potest exer-
ceri nisi voluntate imperāte ⁊ cōsentiente: pōt co-
gi ad cōsensum interiorem volūtatis. sed s'm istos
aliquis pōt cogi ad actū exteriorem loquēdi ⁊ di-
cēdi verba: qui nō potest exerceri nisi cōsentiente ⁊
imperāte voluntate loquētis: quantūcunq̃ mouea
tur lingua ab aliquo extrinseco: vt patet. ergo ⁊c.
Similiter etiā patet s'm eos. qꝛ dicunt ꝙ talis con
sentit in verba dicēda. igitur contradictio est dice
re primo: ꝙ volūtas cogi nō potest simpliciter q̄-
tum ad actū interiorē: ⁊ cum hoc dicēdo postea: ꝙ
potest cogi q̄tuꝫ ad actū exteriorē loquēdi: qui nō
exercetur sine cōsensu interiori. ¶ Secūdo dico ꝙ
est irrationabilis. Primo qꝛ timor cadēs in virum
constantē nunq̄ induxit ip̄m ad malū aliquod: nisi
vt vitet maius malū. nec vnq̄ inducit eū in malum
culpe mortalis ad vitādum illud: q̄d non est pecca
tū. tunc eñ non esset cōstans sed pauidus vltra q̄d
sit pauēdum ⁊ incōstans: sed si cogeret' ad dicēduꝫ
verba illa sine cōsensu interiori cogeret' ad mētiē-
dum mēdacio pernicioso ⁊ deceptiuo p̄ximi quod
est pct̄m mortale ⁊ maius malū: q̄ consentire ⁊ nu
bere vel q̄ quodcūq̃ malum pene sibi intētatum.
⁊ cū nubere non sit malum sed bonū: tunc idē sequi
tur sicut pri⁹ ergo nunq̄ induci' vir cōstans ꝑ me
tum alicuius pene ad dicēdum talia verba sine con
sensu interiori. quē verba pretēdunt. Et patet ma
nifeste ꝑ illud argumētum adductū in principio q̄
stionis q̄d potest adduci cōtra eos. qꝛ aut dicendo
verba illa ad que cogitur s'm te: cōsentit sicut v̄ba
significant: ⁊ p̄tendunt: ⁊ sic s'm eos est verum ma
trimoniū s'm cōscientiam aut nō consentit: ⁊ tunc
mētitur nec est constās. Si dicas: ꝙ nō oportet ip-
sum cōsentire nec mētiri. qꝛ dicit verba ⁊ intendit
dicere materialiter tm̄ ad euadēdum penas. Con-
tra: qꝛ dicit eas formaliter ⁊ significatiue s'm for-
mam ⁊ modum ꝓferēdi: quicquid intēdat. quia di-
cit ea absolute sic. accipio te in meam. ⁊ ita decipit
proximum ⁊ ꝑniciose mētitur sicut prius secus eñ
esset: si diceret: ego non cōsentio in te: sed cōsentio
in ista verba dicenda accipio te in meam. q̄d nichil
valeret ad propositum cogētium vel cogētis: qua-
re ⁊c. ¶ Tertio sic. planū est ꝙ aliquis dicens ver
ba ꝓfessionis alicuius religionis ⁊ non cōsentiēs
interi⁹ decipit religionē. ⁊ peccat mortaliter. Nec
ad hoc debet induci vtēs ratiōe recta per quācūq̃
penam vel metum cuicūq̃ pene: sicut nec ad morta
le ergo similiter in ꝓposito. Similiter etiā patet: ꝙ
pari ratione qua vir cōstans posset cogi ad illa ver
ba dicēda: posset etiam cogi postea ad iurādum ꝙ
vere cōsentit: vel tunc consensijt: sicut verba sona-
bant. vel etiam ad cognoscēdum eam sicut suā. sed
planum est hoc esse falsum. quia tunc ad periuriuꝫ
⁊ manifeste peccatum mortale cogeret' nec esset cō
stans: sicut patet. & ⁊c. ¶ Quarto cōtra eos. qꝛ me
tus nō solum inducit ad actum exteriorem huma-
nū: sed etiam necessario ad actum interiorē volūta
tis. patet de timēte periculum submersionis in ma
ri: quod non solum ex metu vel timore inducitur ad
proijciendū merces: sed etiam ad velle proijcere li-
cet nō sit hoc voluntarium simpliciter omnino ab-
solute. Si eñ nunq̄ vellet proijcere: nunq̄ proijce
ret: sed ꝑmitteret seipsum submergi cuꝫ mercibus
suis. Sic in proposito suo modo est dicendum: qua
re ⁊ cetera.

¶ **Dico** igitur aliter q̄tum ad p̄sentem arti culum. Primo ꝙ nullus ad aliquē (opi. doc.)
actum qui proprie sit humanus: potest cogi ab ali-
quo agēte creato. Qꝛ non ad actum interiorē volū
tatis patet ex libertate volūtatis ingenita: que nō
subest alicui agēti: nisi illi qui creauit eā. ⁊ cū nul-
lus actus sit humanus nisi in potestate voluntatis
elicitiue vel imperatiue: patet: ꝙ ad nullum actum
humanū potest cogi siue interiorem siue exteriorē
siue ad loqui siue ad quēcunq̃ aliū. ¶ Secundo di
co ꝙ aliquis cum vehemēter inducitur per metum
pene vel alio quouismodo tollēte simpliciter volū-
tariam: tamen inducente voluntarium secundum
quid ad aliquem actum humanum: puta ad dicen-
dum verba matrimonialia in proposito: quia aut
consentit: sicut dicit se consentire. Aut non consen
tit. si non consentit tunc mendax est ⁊ inconstans.
Nec cadit talis timor inducens ad peccatum mor
tale in virum constatem: ⁊ nullū ē matrimonium.
patet ex predictis. quia non est ibi consensus neces

sario ad matrimonium requisitus. vnde nec ẽm cõscientiam nec etiã ẽm ecclesiã est ibi matrimoniũ.
Si autem consentit: ꝛ licet sibi consentire: quod dico propter illos quibus non licet consentire: sicut sunt religiosi ꝛ alij: quibus non licet nubere. Si cõsentit dico inductus timore vel metu pene seu mali maioris immunentis: ꝯ sit consentire in matrimonium contra voluntatem suam simpliciter ꝛ absolutam: qua nolle nubere: ita ꝙ illud malum ꝓbabiliter sibi imineat non ex coniectura leui ipsum timeat. Dico ꝙ dato ꝙ consentiat ẽm quid sicut dicit exprimẽdo verba: ꝛ sit ibi volũtarium mixtum: sicut proijciendo merces in mari: talis cõsensus nõ causat matrimonium: nec sufficit ad ipsum: immo impedit ipsum. ¶ Hoc ꝓbatur primo per rationẽ sic. contractus matrimonij formaliter est donatio mutua vel translatio libera mutua potestatis corporum: sicut est dictum supra: sed talis ꝓsensus non est simpliciter liber licet ẽm quid. Est enim voluntarium mixtum: vnde non potest esse vera donatio. ꝯ ꝛc. Secundo sic. Nam matrimonium non debet contrahi ex illo consensu: qui si causaret matrimonium: esset in preiudicium mutue societatis et amoris inter coniuges ꝛ occasio solutionis. sed talis consensus est huiusmodi: vt patet. ꝯ ꝛc. ¶ Tertio sic. Consensus nullus potest causare matrimonium contra ordinationem ꝛ voluntatem superioris vel legislatoris instituentis matrimonium. patet. quia matrimonium siue ꝯtum ad cõtractum siue ꝯtum ad vinculum siue ꝯtum ad sacramẽtum nullam efficaciam habet nisi ab instituente legislatore. sed legislator deus institutor matrimonij voluit: ꝙ contrahens simpliciter ꝛ liberaliter consentiret: ꝛ nõ ex metu vel coactione ꝑ metum cadentem in cõstantem virum. quod significatur. vii Gene. ii. quãdo dicit per os ade: ꝓpter hoc relinquet homo patrem ꝛ matrem: ꝛ adherebit vxori. adhere reaute sic importat amorem liberalem. Et idem repetit christus Mathei. xix. ꝯ ꝛc. Hoc confirmatur auctoritate ecclesie non quidẽ instituentis sed promulgãtis statutum christi vel dei extra desponsalibus: cũ locum. Et per auctoritates magistri in litera. ¶ Si dicas ꝙ aliquis potest cogi per obedientiam superioris ad matrimoniũ corporale: sicut ad matrimonium spirituale: cũ aliqua ecclesia suscipiendo episcopatũ aliquẽ ex mandato Pape. Similiter etiam patet hoc de facto. nam aliquis vel aliqua in casu tenetur contrahere etiã cum determinata ꝑsona ex precepto Pape: licet non vt cõmuniter sicut dictum est supra ꝛ potest eam vel eũ cogere ad matrimoniũ. ꝛ si ꝝ hit quãtũcunq; ex metu pcti mortalis ne incurrat: vere cõtrahit. Similiter etiam nõ solum ex metu de ipso sed etiam de alio: ne incurrat peccatus mortale: vere contrahit. sicut si alius vel alia vult se occidere: nisi iste contrahat.
¶ Dico ad omnia ista: ꝙ si in omnibus ꝓdictis casibus contrahat ꝛ siue ex obedientia ꝛ metu peccati mortalis fugiendi siue in se siue in alio: vere contrahit. ꝛ dico ꝙ liberaliter. quia ex affectione iusticie vel charitatis: quarũ affectiones sunt vere animi libertates. sed non sic est in proposito: sicut patet. Nec ꝓrie dicẽdũ est: ꝙ ex metu: sed ex affectione iusta ꝛ charitatiua. quare ꝛc. Si dicas: ꝙ sic est in proposito. quia iste eligit dicere verba: ꝛ consentire per consequẽs: ne mẽtiatur: ꝛ vt vitet peccatũ mortale. ꝯ ꝛc. Dico ꝙ illa sunt ꝓuilegiata: ꝛ istud non. Et potest esse ratio. quantũcunq; iste consentiat: non sufficit talis cõsensus: licet sequaꝛ ad verba ne iste mẽtiatur. nam ad dicẽdum verba non habuit tale motiuum ita spirituale: sicut illa. Non est ẽm simile de timore vel metu peccati ꝛ metu pene. si enim ex metu peccati diceret verba: ꝛ cõsentiret valeret matrimoniũ. sic de metu pene. Et ita si ista ratio non placet: recurre ad institutionẽ legislatoris. de qua certum est: ꝙ talis est. ꝛ ꝙ consequẽs ꝙ iste quantũcunq; sentiat: nõ tñ trãffert. nec sua voluntas sufficit sine voluntate dei vel dñi superioris seu contra institutionem eius. Hec de secundo articulo principali.

¶ Quãtum ad tertium articulum dico ꝙ error vel ignorantia vel facit inuolũtarium simpliciter ẽm philosophũ. 3. ethicorũ. contractus autẽ matrimonialis vel matrimonium debet esse quid voluntarium simpliciter. Et ideo dico: ꝙ cõsensus sequẽs apprehensionem erroneam vel ignorãtiam de aliquo ꝑ se vel de necessitate requisito ad matrimonium: dico ꝙ non causat matrimonium: sed magis error talis vel ignorãtia impedit matrimonium. ¶ Sunt autẽ tria: quorum ignorãtia vel error circa ipsa tollit matrimonium. vnũ est persona ipsa. Error enim vel ignorãtia persone determinate: cui debet nubere: tollit matrimonium. Non enim intendit nubẽs tradere corpus suum nisi certe ꝛ determinate ꝓsone isti vel isti: ꝛ ideo si erret circa ꝓsonam putans contrahere cum vna ꝛ cõtrahit cum alia: nichil fit: nec matrimonium valet.
¶ Secũdum est conditio seruilis ꝓsone: vel quecũq; conditio impediẽs ne persona possit transferre potestatẽ corporis sui in alium sicut ecõuerso. Et ratio est. quia nubẽs non intendit tradere potestatem corporis sui: nisi illi qui econuerso potest dare potestatem corporis sui. Nam matrimoniũ in mutua obligatione ꝛ trãslatione consistit. Non est. ii. datio mere liberalis: sed redditionẽ expectans: dotis ves. Et obligatio matrimonialis ẽ relatio equiparantie. ꝛ ita matrimonium claudicare nõ potest Seruus autẽ non habet potestatem corpus trãsferendi suum: nisi de voluntate domini. quare ꝛc.
¶ Tertium est fraus vel dolus alterius contrahẽtis: vt si alter non contrahat affectu maritali sed affectu libidinis ꝛ fornicationis explende. tũc est non valet matrimonium. Et si constaret hoc persone contrahẽti in bona simplicitate: nullo modo deberet petere vel reddere. Similiter etiam si ad dictum alterius cõtrahentis dolose formet sibi conscientiam de hoc: sed durante ignorãtia excusatur a fornicatione petẽdo ꝛ reddendo nec ad dictũ alterius dolose ꝝhentis debet sibi conformare conscientiam: sed potius debet putare ꝛ iudicare: ꝙ primo vere consensit sicut debuit: ꝛ modo postea mentitur: quãdo dicit se non cõsensisse. vnde dico: ꝙ potest ꝛ petere ꝛ reddere. Dolosus vero teneꝛ nec petere nec reddere. qꝛ vtroq; mõ fornicareꝛ sed teneꝛ ad consentiendum in alium vel aliam quã duxit nouo consensu vt in suam: ꝛ consensu ad matrimoniũ requisito. ꝛ tali consensu superueniente consensui illius qui in bona simplicitate contraxit: ratificat matrimonium. ¶ Ex predictis sequuntur aliqua. Primo ꝙ ignorantia vel error circa aliquid accidentaliter se habẽs ad matrimonium ꝛ non ꝙ se nec necessario requisitum nõ tollit matrimonium: vt si pulchra vel turpis vel diues vel pauper vel bona vel mala in moribus. Secundo sequitur: ꝙ ignorãtia melioris conditionis nõ tollit matrimonium: licet ignorãtia peioris vt seruitutis tollat matrimonium: quare ꝛc. ¶ Ex his patet ꝙ ad matrimoniũ contrahẽdum requiritur cõsensus verus expressus per verba vel signa consensus. de ꝑsenti nõ coacti et sequẽs apprehensionem veram non erroneam vel ignorantiam. Hec de tertio articulo principali.

¶ Ad primum principale ꝯtum ad illud quod dicitur patres vel parẽtes posse contrahere pro filijs: dico ꝙ nõ possunt cõtrahere pro filijs dissentientibus: sed si sint presentes et tacẽtes presumit ecclesia: ꝙ consentiant: ꝛ iudicat cõtractum verum: licet in rei veritate non sit cõtractus nec obligatio inter filios: nisi cõsentiant. Signa ẽm parẽtum cum consensibus tacitis filiorum sufficiunt ad cõtractum: sed vtrum ad sacramentũ dictum est supra. Ad illud quod ibidẽ additur: ꝙ non requirit expressio cõsensus per verba de ꝑsenti: sed sufficiunt verba de futuro cum carnali copula sequẽte. Dico ꝙ nõ est verum: nisi supueniat nouus cõsensus de presenti. vnde nõ video: ꝙ illa carnalis copula sequẽs causet matrimonium veraciter: licet presumat ecclesia ꝙ sit verum matrimoniũ quia presumit meliorẽ partem de sic copulatis: scz ꝙ copulent affectu maritali: ꝛ ꝑ consequẽs ꝙ consentiant de presenti ꝛ rationabiliter. hoc ꝑ supponit ecclesia. qꝛ licet non sit hoc necessariũ: ꝛ ꝝ possit esse illa copula ex affectu fornicario: ꝛ per ꝓsequẽs matrimonium nullum: tñ quia de occultis iudicare nõ debet nisi deus: ꝛ vnusquisq; supponẽdus est bonus: donec ꝓbetur esse malus: rationabiliter supponit: ꝙ isti nõ velint peccare mortaliter: nec fornicari. Et ꝑ consequẽs cũ affectu maritali se cognoscunt: ꝛ in seinuicẽ consentiunt: ꝛ fit matrimonium ꝝ verum. Ita dicũt aliqui. sed non video: ꝙ per illaꝫ copulam vel ex vi illius fiat matrimonium: nec ꝙ sit etiam licita: nisi precesserit cõsensus mutuus de presenti expressus ꝑ verba vel signa certa. Et dico ꝙ talem cõsensum sic expressum presupponit ecclesia precessisse: ꝛ rationabiliter presumẽdo bonũ de quibus nõ est probatum malum. ꝛ ideo iudicat matrimonium cõsummatum: licet frequẽter nõ sit ita in rei veritate. ¶ Ad scõm patet primo ꝯtum ad illud quod dicit ꝓmo de viro cõstante. dico ꝙ sicut dicit: ita cõsentit: sed dico. ꝙ talis cõsensus nõ sufficit immo impedit matrimonium. quare ꝛc. Ad illud de baptisato ex metu dico: ꝙ baptisatus ex metu: dum tñ non esset fictus: sed intẽderet suscipere: quod intẽdit conferre ecclesia: est vere baptisatus. Et nõ est simile de matrimonio. quia ꝓditio baptisati sit melioꝛ. Nec requiritur aliquis contractus vel mutuus cõsensus. quare ꝛc. Ad illud de vigestis dico ꝙ iura canonica nõ approbant illud nec tenetur filius obedire patri nisi de bono ꝛ ecõuerso: nec fit aliquis cõtractus vel obligatio filij: nisi consentiat. ¶ Ad tertium de Jacob ꝛ lya dico sic̃ iacob excuseꝫ pro prima nocte siue non: de quo nõ curo: quia nõ fuit ꝓfirmatus: quin potuerit peccare: ꝙ lya fuit facta sua postea ipso iacob sciente ꝛ cõsentiente de ꝑsenti: ꝛ ꝓsensum suum ꝑ aliquod signum exprimẽte. Ad illud de baptisato ignorante ter dicerẽ: ꝙ si baptisans intenderet determinate ꝓsonaꝫ aliquã baptisare: ꝛ ꝑsentaretur sibi alia ad baptisandũ: de qua nõ intenderet: ꝙ non esset verꝰ baptismus. quia deficeret intẽtio ministri. sed si intẽderet baptisare non determinate hunc vel illum sed qui presentatur sibi: licet forte putaret ipsum esse vnum alium ꝯ sit: vere esset baptismus. Et in hoc est dissimile de matrimonio. quia in baptismo non requiritur aliquis cõtractus vel mutuus ꝓsensus ꝛ baptisatus etiã fit melioris conditionis.

Sũmatõ

ad rõnes ꝓncipa.

¶ Distinctionis Trigesime.
Questio Vnica.

Circa distinctionẽz xxx. quero. Vtrum inter Mariam ꝛ Joseph fuerit verum matrimonium. ¶ Videtur ꝙ non. quia Maria voueratꝝ virginitatem. quod patet ex illo ꝓbo: quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. i. cognoscere noui ꝓpono. ꝫ volentibus virginitatem non solum nubere: sed velle nubere dãnabile est ẽm Hieron. Et ponit. xvij. q. j. sunt quidam: ꝯ ꝛc. ¶ Secundo sic. Contrahẽs verum matrimonium in aliquid ꝓsentit: sed nõ tñ in cohabitationẽ ꝛ amorem mutuum. Sic ẽm frater posset cõtrahere cum sorore. ꝯ in aliquid aliud nõ nisi in carnalem copulam: vt videtur. sed beata virgo nunꝯ consensit in carnalem copulam: ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. numerorum vltimo habetur ꝙ mulieres sub lege illo sayca debebãt nubere viris cũ tribubus suis · sed maria non erat de tribu Joseph. quia Joseph erat de tribu iuda. patet Luce. 2. Eo ꝙ esset de tribu ꝛ familia Dauid. Maria autem de tribu leui. quia erat cognata elizabeth. ꝛ tribu sacerdotali. patet Luce. i. Et ecce elizabeth cognata tua. ꝯ ꝛc.

Mulieres vlti.

Luce. 2.

Luce. i.

¶ Contra Magister in litera. Et accipit ab euangelio Mathei. i. Cum esset desponsata mater Jesu maria Joseph. ꝛc.

Math. i.

¶ In ista ꝙstione sic procedã.
¶ Primo inquiram: vtrum congrue ꝛ licite beata virgo vouerit virginitatem. ¶ Secundo inquiram: vtrum post tale votum licite et congrue contraxit matrimonium. ¶ Tertio per quem modum ¶ Vltimo ad rationes.

¶ Quantum ad primum articulum videreꝫ: ꝙ beata virgo non vouerit licite virginitatem. primo quia virginitas cõtrariatur precepto legis nature dato de cõseruatiõe speciei Crescite ꝛ multiplicamini. quod nõ legitur fuisse reuocatũ. ¶ Secũdo. quia nõ minus peccat impediẽs conseruationẽ speciei: ꝛ per consequẽs generationẽ ꝛ vitas talem actum: ꝯ impediens cõseruationem ꝓpij individui subtrahẽdo sibi omnem cibum. Nam bonũ speciei ꝯto cõmunius: tãto melius. ¶ Tertio. quia virginitas exit a medio virtutis. quia ominẽ delectationem veneream respuit. ꝛ ita videtur esse vitium defectiuum: ꝛ nullo modo virtus. quare ꝛc. ¶ Quarto sic. qua ratione licita

Bta virgo an vouerit licite virginitatem.

1. opinio.

esset vni virginitas:eadem ratione et alteri. sʒ hoc est inconueniens:⁊ esset: ꝙ omnes tenerēt: et vouerent virginitatem. ꝗ ⁊c.

opi. doc. ¶ **Sed q̄tum** ad presentem articulum dicēdum est oīno ꝙ beata virgo licite vouit virginitatē ⁊ decuit vt voueret. ¶ Primo quia virginitas est virtus superogationis. Qꝛ autem sit virtus:patet quia declinat delectationes sensuales vel brutales seu carnales ⁊ venereas ſm dictamē recte rationis: nō quidem ſm rem tenendo medium:ꝙ aliquas experiatur:et alias renuat:sed ſm rationē ad aliquē finē rectum Et iste finis potest esse cōtēplatio dei: vt liberius (Aplus.) persona vacet diuine contēplationi ſm apostolum ad Corinth. Virgo cogitat:que dn̄i sunt vt sit sctā corpore ⁊ spū. Delectationes vero carnales retrahunt:⁊ distrahūt a tali contēplatione:vt patet. vnde ⁊ plato vt vacaret sapiētie permāsit virgo ſm Aug. Scdo. qꝛ licitum est vouere statum preter necessarium:in quo licitū est ꝑmanere. sed hic est status virginitatis. Probaſ per Hieremiā ⁊ Joannē baptistam ⁊ paulum:qui etiam pro tēpore quod fuit sub lege virgines permanserunt. ꝗ ⁊c. ¶ Secundo dico:ꝙ nō solum fuit licitum:sed etiam fuit congruum:vt voueret. Primo quia debebat esse ⁊ futura erat mater christi veri. decuit autē:vt virgo regia ea puritate niteret: qua nequit sub deo maior intelligi ſm Anselmū. Secundo decuit:vt a se ipsa viam precluderet ingressus humani:vt sic soli deo viam daret:⁊ spiritussanctus ipā obumbraret ⁊ corpus christi in ipsa fabricaret. hoc autē fecit ꝑ votum virginitatis. Virum (inquit) nō cognosco. (resolutio) quare ⁊c. ¶ Dico igiſ:ꝙ virgo beata quasi aurora diei ⁊ tēporis gratie cōuenienter vouit virginitatem:que multum inter alias virtutes pertinet ad ꝑfectionem legis euangelice:⁊ suam virginitatē dn̄o consecraret.

Ad motiua. 1. opi. ¶ **Ad primum** contra hoc dico:ꝙ illud preceptū crescite ⁊ multiplicamini:nō est proprie loquēdo p̄ceptū legis nature:sed legis diuine positiue:licet pro statu corruptibili multum videaſ consonum legi nature ad seruationē speciei. Sed de isto precepto dicitur ꝙ nō fuit p̄ceptum cuilibet singulari ꝑsone sed communitati fuit traditū:vt per aliquos de cōmunitate impleaſ:nec oportet:ꝙ per oēs. sufficit ergo: ꝙ aliqui vacēt generationi ad intentionē precepti. ⁊ alij qui volunt abstinere sunt liberi p̄cipue in casu isto. quia multi sunt proni ad exequēdum illud preceptum ⁊ paucissimi ad abstinēdum. vnde non est simile de precepto isto:⁊ de p̄cepto nature sup conseruationē proprij indiuidui sicut patet. ¶ Et per hoc patet respōsio ad secūdum. Sufficit eñ nisi in quo essent valde pauci homines ⁊ p̄cipue fideles: ꝙ aliqui de cōmunitate illud exequanſ. Sicut non oportet quādo aliquod p̄ceptum alicui cōmunitati iniungiſ:ꝙ omnes illud p̄ceptum exequanſ: sed sufficit ꝙ aliqui qui ad hoc sufficiunt. Aliter diciſ ꝙ beata virgo:licet illud p̄ceptum teneret: et oēs obligaret pro tēpore ⁊ loco:habuit specialem reuelationē de diuina voluntate. ⁊ sic potuit vouere. Sic etiam diceretur de Hieremia ⁊ Joanne:q̄ virgines permanserunt. ¶ Ad scdm patet ex p̄dictis ¶ Ad tertium dico ꝙ virginitas obseruata ſm dictamē recte rationis accipiēdo pro habitu ipo:est virtus ⁊ ardua ⁊ rara vel difficilis virtus. Quādo dicis:ꝙ nō qꝛ declinat a medio virtutis:⁊ est agrestitas quedam:dico ꝙ medium virtutis cuiuslibet circa materiā virginitatis non ꝯsistit in medio rei sed magis in medio ratiōis. Nec est agrestitas declinare omnē talem delectationē propter finē cōuenientē ſm rectā rationē. sʒ agrestitas eēt talē delectationem detestari:quasi ſm se malā abhorrēdo eam. ¶ Ad quartum ꝙ non licet pari ratione toti cōmunitati ⁊ omnibus de cōmunitate simul sumptis vouere ⁊ tenere virginitatē:sicut vni vel duobus vel tribus. quia nō sequitur idem incōueniēs ad vnum:sicut ad aliud:vt patet. vnde ⁊ si oēs vellent cōtinere vel virginitatē tenere: Dico ꝙ papa ⁊ principes possent aliquos ad nubēdum ⁊ generādum cōpellere. immo ⁊ deberēt. sed benedictꝰ deꝰ: non oportet modo homines ad hoc compellere. licet igitur liceat sic cōtinere isti vel illi seu aliquibꝰ de cōmunitate:non tamen oībus simul. sicut patet. quare ⁊c. Hec de primo articulo principali.

¶ **Quātum ad secundum ar**ticulū:qui est magis ad ꝓpositum dicēdum est omnino:ꝙ beate virgini non obstante voto virginitatis licuit cōtrahere. (Btā virgo an pꝰ votū casti. licite ꝯxit mrīmonium.) Secūdo dicēdum est ꝙ decuit ipsam cōtrahere. ¶ Primum probaſ. quia de facto contraxit. vt habetur Math. 1. Cum eēt despōsata ⁊c. Sed planū est:ꝙ cōtrahendo non peccauit ergo ⁊c. Secundo quia vel erat tūc generale preceptū de contrahēdo obligans quēlibet pro tēpore ⁊ loco. vel si nō erat generale preceptum:sicut videretur per Hieremiā ⁊ Joannē baptistā:qui nō cōtraxerunt:tū ipsa habuit de hoc speciale preceptum a deo ꝑ reuelationē. ¶ Et hoc decuit ſm illas cōgruentias quas assignat Ambrosius super Lucā (cōgruentie Ambrosij.):latent quidē diuina misteria ⁊c. que ponunſ ibi multe ⁊ bone. Vna est. vt iudei et herodes non haberēt occasionē persequēdi christum tanq̄ natū nō in matrimonio:sed potius verisimiliter ī adulterio vel ex adulterio:si nō fuisset nupta beata virgo. ¶ Secūda est. quia christus nō venerat soluere legem:sed adimplere. In qua tū lege partus innupte dānatur. ¶ Tertia ne virgo haberet occasionē scandali ex mēdacio apparēti:si dixisset: se cōcepisse nō ex fornicatione:cū tū esset innupta. Et similiter ne temerate virginitatis adureret infamia ¶ Quarta fuit:⁊ est. vt maritus sanctus et iustus fieret testis integre virginitatis. ¶ Quinta potest esse et fuit:vt esset virgini in obsequium ⁊ fidelem socium in necessitatibus eis:sicut eundo in egyptū ⁊ reuertēdo:⁊ huiusmodi. ¶ Alia cōgruentia adduciſ ibi ab Ambrosio:vt. s. dyabolus de virginitate marie falleret:vt. s. lateret eum virginitas. sed ista cōgruētia nō est multum efficax:sicut tacet. qꝛ dyabolus nō obstante matrimonio poterat cognoscere virginitatem marie:si appropinquasset: et a deo fuisset permissus:nec matrimonium in aliquo impeduisset. Sicut etiam mulier posset cognoscere virginitatem alterius saltem q̄tum ad integritatē carnis. sed puto ꝙ non fuit ꝑmissus a deo nec etiam appropinquare. sicut etiam videſ dicere bernardus. Et similiter forte non curauit. qꝛ bene nō uerat abstractiue ipsam esse desponsatam:⁊ nō cogitabat aliquid de viginitate eius:nec timebat. et q̄tum ad hoc valet cōgruentia. ¶ Sic igitur dico ꝙ licuit sibi contrahere:⁊ decuit:⁊ ꝙ de facto contraxit non obstante ꝙ prius voluisset. Hec de secūdo articulo.

Per quē modū beata ꝟgo ꝯxit matrimonium. 1. opi. ¶ **Quātum ad tertium arti**culum per quē modum licuit sibi non obstante voto virginitatis:dicūt aliqui ꝙ nō vouit virginitatem simpliciter ⁊ absolute:sed sub cōditione. s. nisi deus disponeret aliter. s. ꝙ matrimonium duceret ⁊ ideo quando constitit sibi:ꝙ placebat deo ipsam nubere:nupsit:⁊ votum nō fregit. quia conditio voti nō stetit.

2. opi. ¶ **Alij dicunt:** ꝙ vouit simpliciter ⁊ absolute:sʒ nupsit nō obligando se ad carnalē copulā virginitatis oppositā vllo modo:sed tradendo corpus suum ipsi Joseph ad custodiam:vt custodiret:non vt pollueret. quare et cetera.

ꝯ. 1. opi. ¶ **Sed ista** parū valent. primum quia illo modo nullus aliquid absolute voueret. quia in omni voto dato ꝙ illa cōditio nō exprimatur:tū intelligitur ratiōabiliter. s. nisi deꝰ velit aliter ordinare. si deus voluerit:dicit Jacobꝰ ¶ Secūdo quia videtur hoc cōtra intētionē virginis:quādo dicit:quoniā virum non cognosco. ꝙ nichil valuisset respondisse ad ꝓpositum virginis: nisi simpliciter vouisset virginitatē. ¶ Tertio quia ex dictis istorum videtur: ꝙ Maria simpliciter et absolute ⁊ omnino sicut alie mulieres consensisset carnalem copulam incōpossibilē voto virginitatis quod nō videtur verum. quare ⁊c.

ꝯ. 2. opi. ¶ **Contra secūdos** videſ ꝙ eodē modo frater et soror possent vel potuissent mutuo contrahere sicut maria ⁊ Joseph. s. ad custodiam corporum mutuam. ¶ Secūdo quia nō fuisset vniuocum matrimoniū Marie ⁊ Joseph cum alijs. quia nō fuisset similis obligationis. ꝗ ⁊c.

Opi. doctoris. ¶ **Dico ergo** breuiter ꝙ mulier cōtrahēdo matrimonium non obligatur ad carnalē copulam:nisi vir petat. obligatur tū ⁊ tenetur reddere:si petat vir. quod patet. qꝛ toto tēpore vite sue mulier potest nō petere. vnde nō obligaſ ex matrimonio petere:sʒ reddere. licet possit petere. Modo ad propositum dico:ꝙ virgo beata licet vouisset simpliciter ⁊ absolute virginitatē potuit tū ⁊ licite cōtraxit. quia certificata fuit diuino oraculo:ꝙ nunq̄ ioseph peteret. obligauit ꝗ se ad carnalem copulam sub conditione:de qua sibi constabat diuino oraculo:ꝙ nunq̄ cōditio poneretur. ⁊ hoc nō repugnat voto virginitatis simpliciter. ⁊ sic Joseph habuit dominiū ⁊ potestatem corporis virginis:⁊ nunq̄ habuit vsum:sed priuatus fuit vsu:sicut ꝓbatur extra de verborum significationibus:ꝙ aliquorū est dominium:qui tū nō vtuntur sed alij. Ita ꝙ potest vsus concedi retēto dominio. ¶ Scdo patet hoc in alio exemplo. si quis eñ iuraret cōtrahere matrimonium:⁊ post iuramētū statim voueret virginitatē:consulendū esset sibi:ꝙ cōtraheret matrimonium propter iuramētum seruādum:⁊ ꝙ ante matrimonium ꝯsummatum intraret religionē propter votum virginitatis seruādū licet posset absq̄ cōtractu matrimonij intrare religionē. prima tū via esset securior. ⁊ sic esset perpetuum matrimonium ⁊ dominiū corporis sui apud vxorem:⁊ tū vxor priuaretur vsu ſm vnū modū dicēdi:qui de hoc teneretur. ¶ Tertium exemplū est de adultera:que cū sit vxor mariti habet dominiū ⁊ potestatem corporis mariti. ⁊ tū frustratur vsu ⁊ iure petēdi. Sic in proposito q̄tum ad factū fuit Joseph priuatus vsu corporis virginis:non tū iure petendi. quia nunq̄ fuit petiturus nec vsurus ⁊ hoc constitit virgini gloriose:anteq̄ contraheret. quare ⁊c. Hec de tertio articulo.

¶ **Ad primum principale di**co:ꝙ nubere vel velle nubere simpliciter ⁊ absolute ⁊ in omnē euentum. ⁊ volēdo petere est virginibus vouētibus dānabile. sed nō sic beata virgo cōtraxit. (Ad rōes ꝑncipa.) ¶ Ad secūdum dico:ꝙ cōsensit in carnalem copulam modo predicto. nec est inconueniens. ¶ Ad tertium diciſ vno modo:ꝙ illa lex non fuit vniuersalis sed tātū propter aliquas mulieres:ad quas deuoluebanſ hereditates. ille eñ debebant nubere cum tribubus suis:ne miscerentur hereditates:⁊ deuoluerētur ad alias tribus. Aliter diciſ ꝙ Maria ⁊ Joseph erant ex eadē tribu iuda cum Joseph. qđ patet. quia christus vere fuit ex tribu iuda. ⁊ nō nisi mediante Maria. vnde tribus sacerdotalis ⁊ regia cōmixte fuerāt. et maria ex vtraq̄ tribu erat. verū est tamē:ꝙ genealogia deducta ab Abraham. Mathei. 1. Per accidēs ꝑtinet ad mariam:inq̄tum attinebat Joseph. Unde ⁊ ſm Hierony. sup Matheum ibidē Joseph cogebaſ eā assumere vt ꝓpinquam. Narratur autē genealogia Joseph. quia ſm Hierony. non est consuetudinis scripturarū:vt mulierum genealogie numerentur. Fuit eñ beata virgo ex tribu iuda ex parte patris sicut patet ꝑ Damas. Nam Joachim ſm eū descēdit ex Nathā filio Dauid. Anna vero mater Marie fuit de tribu leui:vt ex parte eius esset Marie cognata Elizabet.

¶ Distinctionum. xxxi. ⁊. xxxij.
Questio Vnica.

Circa istas duas distinctiōes quero: Utrū sint tria bona matrimonij:ex quorum altero teneanſ inuicē semper reddere debitū altero petēte. ¶ Videſ ꝙ nō sint tria illa bona matrimonij q̄ assignanſ scʒ bonum sacramēti. bonū fidei ⁊ bonum prolis. Primo matrimoniū est bonū de se:cum sit sacramētum. ꝗ non alijs bonis bonū. ⁊ ita non ponitur ibi cōuenienter bonū sacramēti vt videtur. ¶ Secūdo ꝙ nō bonū fidei. quia inter adulterā ⁊ virū suum est matrimonium. ⁊ tū nō est ibi bonū fidei. ¶ Tertio de bono prolis:qꝛ cū sterili vel virgine que vouit virginitatē vel cum sene iam emortuo potest esse matrimonium:⁊ tamē non est ibi bonum prolis nec in re nec in spe. ergo ⁊c. ¶ Contra Magister in litera.

¶ **In ista q̄stione sic procedā.** ¶ Primo inquiram:vtrū actus matrimonialis:q̄ est actus carnalis:requirat aliqua bona: quibꝰ excuseſ. ¶ Scdo ostēdam:quot sunt bona matrimonij. ¶ Tertio inq̄rā:vtrū ex obligatiōe matrimoniali teneaſ ꝯiunx semꝑ reddere debitū altero petente.

¶ Ultimo ad rationes.

Actꝰ matrimo. an reqrat aliqua bona quibꝰ excusetur.

¶ Quantum ad primum dicit: ꝙ actus matrimonialis exigit aliqua bona: quibus excuset: cuius ratio est. q2 in tali actu priuatur homo vsu ratiōis ⁊ actu: sicut Aristoteles dicit in viij. ethico. vbi loquit de venere. ⁊ in tali actu non solū impossibile est aliquid intelligere: verū etiā ⁊ post talē actū minus disponit homo ad vsum rationis. vñ ⁊ ꝑ talē actum homo quasi totus hebetat: ⁊ brutificat. Et cōfirmat per Aug. dicentē: ꝙ voluptas qua maior in corporalibꝰ voluptatibus nulla est momēto ipso tēporis quo ad eius ꝑuenit extremū pene oīs acies ⁊ vigilia cognitionis obruitur. nullus autē ſm rectā rationē debet se obligare ad aliquid in quo tm̄ malū ⁊ tantā iacturā patiat: nisi sit aliquod bonū recōpensans. ḡ nullus debet ꝯtrahere matrimonium nec exponere se actui matrimoniali: nisi sint aliqua bona vel aliquod bonū recompēsans. ⁊ talia bona dicunt a sanctis excusantia talem actū. cuiusmodi sunt fides proles ⁊ sacramentū. Si dicat cōtra eos: ꝙ similiter in somno hō priuatur totaliter vsu vel actu ratiōis ⁊ nō solū ī momēto immo etiā tpe multo. q2 ſm philosophū primo ethico. felix nō differt a misero nisi ſm dimidiū vite. i. ſm tēpus vigilie. q2 in alia medietate. s. ī tēpore somni nō differt. igit multo fortius requirentur aliqua bona excusantia somnū. qđ nō videt. dicūt ꝙ etiā somni sunt aliqua bona excusantia puta necessitas nature sustētande: ⁊ dispositio melior ad intelligēdū post somnū. vñ magis viget vsus rationis post somnū q̄ ante. sicut magis vigēt sensus ⁊ fantasia: q̄ deseruiūt intellectui intelligēdo. Nā sine somno ⁊ ante somnū ꝑ vigiliā nimiā est fatigatio organorū ⁊ virtū sensitiuarum. quare ⁊c.

1. ethico. *August.*

ꝯ hācopi.

¶ Contra istam positionē pōt argui ṗmo sic. q2 in tēpore ĩnocētie fuissent ista bona matrimonij. ⁊ tm̄ non fuissent excusantia actū matrimonialem. ¶ Secundo sic. inter mariā ⁊ Ioseph fuit verū matrimoniū. ⁊ tm̄ nō oportuit ponere ista bona excusantia. ¶ Similiter tertio in matrimonio spirituali aliquo cū pari voto cōiugū de virginitate seruāda nō oportet ponere talia bona excusantia. quare ⁊c. ¶ Similiter quarto quia actus matrimonialis nō est de se malus: sed pōt eē bonus: ⁊ moraliter circūstātionatus. patet. q2 eiusdem rationis fuisset tpe innocētie. ḡ nō requirit ex se bona excusantia. quare ⁊c.

ad argu. ꝯ. pc. opi.

¶ Ad ista tm̄ etiam potest respōderi. Ad ṗmū dicēdum: ꝙ actus matrimonialis fuisset malus tēpore ĩnocētie nō malicia culpe sed malicia iacture ratiōis pro tpe talis actus: ideo ⁊c. ¶ Ad scdm̄ dicēdum: ꝙ inter mariā ⁊ ioseph possunt poni illa bona excusantia vel recōpēsantia nō simplr̄ ⁊ in actu sed sub ꝯditione. sicut et beata virgo obligauit se ad copulā sub ꝯditiōe: puta si ioseph peteret. ¶ Ad tertiū pōt dici per idē. ¶ Ad quartum patet ex solutiōe primi. quare ⁊c.

quot sūt bona ma.

¶ Quātum ad secundum articulū dico breuiter: ꝙ bona matrimonij assignant tria. s. bonū sacramēti. bonū fidei. ⁊ bonū ꝓlis. Ad cuius euidentiā notandū est: ꝙ ſm phm̄. 5. methaca. de ꝑfecto bonū ⁊ ꝑfectū idē. triplex aūt est: vel pōt intelligi ꝑfectio rei. vna intrinseca ⁊ formalis alia extrinseca ⁊ finalis ꝓxima. tertia extrinseca ⁊ finalis remota. Et similiter etiā bonū triplex. vnū formale ⁊ intrinsecū. aliud extrinsecū finale. ⁊ proximū vł immediatū. tertiū finale ⁊ remotū.

Nota.

Triplex bonū matrimonij. 1.

¶ Ad ꝓpositū dico ꝙ triplex ē bonū matrimonij. vnū formale ⁊ intrinsecū. alia duo finalia ⁊ extrīseca. Primū voco obligationē īdissolubilē. pro statu p̄nti dico q̄cq̄d fuerit antiquitus de repudio. Nā vinculū indissolubile est bonū formale ⁊ intrinsecū matrimonij. ⁊ vocat hoc bonū sacramēti: non ꝙ sit sacramentū noue legis vel signū sensibile: sed q2 ē signū intellectuale vel potius intelligibile alicuiꝰ signati alteriꝰ puta ꝯiunctionis indissolubilis xp̄i ⁊ ecclesie. Uel aliter dr̄ bonū sacramēti ſm trāsitiuam locutionē. i. bonū aliquod cuiꝰ signū est ipm̄ sacramentū matrimonij. cū em̄ dr̄ in verbis sacramētalibus. accipio te ī meā vel in meū significat ista obligatio mutua simpliciter fieri: nō ad tēpꝰ vel ad horam: sicut patet. ipm̄ ḡ vinculū indissolubile dr̄ bonū matrimonij. ⁊ est cōstructio intrāsitiua. q2 ē matrimoniū ipm̄ loquēdo formaliter.

2.

¶ Scdm̄ bonū est extrinsecū finale ⁊ ꝓximum. ⁊ est bonum fidei. nā ad ipm̄ sicut ad bonū finale ꝓximū ordinat matrimoniū ipm̄ vel obligatio ipsa. bonū autē istud fidei idem est ꝙ bonū fidelitatis ad cōiugem. Et in duobꝰ consistit primo ꝙ nō tradat corpus vniꝰ cōiugis nisi alteri cōiugi. q2 hoc esset ꝯtra iusticiā ⁊ fidelitatē. Et istud est necessariū semꝑ ⁊ inuariabile in matrimonio sub omni lege: sicut nō ꝯmittere adulteriū. Scdo in tradēdo corpus suū coniugi petēti pro loco ⁊ tpe: ⁊ solū vni coniugi pro tpe legis nature ⁊ tpe legis scripte: de quo inferius apparebit.

3.

¶ Tertiū bonū est extrinsecū finale ⁊ remotū. s. bonū prolis habēde ⁊ religiose educāde ad cultū diuinū: ⁊ est finis principalior. Uñ ⁊ ad hūc finē ordinat precedēs finis. s. bonū fidei quo redditur debitū modo p̄dicto. ponit etiā vnus alius finis annexus matrimonio. s. vitatio fornicatiōis ꝑ tpe lapsus. Non solū em̄ matrimoniū est in officiū ꝓcreandi prolē: sicut tēpore innocētie: sed est in remediū. Et ista duo bona. s. bonū fidei: nō fidei que est virtus theologica sed fidelitatis in reddēdo debitū positiue alteri cōiugi: ⁊ similiter bonū prolis sunt bona cōditionata in matrimonio. Nec est necessariū ista poni in re ⁊ in effectu absolute iter cōiuges: sed sub ꝯditiōe: videlicet reddere debitū ꝓ loco ⁊ tpe: si alter ꝯiux petat. Pōt em̄ absolute loquēdo alter nō petere: ⁊ sic etiā aliꝰ nō reddere. vñ ⁊ matrimonio iā rato siue etiā ꝯsummato possunt perpetuā ꝯtinētiā vouere. ex quo etiā sequit ꝙ bonū prolis ꝯditionatū nō oportet: ꝙ ponat in re ⁊ ī effectu inter ꝯiuges absolute: sed sub ꝯditiōe. quia nō pōt poni proles sine redditione debiti: vt patet ⁊ ideo sub ꝯditione ponit bonū ꝓlis. s. vt si euenerit: nō impediat: nec perimat. sicut fit ab illis interfectoribus fetuū in vtero. Similiter si euenerit ꝓles ⁊ subuixerit religiose educet.

Quo primū bonū matrimonij est necessariū. 1. opi.

¶ Sed ṗmū bonū. s. indissolubilitas vīculi est absolute necessariū pro tpe legis noue vsq3 ad mortē alterius ꝯiugum ¶ Et hoc intelligūt aliqui nō solū de morte corporali: sed etiā de morte ciuili qñ. s. alter añ matrimoniū cōsummatū altero volēte seu etiā nolēte: q2 nō est vis siue velit siue nō: ꝓfitet religionē. Tūc em̄ soluit vinculū: ⁊ nō manet vinculū nec obligatio inter eos. Et dicūt hoc instituisse xp̄m propter maius bonum religionis. Nec ecclesia hoc attemptasset statuere: nec statuit: sed magis statutū christi publicat: ⁊ exponit ⁊ modificat aliqualiter q̄tū ad determinationem temporis: videlicet ꝙ infra duos menses post matrimoniū ratū possit cōiunx intrare religionem. Q2 aūt xp̄s īstituit vinculū matrimoniale sic dissolui: patz ex dicto eius. Mathei. xix. sunt eunuchi qui se castrauerūt ꝓpter regnū celorum. qui potest capere capiat. Hoc aūt capiunt perpetuo ꝯtinētes ꝓpter deum ⁊ precipue ꝯtinentiam vouentes: vt religiosi. vnde ⁊ hic continētiā talem matrimonio tanq̄ maius bonum ꝓposuit. Similiter etiam patet facto xp̄i vocantis Iohannem euangelistam a nuptijs ad religionem apostolatus cuius exēplum imitati sunt plures sancti.

2. opi.

¶ Alij dicūt: ꝙ nec sic vincunculum matrimoniale dissoluitur: sed manet perpetuo vsq3 ad mortem corporalem alterius coniugis. tūc alter supuiuens soluitur a lege ⁊ vinculo matrimonij. ⁊ sic etiam fuit in lege nature: quicquid fuerit de repudio legis scripte: de quo dicet. dicūt tm̄ ꝙ hoc nō obstante cōiunx q̄ manet ī sclo post ꝓfessionē alteriꝰ ī religione: pōt alteri nubere. nō quia solutū sit vinculū ad primū coniugē sicut dicerēt primi: sed q2 nullū est incōueniens ꝙ sit vna vxor pluriū: vniꝰ spūaliter: puta illius qui est in religione: ⁊ alteriꝰ carnaliter: illius quē acceperit in seculo. Et ex hoc dicto sequit ꝙ vna vxor posset esse centū virorū simul: vt patet inducēti. ⁊ silr̄ vnus vir centū mulierū. nec est dicēda hic bigamia: vel (vt ita dicā) biuiria. q2 vna vnius tm̄ carnaliter vel corporaliter: alterius vero vel aliorū spiritualiter.

Nota.

Q2 autē non soluat vinculū matrimoniale post matrimoniū ratū ⁊ ante matrimoniū consummatū per ꝓfessionē alterius ꝯiugū in religione: ꝓbatur q2 post matrimoniū ꝯsummatū non soluere. ⁊ tm̄ planū est ꝙ vinculū nō habet indissolubilitatē per illā carnalē copulā. ⁊ per cōsequēs prius ante copulā illam carnalē: ꝑ quam matrimoniū ꝯsummat: vinculū habuit indissolubilitatē. vnde ⁊ hec est ratitudo matrimonij. s. indissolubilitas eiꝰ.

Indissolubilitas viculi vñ mrimōio ꝯuenit.

¶ Sed vnde cōuenit matrimonio ista indissolubilitas vīculi ex cōtractu vel ex sacramēto vel vnde. Dico ꝙ nō ex natura ⁊ vi cōtractꝰ cuiuscunq3 matrimonialis. potuit em̄ instituere ꝙ obligatio ex cōtractu esset ad tēpus: sicut forte ordiauit de repudio sub lege scripta. nec ex sacramēto vel vi sacramēti: Non est em̄ effectus sacramēti sed magis gratia ipsa. Et potuit deꝰ apponere sacramētum ad cōtractum vel obligationē seu vinculū pro tēpore: sicut apposuit ad vinculū perpetuū. Et ideo dicit ꝙ talis indissolubilitas vinculi est a deo sic ordināte: vt sit obligatio ⁊ vinculū ꝑpetuū vel pro ꝑpetuo vsq3 ad mortē alterius. Alioquin nō valeat cōtractus.

Correlaria. 1.

¶ Ex predictis de bonis matrimonij ⁊ matrimonio sequit primo vnū correlarium: ꝙ si aliqui in cōtrahēdo exprimāt cōditiōes oppositas bonis matrimonij: vt si dicat cōtrahens cōtra primū bonū perpetuitatis vinculi. Accipio te in meā donec occurrat alia magis placēs. cōtra ſm bonū fidelitatis dicat: do tibi meipsum. vel accipio te: dū tm̄ possim alteri dare meipsum: ⁊ nō tenear seruare tibi fidē: nec affirmatiue reddēdo tibi debitū nec negatiue: quin pro libitu meo possim alteri cōiugi corporaliter vel carnaliter copulari habēdo corporaliter simul duas vel plures: corporaliter dico ꝓpter predicta. Si etiā contra tertiū bonū dicat: accipio te in meā: dū tm̄ procures venena sterilitatis ⁊ huiusmodi cōtractus. dico talis nullus est. quia est cōtra institutionē dñi superioris et legislatoris de matrimonio cōtrahendo. Et ita nullus habet potestatē transferēdi corpus suū ī aliud isto modo. ⁊ sic cōtrahētes non solū nichil faciunt sed etiā mortaliter peccāt. ⁊ nullo modo debēt inuicē petere vel redde: sꝫ reddēdo fornicant.

.2.

¶ Secūdum correlariū est: ꝙ altero cōiugū mortuo: si resuscitaret virtute diuina: superueniēs coniūx non teneret sibi nec obligaret matrimonialiter. expirauit em̄ vinculū in morte alterius. ſm apostolū prime ad corinth. mortuus est vir. soluta est mulier a lege viri. Et nō resurgit vinculū propter resuscitationē mortui: sed oportet interuenire nouū consensum viri ⁊ mulieris sufficienter expressum per verba de presenti vel ꝑ signa equipolentia. Hec de secūdo articulo principali.

Aposto.

Cōiunx an semꝑ teneatur reddere debitū altero petēte. ⁊c.

¶ Quantum ad tertium articulū dico ꝙ reddere debitū alteri cōiugi est preceptū affirmatiuum de iusticia ⁊ fidelitate obseruāda ad alterū. precepta autē affirmatiua licet obligēt semꝑ non tm̄ ad semꝑ nec pro semꝑ sed pro loco ⁊ tempore ſm circūstantias debētes cōcurrere ad actū preceptū. Et ideo dico ꝙ cōiunx nō tenet reddere alteri debitū ex obligatione matrimoniali ꝓ quandocūq3 alius petit: sed in aliquibus casibꝰ pōtest nō reddere. in aliquibꝰ etiā non solū potest nō reddere: sed etiā debet non reddere: ita ꝙ grauiter peccaret vel saltē peccaret: si redderet.

Casus in quibꝰ nō tenet coniunx debitū reddere ⁊c.

¶ Unus casus in quo nō tenet reddere est: si petēs amisit ius petēdi. q2 adulteriū cōmisit cū alia vel fornicatus est. tūc em̄ innocēs pōt nō reddere. ⁊ licet corpus īnocētis sit alterius petētis: tm̄ amisit ius petendi ⁊ vtēdi corpore alterius: nec debet sibi reddi q̄tūcūq3 petat. Si autē vterq3 lapsus est paria crimina pari vindicta delent.

Scdus.

¶ Secūdus casus est statim post matrimoniū ratū si alter petat: nō tenet alteri reddere: sed pōt differre ꝑ aliqđ tēpus: ⁊ intrare religionē: si voluerit. nec ille pro tūc habet ius petēdi sic ꝙ debeat sibi reddi: licet possit petere licite. q2 ius suū nō amisit. q2 nec peccauit. sed sicut pōt petere: ita alter nō pōt redere. ⁊ necessitas reddēdi suspēdit vsq3 ad tēpus quo deliberet: ⁊ intret religionē: si velit. Et ponit illud tēpus duorū mensiū post matrimoniū ratū extra de cōuersione cōiugatorū ex publico. Alioquin si statim redderet: ⁊ matrimoniū ꝯsummaret: redderet se ĩhabilē ad religionē intrandū: nisi de ꝯsensu alterius cōiugis.

Bonum dubium.

¶ Sed qđ de vxore vel cōiuge manēte in seculo post ꝓfessionē alterius in religione matrimonio prius cōsummato: si timeat: ꝙ cōiunx manēs in seculo nolit cōtinere: nūq3 extrahēdus est alter a religiōe: de hoc vident capitula ī iure ꝯria. Primū est. xxxij. q. v. vbi dicit qui vxorē suā velare ꝑmiserit: aliā nō accipiat sed similiter ꝯuertat. Ex quo videt ꝙ nō est alter cōiunx de religione extrahēdus sed alter est cōuertēdus ⁊ debet cōtinere. Cōtrariū vero videtur dici extra de conuersione cōiugatorū capitulo primo vbi dicit: ꝙ laicus vxoratus qui de licentia ⁊ ꝑmissione vxoris religionē ingressus professionē fecerit: vxore in seculo remanēte: nec trāseunte ad religionē nec ꝑpetuam cōtinētiam vouēte: potest

Solutio dubij ꝑc.

r debet de monasterio reuocari. Quid ergo faciendū vel dicēdum. ¶ Potest dici ꝙ si alter cōiūx dē licētia alterius remanētis in seculo solēniter facta auctoritate dyocesani episcopi: sicut canit in regula fratrū minoꝝ: profiteat in religione: nō est extrahēdus: nec reddēdus alteri. sufficiēter eñ alter videtur suo iuri renūciasse sic licētiando alterū: vt ꝓfiteret in religione. Si autē de licētia aliqua alterius fuerit alter ingressus religionē ⁊ ꝓfessus: qua quidē licētia nō videat sufficiēter renūciasse licentiās iuri suo nec efficaciter ſm formā vel modum quē imponit: vel intēdit ecclesia in talib⁹ obseruādū: extrahēdus est ⁊ reddēdus. Sic tñ extract⁹ nō debet petere: q2 sufficienter q̄tum fuit ex se: renunciauit iuri suo petēdi intrādo ⁊ vouēdo religionē. sed pōt reddere. q2 iuri alterius nō potuit renūciare. quare ⁊c̄.

Nō hos casus.

¶ Alij casus sunt in quib⁹ nō solū nō tenet reddere: sed tenet non reddere: vtpote qñ fortiori vinculo tenet ad nō reddendū: vtpote si reddēdo vergat in detrimētum ꝓprie salutis vel incolumitatis corporalis quā magis tenetur diligere: q̄ istud determinatū reddere alteri cōiugi. Cōsimiliter fortiori vinculo tenet nō occidere fetū: vel nō esse causa aborsus: q̄ reddere. ⁊ ꝑ cōsequēs in periculo aborsus ⁊ in preiudiciū prolis tenet nō reddere Cōsimiliter etiā magis tenet nō agere: vnde ꝓles nascat leprosa: q̄ reddere. Et ideo tēpore mēstrui tenet nō reddere mulier. q2 vt in pluribus tempore mēstrui proles nascit vel generat leprosa. vñ nō immerito infligebat pena mortis accedētibus ad mulieres mēstruosas sub lege mosayca. q2 istud est graue pctm̄: ⁊ fuit hoc ꝓhibitū sub lege illa. Et nō est putandū ꝙ minus sit ꝓhibitū sub lege euangelica: que est lex castitatꝫ.

De leproso.

¶ Si dicas de leprosis ꝙ tūc sanus nō debet reddere debitū leproso cōiugi. Primo q2 est in preiudiciū ꝓprie sanitatis corporalis. Secūdo q2 est cōtra bonū prolis. q2 nasceret leprosa. Et pari ratione nel leprosus leproso. cui⁹ oppositū habet extra de cōiugio leprosorū ca. j. mādamus. ⁊ capitulo sequēti: si virū ⁊c̄. Respondet ꝙ nō est verisimile: ꝙ ex tali ꝯiunctione sic breui quo reddit debitū: sanus incurrat leprā. vnde ⁊ diutina cohabitatio nō precipit. q2 ex illa pōt sanus infici: vt videt. Esto etiā ꝙ timeret infirmitas lepre: diceret ꝙ ad hoc se obligauit sanus in cōtrahēdo. vnde ⁊ aliqui sacerdotes exprimūt illud in hostio ecclesie: quando contrahit matrimoniū. tñ totū istud dubiū est. Et posset dici de alia infirmitate corporali: ꝙ etiā infirmus ad hoc se obligauit. Et ideo aliter respondetur ꝙ illud supradictū nō debet intelligi de infirmitate perpetua: sed ad tēpus ratione cuius pōt differri redditio debiti. sed de ꝑpetua cuiusmodi est lepra: dico ꝙ debitū debet reddi siue a leproso siue a sano ne perpetuo frustretur leprosus actu matrimoniali. De bono prolis dicit ꝙ nō obstāte hoc debet reddi. q2 melius est ꝙ proles nascatur leprosa q̄ ꝙ omnino nō nascat. Sed nō concluditur ꝑ hoc ꝙ mulier menstruata debeat petere vel reddere possit. quia potest expectari tēp⁹: quo mēstruo cessante poterit generari proles sana. Similiter possunt inueniri aliqui casus in quibus tenetur nō reddere. Et breuiter in omni casu in quo actus reddēdi vel petēdi non posset bene circūstantionari moraliter: sed necessario esset moraliter malus. Et ideo debet qñ oportet ⁊ vbi oportet ⁊c̄.

qñ vbi ⁊c̄ nō tenet debitū alter cōiugū reddere.

¶ De quādo tamen ⁊ vbi dicitur ꝙ non tenet reddere tēpore sacro: vel quādo debet cōmunicare. immo tenet non reddere. quia precipitur non reddere in tali casu. Nā ſm Hierony. tales exercētes actū illum carnalē inhabiles sunt ⁊ indispositi ad manducādum carnes agni vel christi. Similiter etiā in loco sacro precipitur ibi nō reddere qđ patet ꝑ interdictum loci: ex hoc ꝙ redditur idem debitum. ¶ Sed videtur michi dicēdum ꝙ licet tēpore sacro sit cōgruum sit nō petere petēti: tñ necessariū est reddere. Nec reddēs siue petēs propter hoc inhabilis est ad cōmunicandū sic ꝙ peccet. sed verum est ꝙ non est sic habilis: sicut si talem actum nō exerceret. vnde nec prohibetur illo tēpore nec reddere: sꝫ congruum est ꝙ abstineant vt vacēt orationi: sicut apostolus dicit. ¶ De loco sacro etiam dico ꝙ non est illicitum petere ibi vel reddere ex hoc precipue si coniuges diu inhabitarēt locum: ⁊ nō possent habere cōmode alium locū. Nec oporteret forte ꝙ locus esset interdictus: nisi actus talis esset in eo publice factus. quare ⁊ cetera. Hec de tertio articulo principali.

Ad rōes ꝑncipa.

¶ Ad primum principale argumētum patet ꝙ primum bonū matrimonij non est matrimonium sacramētum vel bonum sacramēti quod est signum sensibile collatiuum gratie: sꝫ sicut dictū est supra. ¶ Ad scđm dico ꝙ inter adulterium ⁊ adulteram ⁊ innocētem nō est bonū fidei quātum ad actum ex parte adulterātis. Ita ꝙ non habet illud bonum in facto ⁊ executione: nisi ficto modo. habet tamen in obligatione. quia ad tale bonum obligatur. ¶ Ad tertium patet ꝙ bonū prolis nō est de necessitate absoluta matrimonij sic vt habeatur vel proponatur omnino haberi in re ⁊ in effectu: sicut etiam nec actus coniugalis ex quo ꝓles depēdet. Sed sufficit ꝙ proles habeatur sic ꝙ si eueniret: gratanter susciperetur ⁊ religiose educaretur vel educari proponatur. ⁊ ꝙ nullo modo īpediatur per aliquem modum illicitum. ⁊ ita patet ad illud quod dicitur de virginibus ⁊ sterilibus ⁊ alijs non potentibus generare vel non volētibus ꝙ non obstātibus predictis possunt contrahere: et sufficiēter in matrimonio eorū habet bonū prolis.

¶ Distinctionis. xxxiij. Questio Unica.

Circa distinctionē xxxiij. quero vnam questionē. Utrum. s. aliquādo fuerit licitum habere plures vxores simul vel successiue. s. repudiando primā ⁊ accipiendo aliam: ¶ Videt ꝙ nunq̄ licuit habere plures vxores simul. Primo quia hoc est cōtra īstitutionē matrimonij adeo per os aderūt (inquit) duo in carne vna.

Christ⁹.

¶ Secundo q2 nunq̄ licuit vni mulieri habere plures viros vñ fuit licita biuiria. Igit nec bigamia. q2 q̄tū ad ea q̄ sunt matrimonij: vir ⁊ mulier sunt equalis cōditionis. ¶ Tertio q2 dicit glosa sup illud Gene. iiij. ꝙ Lameth accepit duas vxores: ⁊ hoc fuit contra legē nature. sed qđ est cōtra legē nature nulli licitū est. g ⁊c̄. ¶ Quarto videt ꝙ nō licuit repudiare vxorem habēdo per istum modum plures vxores: sꝫ nō simul. q2 hoc videt cōtra institutionē matrimonij. Relinquet inquit adam homo patrem et matrem: ⁊ adherebit vxori sue. Adhesio autem importat firmitatē ⁊ indissolubilitatē vinculi. Et cōfirmatur. q2 cōtractus matrimonij est datio irreuocabilis potestatis sui corporis pro toto perpetuo cōtrahentium: vt dictum est supra. ⁊ probatum est hoc esse conueniens ad bonum prolis educande et bonum communitatis. ergo ⁊c̄.

Deuter. xxiiij. Mala. 2

¶ **Contra** primum legitur de abraham et iacob ⁊ dauid ꝙ habuerūt simul plures vxores: sed nō est presumēdū ꝙ in hoc peccauerūt. g ⁊c̄. ¶ Cōtra scđm dr deuteronomij. xxiiij. si acceperit homo vxorē: ⁊ nō inuenerit grām in oculis ei⁹ ꝓpter aliquā feditatē: scribet ei libellū repudij: ⁊ dabit in manu ei⁹: ⁊ dimittet eā de domo sua. Et eadē sentētia quasi dr malachie. ij. cū odio habueris (inquit) vxorem dimitte eam: dicit dominus deus israel.

¶ In ista questione sic ꝓcedā.

¶ Primo inquirā vtrū bigamia sit vel fuerit aliqñ licita habēdo plures vxores simul. ¶ Secūdo vtrum habēdo plures successiue repudiando pmā vel vtrū licuit aliā repudiare vxorē. ¶ Tertio q2 est hic sermo de bigamia: ⁊ ipa inducit irregularitatem: inquirā vtrū bigamus ante baptismū: maneat post baptismum irregularis. ¶ Ultimo ad rōnes.

Biga. an sit / fuerit ve aliqñ licita. Nota.

¶ **Quātum ad primū** articulū dico aliqua ꝑ ordinē. Primo ꝙ institutū fuit matrimoniū vnius ad vnā in officiū ⁊ tpe innocētie. patet de adam ⁊ eua Gene. ij. hoc nunc os ⁊c̄. Post lapsum vero fuit institutū in remediū vitāde fornicatiōis: ita ꝙ sunt fines matrimonij. quoꝝ vnus est pncipalior: ⁊ est ꝓles ſm ꝙ mrionū est in officiū. Ali⁹ finis est min⁹ pncipalis. s. vitatio fornicationis: ꝓut mrionium ē remediū ſm dictū apli. vnusq̄sq3 (inqt) suā habeat ꝓpter fornicationē vitādā supple. ¶ Secūdo dico ꝙ q̄tū ad finē pncipaliorē. s. prolis procreationē corp⁹ viri prepōderat: ⁊ pualet corpori mulieris. pꝫ. q2 vnus vir pōt fecūdare plures mulieres eodē tpe vel quasi. q2 ꝓximo. nō sic vna mulier a plurib⁹ viris. tñ q̄tum ad finē min⁹ pncipalē puta fornicationis vitationē equaliter se habēt corp⁹ viri ⁊ mulieris. vn⁹ eñ tantū vir sufficit ad vitandūm fornicationē. q2 igit matrimoniū ꝓ statu lapsus institutū est nō solū in officiū verūetiam in remediū: ⁊ nō solū ꝓpter vnū: sed ꝓpter ambo. ⁊ ad vitationē fornicationis sufficit vnus vni: ⁊ cōiter ad generationē prolis ꝯueniēter educāde. dico ꝙ matrimoniū tpe lapsus ita fuit institutū vnius ad vnā tātū: sicut etiā tpe innocētie: lꝫ matrimonium tpe īnocētie nō fuerit nec fuisset in remediū si tēp⁹ innocētie ꝑstitisset. Nō fuisset aūt necessariū in aliquo casu tpe innocētie: ꝙ vn⁹ habuisset plures q2 vnū vni tantum copulari suffecisset. q2 nec vir nec mulier in illo statu sterilis fuisset. ⁊ fuisset ille stat⁹ copiosus in ꝑsonis vacātib⁹ diuino cultui. ¶ Tertio dico: ꝙ ꝓ toto tpe lapsus ex diuino statuto tāq̄ ex statu legislatoris iustū erat: ꝙ vn⁹ tantū haberet vnā. lꝫ q̄tum erat ad finē principalē matrimonij nō esset equalis valor mulieris corꝑis ad corp⁹ viri: sicut dictū est supra. Et ideo dico: ꝙ nullus licite sine dispensatione diuina pōt: vel potuit habere duas vxores simul: sed tantū vna vni debet: ⁊ debuit copulari.

Qualit fuit licitū aliq̄b⁹ hr̄e simul plures vxores.

¶ Quarto dico tñ: ꝙ per dispensationē que est relaxatio vel reuocatio iuris: aliquo tpe licitū fuit aliquib⁹ patrib⁹ fidelib⁹ habere plures vxores simul. ⁊ hoc dispēsatiue a deo in casu videlicet paucitatis fideliū procreātiū prolem: vt sic plures mulieres ab vno fecundaret: ⁊ sic proles ad cultū diuinū multiplicaret ⁊ ꝓpagaret. q2 in solis successorib⁹ talium patrū manet fides. Et hoc rationabiliter ſm exigētiā finis pncipalioris ipsius matrimonij. Et dico: ꝙ salua iusticia ex ꝑte vtriusq3 cōiugis. si eñ alicui fieret iniusticia: videret ꝙ mulieri. ⁊ tñ sibi in hoc casu nō fit iniusticia. q2 corpus viri ad istum finē qui est pncipalior: plus valet q̄ corpus mulieris. Et casus est: tūc ꝙ debeat exponi corp⁹ viri ad talē finē ⁊ omitti de fine alio scꝫ de reddere debitū ad vitādum fornicationē. vnde et lꝫ corp⁹ mulieris equiualeat corpori viri ad vitādum fornicationē: tñ mulier debet velle: ꝙ vir in tali casu ipsam vitet aliquotiēs: ⁊ vacet alteri ad finē pncipaliorē ꝓlis. hoc patuit de serra: q̄ cū nō posset habere filium de abrahā: voluit ipm ingredi ad agar: vt sic saltē de illa filiū susciperet. Et sic dico: ꝙ abrahe ⁊ aliq̄bus patrib⁹ dispensatiue tñ a deo ⁊ rationabiliter in tali casu licuit bigamia: ⁊ habere plures vxores simul. Et nō solū licuit. imo dico: ꝙ meritoriū fuit.

bigamia modo dupliciter illicita.

¶ Quinto dico: ꝙ mō nec alias est vel fuit bigamia licita: nisi ī tali casu ⁊ ex dispensatione diuina. Unde dupliciter est illicita modo pmo. q2 nec mō se offert causa. q2 multi sunt fideles prolem procreātes. Nec mō etiā est dispensatio diuina de hoc. verū est tñ: ꝙ si casus se offerret: puta ꝙ per bellū vel per pestilētiam nō sufficerent fideles: sed pauci manerent viri ⁊ multe mulieres ad procreandum prolem fidelem: adhuc rationabiliter deo dispensante posset bigamia introduci. Et forte ipso facto interpretandum esset rationabiliter: ꝙ deus dispensaret. Si qui autem aliter q̄ modo dictum est: plures vxores habuerunt: vel modo habeat simul plures dico ꝙ grauiter peccauerunt: et peccant. Nam ⁊ preceptum ꝙ vnus tantum vnam habeat reducit christus: ⁊ renouauit in sua lege euangelica Mathei. xix. allegās illud esse dictū a deo per adā. erunt (inquit) in carne vna licꝫ aliter istud posset exponi: sicut dicet infra. Qꝫ autē aliqñ ⁊ aliquib⁹ licuerit bigamia: pꝫ ꝑ Aug. de bono cōiugali versus finem. Antiquis iustis nō fuit pctm̄: ꝙ aliqñ pluribus feminis vtebantur. nec cōtra naturā hoc faciebāt cū causa gignēdi hoc facerent ⁊c̄. Hec de primo articulo principali. Mat. xix

De repudiatione vxorum. 1. opinio.

¶ **Quantum ad secundū arti**culum videretur alicui ꝙ nō licuit repudiare vxorē Et hāc opinionē tenent aliq̄. sed fuit hoc ꝑmissum iudeis ad vitandū maius malū. s. vxoricidiū: ne occiderent mulieres odiosas. sicut aliqñ permittitur minus malū ad maius malū vitandū. sicut fornicationes publice permittuntur ad vitāda adulteria: que sunt maiora mala. Ita ꝙ repudiatio vxoris in lege mosaica fuit simpliciter illicita: licꝫ permissa. ¶ Hoc ꝓbat auctoritatib⁹ ⁊ rōnib⁹ pmo auctoritate xp̄i Mathei. xix. illā reprobātis: dico vobis ꝙ quicūq3 dimiserit vxorē suā excepta causa fornicationis mechat: ⁊ qui dimissam duxerit mechatur. Mat. xix

¶ Secunda auctoritas est responsio eius ibidem ad questionē phariseorū obiicientium: quid ergo mandauit nobis moyses: dicit ad duriciem cordis vestri permiserit moyses dimittere vxores vestras. A principio autē non fuit sic. vbi dicit glosa marginalis: ꝙ permisit moyses: non deus. et consilium fuit hominis nō dei imperium. Et magister in ista distinctiōe dicit ꝙ hoc fuit a moyse permissum: nō August. vt cōcederetur discidium: sed vt tolleretur homicidium. ¶ Tertia auctoritas est August. de sermōe dñi in monte dicit: non qui precepit vxori dare libellum repudij: hoc precepit: vt vxor dimittatur: sed qui dimisit (inquit) det illi libellum repudij: vt iracundiā proiiciendi vxorē libelli cogitatio tēperet. Et subdit Augustinus. vbi prius: qui dimittēdi (inquit) quesiuit moram: significauit quātum potuit duris hominibꝰ se nolle dissidium. ¶ Quarta auctoritas est extra de diuortijs gaudemꝰ: vbi dr ꝙ repudium vxoris veritas est in euangelio reprobauit. ergo fuit simpliciť illicita. ¶ Ad hoc adducuntur rationes due preter illas: que adducte sunt in principio questionis. Prima est qr permissio nō est nisi de malo: non aūt de bono ⁊ licito: sed repudiū fuit permissum ſm auctoritatem christi. ergo fuit malum. ¶ Secunda ratio superius tangebatur in virtute ⁊ dimitto.

Extra ꝺ diuor. Rōes. 1. opi.

2. opi.

¶ Alij dicunt ꝙ repudium in lege mosaica fuit simpliciter licitum. qꝺ ꝓbatur. qr quod dictatur ⁊ dr faciēdum in aliqua lege iusta est iustum. hoc patet ex ratione terminorū. Alioquin eñ lex nō esset iusta. sed repudiū dictatur esse faciēdum in lege mosaica que fuit ⁊ iusta. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. si quid in lege diuina diceretur obseruandū: qꝺ esset illicitum: ⁊ nō esset obseruādum: pari ratione quodlibet aliud traditum posset dici nō obseruandum ex vi traditionis in tali lege sicut a simili dicit Augusti. ad Hierony. si qd in diuinis scripturis inueniret falsum ⁊ mēdaciter dictū etiā mēdaciū officiosū vel iocosum: pari rōne nec alicui ꝟbo scripture esset credēdum ex auctoritate. sed ꝯñs est incōueniēs. igitur ⁊ añs est incōueniēs de repudio ¶ Tertio sic. lex iusta nō debet dare alicui directā occasionē peccādi mortaliter. sed si repudiū fuit illicitū simpliciť ⁊ pctm̄ mortale: tūc lex moysi dedisset per se ⁊ directe occasionē peccādi sicut ⁊ repudiādi. ergo nō fuit iusta. qꝺ est falsum. ¶ Quarta ratio aliud est penitere tantum ⁊ dissimulare aliquid Aliud est ipsum dictate vel ꝯsulere siue precipere. primum eñ bene facit aliqua lex iusta: ⁊ legislator iustus de aliquo malo nō puniēdo ipsum: sed scḋm nūꝙ fit respectu mali a lege iusta: nec a legislatore. Cum ergo lex moysi fuit iusta: ⁊ nō solum repudiū permiserit: sed faciēdū dictauerit: videť ꝙ fuit iustū ⁊ et licitū sub lege illa. ¶ Modus ponēdi istorū talis est ꝙ ex institutiōe diuina tanꝙ ex institutione precipui legislatoris ⁊ dñi cōiunx vir trāsferebat potestatē corporis sui in alterum nō simpliciter ꝓ toto ꝑpetuo suo sed donec mulier ꝓpter aliquā feditatē displiceret sibi: ⁊ daret ei libellū repudij. Et similiter mulier ecōuerso: donec daretur sibi. Sicut sub lege nature ⁊ modo ex in institutiōe dei transferūtur corpora ꝓ toto perpetuo vsqꝫ ad mortē corporalē vel ciuilē alteriꝰ cōiugū. Et rōnabiliter sic deꝰ pro tpe legis illiꝰ ordinauit: vel dispensauit ꝓpter magnū malū vitādum. ⁊ per ꝯñs propter maius bonum: quā sit indissolubilitas cōiugij scilicet propter vitationē vxoricidij contra bonum pacis: ad quod proni fuerūt illi maledicti iudei: sicut dictum est in articulo precedenti: ꝙ super bigamia aliquā ex causa rōnabili dispensauit. Et tūc dato libello repudij soliti erant adinuicem: ⁊ poterat repudians alteri cōtrahere. Uiris autē solum cōcessum fuit repudiare nō mulieribus. quia nō erat eadem causa vtrobiqꝫ. Non sic enim mulier pōt preualere in virum occidendo eum: sicut vir in mulierem. ¶ Ista via ſm verba nō videatur sic concordare verbis christi: sicut alia: potest probabiliter: ⁊ puto ꝙ rationabilius quā alia sustineri.

Modus huius. 2. opi.

¶ **Ad auctoritates** pime opi. vero ad primā posset dici: ꝙ loquebatur christus magis pro tpe legis noue ⁊ euāgelice vel pro tpe legis nature: quā pro tpe legis mosaice. Uel si pro tēpore legis mosaice: illā causam tantū expressit que erat principalis inter illas: ꝓpter quas licebat repudiare vxorem scꝫ ꝓpter feditatē adulterij in muliere inuenti: et alias nō curauit numerare. prima tñ respōsio: ꝙ loqueretur pro tpe legis nature: videť sufficere ad intētionē christi refellendo phariseos: qui nec obseruabāt matrimonium: sicut in lege nature. Et in hoc ostēdebat se rationabiliter instituere inseperabilitatē lege sua. quia sic erat in lege nature. ¶ Ad secundam auctoritatem ad duriciam cordis vestri. ⁊c. quod multum pōderatur ab aliquibus posset dici: ꝙ christus non accipit permissionē proprie: sed accipit permissionem pro insinuatione rei licite iudeis: ⁊ licite concessa tñ non simpliciter sed presupposita duricia et intractabilitate eorum. Ita ꝙ licet istud esset eis licitum puta repudiare: tamen nisi obstitisset duricia et intractabilitas eorum: non minus fuisset eis expediens ⁊ licitum non repudiare sed magis expediens: Exemplum est ad hoc: sicut aliquis prelatus in aliqua religione licite propter intractabilitatem vel duriciam subditorū relaxat statuta aliqua. que essent magis bona et expedientia subitis: si essent ita proni ad illa: sicut ad minora bona: ad que inducit eos. Sic deus ꝑ moysen fecit iudeis. Unde accipitur hic promissio pro insinuatione minoris boni liciti tamen ne artando ad maius bonū sequutum fuisset maius malum ex duricia et intractabilitate ipsorum. vnde ⁊ illa glosa marginalis que adducitur: negari potest. quia moyses non loquebatur promulgando legem: nisi vt vicarius dei et non a seipso. vnde non erat nisi preco dei. et illud quod pronunciabat: ab ipso deo habebat: ⁊ deus ratificat. vel pōt dici ꝙ fuit hominis cōsilium nō dei preceptum. qr deus istud nō sic expressit: sicut ⁊ alia que in lege cōtinētur. Unde ⁊ in quattuor libris precedentibus non inuenitur repudium a deo expresse traditum moysi: sed tātum in deutro. a moyse repetente legem inueniť expressum: licet hoc habuisset a deo: sicut omnino est credendum. Nō eñ presumpsisset hoc statuere: nisi a deo habuisset: ⁊ sciuisset deo placuisse. vnde dico: ꝙ hoc instituit tanꝙ preco dei. Ad illud qꝺ addiť hoc fuisse a moyse permissum: nō vt ꝯcedereť dissidiū dico: ꝙ verum est absolute: quasi illud qꝺ esset simpliciter meliꝰ: sꝫ vt tollereť homicidiū ⁊ ꝑ ꝯñs cōcedereť illꝺ. qꝺ erat minꝰ bonū: ne artādo ad maius bonū ex duricia eorū sequeretur maius malū.

Ad auc. p. 1. opi.

Nota.

Ad arg. p. 1. opi.

¶ Ad argumētum pōt dici eodē modo scꝫ ꝙ noluit deus nec moyses absolute: ꝙ vxor dimittatur: quasi illud esset simpliciter maius bonū: tñ voluit tanꝙ minꝰ bonū: ne veniret maius malū. ⁊ ideo bene voluit etiā tēperari iracundiā repellendi ꝓpter cogitationē ⁊ cōscriptionē libelli: vt seruareť maius bonū: si vellet repudiās recōciliare vxorē sibi. ¶ Ad illud extra de diuortijs potest dici: ꝙ christus reprobauit pro lege noua repudij. vel si pro lege moysi loquebatur: reprobauit pro tanto: qr minus approbauit quā nō repudium. nec approbauit repudiū simpliciter tanꝙ maius bonū sed ſm qd scꝫ tanꝙ minꝰ bonum: ne ad oppositū eiꝰ sequereť maius malum: puta vxoricidium ⁊ per ꝯñs turbatio pacis amicorū mulieris ⁊ totius cōmunitatis. ¶ Ad rationem que adducitur: dr ꝙ nō fuit ꝓprie permissio sed sicut dictum est supra: insinuatio de minori bono: ne magnum malum sequeretur. Hec de secundo articulo principali.

Ad rōnē 1. opi.

Bigamꝰ añ bapt. an' post baptis. maneat irregularis.

¶ **Quantum ad tertium articulū** dicunt oēs: ꝙ bigamus ante baptismum manet post baptismum irregularis. nec debet ad ordines promoueri: ⁊ ꝙ bigamus siue ante baptismum siue post est irregularis ⁊ manet quādiu viuit. Hoc patet distinctione. xxvj. acutius. et quotatur aug. super epistolā ad titum: vbi dicit: ꝙ acutius intelligunt: qui nec eum qui cathecuminꝰ vel paganꝰ habuit vnā ⁊ post baptismum aliā ordinandum censuerunt Preterea ibidē capitulo. vna tātū: ⁊ quotatur Ambrosius de officijs: dr sic. ante baptisma iterata cōiugia prerogatiue ordinis impedimenta generant. ¶ Ex quibus videť: ꝙ bigamus siue ante baptismum siue post irregularis est: nec est ordinandus. nō sic autem homicida ante baptismū est irregularis vel manet irregularis post baptismum ſm glosam distinctione. l. si quis viduā. vbi sup illud verbuꝫ post baptismum arguit glosa a ꝯtrario sensu dicēs: ergo si ante baptismū cōsciꝰ est homicidij: nō obest. ¶ Causam huiꝰ assignāt aliqui dicentes: ꝙ per baptismum deletur pctm̄ ⁊ sequela peccati proprij ipsius baptisati: ⁊ etiā illud quod esset pctm̄: nisi ex circustantia fieret bonum. homicidium autē ante baptismum dicit peccatum vel sequelam proprij peccati vel aliquid qꝺ ex genere actus esset peccatum: nisi ex circunstantia fieret bonum. nō sic autē bigamia. quare ⁊c. Dicitur autem ꝙ baptismus delet peccatum vel sequelam proprij peccati ipsius baptisati ad excludendas penas et miserias: que sequūtur in nobis in vita presente ex peccato ade: quas nō tollit baptismus. ¶ Sed ista ratio nihil valet. Primo quia baptismus nō delet sequelam peccati proprij quālibet. patet primo qr si adam statim post peccatum fuisset baptisatꝰ: non plus a penis illis vel miserijs fuisset liberatus: quā liberantur modo baptisati. ¶ Secūdo patet hoc. quia habitus vitiosus generatus ex actibus peccati: ⁊ inclinatio mala generata ante baptismum est sequela proprij peccati. ⁊ tñ nō tollitur ꝑ baptismū sicut patet: ⁊ experiūtur baptisati. ¶ Tertio. quia non plus homicidium est pctm̄ vel sequela peccati nec malum ex genere quā bigamia, neutrum enim est malum vel pctm̄ ex genere. nec malum etiā moraliter. qr vtrunqꝫ bene potest fieri vel male fieri. et sicut homicidium fit bonum ex circunstātia: ita ⁊ bigamia ex circunstātia fit bona: vt dictum est supra. igitur nō plus cōcludit ratio de baptismo quā de bigamia nec ecōuerso. ¶ Quarto qr per istam rationem sequitur: ꝙ si bigamus peccet in bigamia ante baptismum puta illicite contrahendo: ꝙ delebitur bigamia per baptismum: sicut ⁊ homicidium ⁊ tūc melioris conditionis esset quātum ad baptismū bigamus qui peccauit in sua bigamia: quā ille qui non peccauit. quod est falsum. ¶ Quinto. nam Aug. in illꝺ capitulo. acutius dicit: ꝙ femina si cha:beȝi ȝata vitiata est: nō potest post baptismum inter dei virgines cōsecrari. ⁊ tñ possibile est illā corruptionem ante baptismum fuisse peccatū igitur non deletur (sicut intelligunt) per baptismum pctm̄ vniuersaliter: ⁊ quecunqꝫ sequela peccati proprij persone baptisate. Preterea si illa esset causa bona: tunc ecclesia non posset a bigamo irregularitatem tollere: sicut nec circa baptismum potest aliqd immutare. nec potest facere ꝙ bigamia sit vel non sit peccatum vel sequela peccati aliter quā illud qꝺ sibi cōuenit ex natura rei vel ex statuto dei. ꝯñs videť falsum. ergo ⁊c. ¶ Alia ratio assignatur. quia sicut est aliqua infamia sequēs actū ex natura actꝰ: aliqua autem precise sequens actum ex statuto ecclesie: ⁊ primam non relaxat ecclesia: nec aliquod sacramētum ecclesie: sed secundā potest relaxare: sic in ꝓposito quedam est irregularitas que sequitur actum ex natura actꝰ: vt irregularitas bigamie sequitur bigamiam: ⁊ hoc est propter defectū significationis ⁊ representationis ipsiꝰ bigami ad christum: qui non est vir nisi vnius vxoris puta ecclesie: bigamus autem duarum. et ideo sacerdos esse non debet nec representans personam christi in ecclesia. Aliqua vero irregularitas sequitur actū ex statuto ecclesie: sicut irregularitas homicidij. ideo potest tolli: et tollitur per primum sacramentū ecclesie puta per baptismum. ¶ Ista ratio autem nō valet. quia tunc super irregularitate bigamie ecclesia non posset dispensare. cuius oppositum habetur distin. xxxiiij. lector: vbi papa martinus dispēsauit: et concessit lectorem: qui duxerat viduam in subdyaconū ordinari. Et dico: ꝙ potest hoc ecclesia: licet non deceat: ꝙ fiat nisi ex magna causa. sicut etiam lucius papa dispensauit cum quodā: qui prius fuit bigamꝰ: ⁊ postea archiepiscopus. vnde breuiter dico. ꝙ nulla ē pena canonica sup qua nō possit ecclesia dispēsare vel eam relaxare. Nec aliqua seqtur quēcunqꝫ actū ex natura actꝰ: sed ex statuto ecclie etiā de pena infamie. q̄re ⁊c. ¶ Et ideo dico ꝙ nulla est ratio necessitatis: q̄re homicida ante baptismū nō est post baptismū irregularis: bigamus ꝟo sp manet irregularis: nisi statutū ecclie: q̄ sic ordinauit: sicut habeť in capitulis supradictis. Et ꝯgruētia pōt assignari: q̄ nō est multū necessaria. qr sp in bigamo manet defectꝰ significatiōis cōiunctiōs xpi ad vnā ecclīam ⁊ repsentatiōis xpi: quā dꝫ sacerdos repsentare. sꝫ in homicida non sp manet horror effusiōis sanguinis. qr ī baptismo fit quasi nouꝰ hō: ⁊ mutať lupꝰ in agnū: feritas in māsuetudinē. q̄re ⁊c. Et pꝫ: ꝙ ista ꝯgruētia nō est necessaria. qr posset dici ꝙ xps vel deꝰ pmo desponsauit synagogā: ⁊ q̄si repudiauit eā. postea ecclīam: et sic habuit plures. ⁊ bigamꝰ posset ipm repsentare quātū ad hoc. Et siliter ita bene fit nouꝰ hō ꝑ baptismū post bigamiā: sicut post homicidiū. q̄re ⁊c.

August.

Ambro.

Nō ꝓcedē. ꝯclu.

ꝯ ꝓcedē. tē rōnem

Alia rō ad predicta.

ꝯ ꝓce. rationem.

Nō seu mens auctoris.

¶ Quidquid sit de rõe: ita est defacto: sicut tenet Aug. Nec tenet Hieronym⁹ in dicto suo: qd' videt predictis ⁊ Aug. ɔtrariũ. Dicit enĩ dist. xvj. ca. j. ⁊ accipitur de epistola sua ad occeanũ: vbi dicit: ꝙ q̃ ante baptismũ vxorẽ habuerit: que habuerit aliũ: non ei imputatur post baptismum: cui nec stupra nec alia que ante fuerant iam obsunt. negat Hieronymus a iuristis. vel potest exponi: ꝙ nõ obsunt baptisato crimina priora: nec aliqua precedentia baptismum q̃tum ad gratiam recipiẽdã: sed bene q̃tum ad aliquam dignitatem ecclesiasticam consequendam. Hec de tertio articulo. *August.*

Ad rões principales.

¶ Ad primum principale argumẽtũ dico ꝙ habere plures vxores simul nõ est ɔtra ĩstitutionẽ matrimonij: qñ fit in casu ⁊ ex causa ⁊ dispẽsatiue a deo. Uel põt exponi illud qd' adducit: erũt duo in carne vna. s. prolis generate. q: ad generationẽ vni⁹ prolis nõ sunt nisi duo: vnus ⁊ vna. sed ad generationẽ alteri⁹ prolis põt idẽ cõcurrere cũ alia. ¶ Ad secũdum patz ꝙ vir ⁊ mulier nõ sunt equalis ɔditionis: vt aliqñ fuerit licita biuiria: sicut bigamia. Nam vnus vir sufficit ad fecundãdũ plures quasi eodẽ tpe non sic vna mulier a plurib⁹ eodẽ tpe fecũdari põt. ¶ Ad tertiũ qñ dicit glosa ꝙ lameth introducit bigamiã cõtra legẽ nature. dico ꝙ bigamia ɔtra institutionẽ matrimonij sub lege nature ⁊ de cõmuni lege: ⁊ nulli licuit nisi dispẽsatiue. ⁊ q: lameth nõ fecit hoc dispẽsatiue: peccauit. bigamia aũt nõ est cõtra legem nature puta cõclusionẽ vel principiũ legis naturalis vel iuris: q: tunc esset de se mala: sz sicut dictum est supra. ¶ Ad quartũ de repudio dico ꝙ repudiũ dispẽsatiue fuit licitum sub lege moysi: nec obligauit illa institutio matrimonij q̃tũ ad perpetuitatẽ vinculi sub illa lege: sed ad tempus sicut dictũ est supra. ¶ Similiter ad quintũ de datiõe dico ꝙ sub lege illa fuit datio ad tp̃s quousq;. s. vxor displiceret viro ꝑpter aliquã feditatẽ eius: ⁊ repudiaret eã. ⁊ fuit verus cõtract⁹ matrimonij tũc ex ratificatione diuina: sicut modo: lz nõ esset ibi ꝑpetuitas vinculi sicut est modo. ⁊ fuit m̃rioniũ ⁊ obligatio eiusdẽ rõnis: sicut modo. Nã obligari ad aliquid pro maiori tpe vel minori nõ variat speciem. ¶ Ad confirmationem dico ꝙ viro licuit repudiare vxorem: non aũt vxori virum ecõuerso propter causam dictam in corpore questionis.

¶ Distinc. xxxiiij. xxxv. ⁊. xxxvj. Questio Unica.

Circa distictiones xxxiiij. ⁊. xxxv. ⁊. xxxvj. quero vtrũ impotẽtia coeũdi / vel adulteriũ cũ aliqua viuẽte viro suo vel conditio seruilis vel etas puerilis ĩpediãt m̃rioniũ ¶ Uidet ꝙ nõ. Prĩo de impotẽtia coeũdi. q: aliq̃s põt cõtrahere cũ ꝓposito statim intrãdi religionẽ: nõ excercẽdi talẽ actũ similiter senes possũt cõtrahere: q̃ habẽt impotẽtiã talis act⁹. Et similit maleficiati nõ tñ maleficio ꝑpetuo: ita ꝙ impotẽtia ad tp̃s nõ impedit. ꝗ ⁊c̃. ¶ Scd'o videtur de adulterio cũ vxore alicui⁹ ip̃o viuente. q: dauid ɔtraxit cũ bersabee: nõ obstãte ꝙ pri⁹ polluisset eã per adulteriũ marito ei⁹ viuẽte: ⁊ cũ hoc occidisset maritũ suũ vriã. ꝗ ⁊c̃. ¶ Tertio videtur ꝙ cõditio seruilis nõ impediat. q: ɔditio seruilis nõ impedit susceptionẽ alioꝝ sacroꝝ pluriũ. ⁊ similit in xp̃o neq; seru⁹ neq; liber. ꝗ ⁊c̃. ¶ Quarto videt ꝙ nõ etas puerilis q: etas puerilis nõ impedit susceptionẽ sacri ordinis. Et cõfirmat. q: puer põt dare ptãtem corpis sui: anteq̃ habeat vsum. ꝗ ⁊c̃: ¶ Cõtra ista est magister in presentibus distinct.

¶ In ista questione sic ꝓcedã.

¶ Primo inquirã de primo scz de impotẽtia coeũdi. ¶ Scd'o de adulterio cũ vxore alteri⁹ ⁊ aliq̃b⁹ annexis. ¶ Tetio de seruili conditione. ¶ Quarto de puerili etate.

Impotẽtia coeũdi an impediat m̃rioniũ.

¶ Quãtum ad primũ articulũ dico primo ꝙ impotẽtia coeũdi duplex est in gñe. vna naturalis vt frigiditas in viro vel amotio seu carẽtia alicui⁹ partis necessarie ad talẽ actũ per mutilationẽ vel alio quouismõ vel artatio in muliere. Alia impotẽtia est casualis: vt etiã maleficiũ. Et similit casualis posset dici illa que ex mutilatiõe ꝓcedit magis q̃ naturalis. Nõ est vis p̃ma impotẽtia patz. scd'a impotẽtia declarat. *Not. hec* Nã dyabolus vel spiritus maligni frequẽter habẽt pactiones cũ aliq̃bus hominibus vel mulierib⁹: vtpote cũ magis conuenit. et hoc in aliquib⁹ signis. ⁊ talia pacta signis illis adhibitis libẽter tenẽt: vt hoĩes eos colãt: ⁊ reuereãtur eos: ⁊ cũ eis dãnationẽ incurrãt. si enĩ nulla pacta seruarẽt: nulli ꝑ talẽ modũ eis seruirẽt. De⁹ autẽ permittit eis sic adĩplere pacta circa aliquas ꝑsonas impediẽdo eas vel turbãdo. ⁊ hoc vel ꝑpter pctã eoꝝ vel alioꝝ: vel ad excercitationẽ earũ vel aliã causam occultã. Et hoc mõ in ꝓposito dico ꝙ magus vel maga habẽt pactũ cũ demone: adhibet aliq̃d signũ quo adhibito demon impedit aliquem ab actu matrimoniali carnali: in quẽ alias posset: ne possit exire in talẽ actũ. Aliqñ respectu vni⁹ ꝑsone determinate: aliqñ nõ solũ respectu vnius: sed etiã pluriũ. aliqñ respectu oĩm. ita ꝙ cũ nulla põt excercere talẽ actũ aliqñ cũ aliqua põt: ⁊ cũ alia nõ. Et hoc maleficiũ vocat. vnde ⁊ ꝑsona sic impedita dr̃ maleficiata. i. maleficio impedita. Et dico ꝙ aliqñ ɔtra talia maleficia orationes sanctorũ sunt in remediũ: quib⁹ merẽtur sancti artationẽ demonis: ne ampli⁹ noceat maleficiato. Aliqñ depositiones maleficiorũ sunt in remediũ. Et dico ꝙ sunt licite: vt fractio talis signi: qui inueniret ip̃m vel alteri⁹: dum tñ maleficiẽdo nõ deponat maleficium: nec deponat ad malũ sed ad bonũ. ĩmo sũt meritorie: nec habẽt aliq̃d de infidelitate. Nõ ei deponẽs maleficiũ: credit in demonẽ: sed credit demonẽ artari virtute diuina: vel etiã sponte. quia seruat pactum etiã qñ desinit impedire maleficio deposito. ideo ⁊c̃. Unde talis deponens maleficium intẽtione curãdi maleficiatũ nõ cõsentit opib⁹ malignis: sed destruit opa maligna dyaboli: quẽ credit posse et velle vexare vel impedire: vt cõiter durãte maleficio ⁊ velle cessare deposito maleficio.

Quõ impotentia coeũdi impedit matrimoniũ ⁊ quõ nõ

¶ Secũdo dico breuiter ꝙ oĩs impotentia coeundi simplr et perpetua cui nõ põt adhiberi remediũ: nec per naturã: nec ꝑ artẽ si ꝓcedat ɔtractũ matrimonij: simplicit impedit matrimoniũ ɔtrahẽdũ: et dirimit cõtractũ. Respectu dico cuiuscũq; est tale ĩpedimentum. quod dico q: aliquis posset esse perpetuo maleficiatus respectu vni⁹ ⁊ nõ respectu alterius. Et similiter aliqua posset esse arta nõ simpliciter respectu cuiuscunq; viri: sed bene respectu alicui⁹: lz respectu alterius nõ esset arta. Ad hoc est ratio triplex. prima q: cõtractus matrimonij est datio potestatis corporis ad actũ carnalẽ: si petat. Iste autẽ nõ habet potestatẽ ad talẽ actũ. ⁊ per ɔñs non põt eam dare: nec ɔtrahere. Secũdo q: nullus põt obligare se ad impossibile. sed talis actus est impossibilis sibi. Tertio quia persona alia potens coire intẽdit cõmutare potestatẽ corporis sui ad talẽ actũ pro potestate corpis alteri⁹ persone: cum qua contrahit. ⁊ per ɔñs credit alium posse cõmutare. sz cõmutare nõ põt q: potestatẽ nõ habet. ita ꝙ hic est error circa aliq̃d necessario requisitũ ad matrimonium. ⁊ dato ꝙ nõ esset error. sed bene sciret persona cõtrahens cũ impotente ad talẽ actũ adhuc nihil fieret. ¶ Tertio dico ꝙ si talis impotentia eueniat post matrimoniũ cõsummatũ. nõ dirimit matrimoniũ. q: prius iam fuit potestas tradita cõtrahẽdo matrimoniũ. ⁊ ille cui fuit tradita missus in possessionẽ cõsummãdo matrimoniũ. ¶ Quarto dico ꝙ si talis impotẽtia sequatur matrimoniũ ratũ: ⁊ ꝓcedat matrimoniũ cõsummatũ: ita ꝙ interueniat ista duo: ꝙ nõ dirimit matrimoniũ. q: iam matrimonio rato potestas fuit irreuocabiliter tradita: lz postea eueniat impedimentum act⁹. Uidet tñ dicere oppositum capitulũ primũ. xxxiij. q. j. vbi dr̃ ꝙ cõiugium ɔfirmatur officio: ⁊ cum anteq̃ cõfirmetur seq̃tur impedimẽtũ officij: soluit vinculũ. Sed põt exponi de impedimẽto nõ quocũq; sz forte ingressus ⁊ ꝓfessiõis in religiõe. *Nota.* ¶ Sic igit est simile de istis impotentijs naturali scz et casuali: si sint perpetue ⁊ simpliciter: ꝙ impediunt ⁊ dirimũt modo ꝓdicto. Sz dissimilia sunt aliqua post diuortiũ. Una differẽtia ẽ ĩter ista ĩpedimẽta. q: habẽti impedimẽtum casuale maleficij lz cõtrahere aliqñ alteri. Et si post ɔtractum cũ altero copuletũr carnaliter illi scd'o: nõ debet restitui p̃mo. q: aliq̃s põt esse maleficiat⁹ respectu vni⁹ puta respectu primi coiugis: ⁊ nõ respectu alterius puta respectu scd'i. Sed habẽs impedimẽtũ naturale post diuortium nõ potest cotrahere: sed debet manere sine spe cõiugij. ⁊ tutũ esset sibi intrare religionẽ. ⁊ in hoc esset primũ dissimile. Quod si alteri nubat de facto: ⁊ inueniatur cum eo exercere actũ carnalẽ: debet restitui priori. ⁊ censendũ est primũ diuortiũ esse nullũ: nisi q̃tum ad impedimẽtum artitudinis naturalis ipsi⁹ mulieris que posset esse arta respectu primi ⁊ nõ respectu secũdi. ⁊ ita non esset reddẽda primo. Quomodo autem possint talia impedimẽta ⁊ perpetuitates eorũ cognosci ⁊ inter quales debeat diuortium celebrari: pretermitto. Hec de primo articulo principali.

Adulteriũ an impediat m̃rioniũ.

¶ Quantum ad secundũ articulũ qui pertinet ad. xxxv. distinctionẽ: dico ꝙ adulterium nõ impedit nec dirimit matrimoniũ: quo adulter ducit adulterã vtroq; soluto vel cõiugib⁹ eoꝝ mortuis: si fuerint ambo cõiugati: vel etiã coniuge alteri⁹ mortuo: si tantũ alter fuit coniugatus prius. Hoc patet de nuptijs et concupiscentia ab Augustino. ⁊ ponitur in litera. dicit enĩ: ꝙ potest fieri coniugium: cum qua precessit adulterium.

¶ Secundo dico ꝙ adulterium cum fidei datione de cõtrahendo cum adultera vel cõtractu defacto cum ipsa viuẽte marito vel etiam cum promissione iuramento firmata de cõtrahendo post mortem mariti impedit ⁊ dirimit matrimonium. ¶ Tertio dico: ꝙ sola machinatio mutua precipue in mortem legitimi coniugis ad finem contrahendi cum alio impedit: ⁊ dirimit cõtractum inter machinantes. Et debet intelligi de machinatione deducta ad effectum. q: non sufficit ad hoc machinatio concepta vel in affectu tantum. ¶ Quarto dico: ꝙ adulterium cum tali machinatione etiã impedit ⁊ dirimit contractum. ¶ Ex predictis patet: ꝙ primũ istorum trium puta adulterium solum nec impedit nec dirimit. Similiter de sola machinatione vel fidei datione videtur probabiliter posse dici: ꝙ nec impediunt nec dirimunt. *Correla. Que adulteria impediunt m̃rioniũ et q̃ non.* ¶ Secũdum solum puta machinatio in mortem legitimi coniugis ad cõtrahendum cum alio. Et machinatio dico mutua sic ꝙ alius sit consentiens: ⁊ sit deducta ad effectum: impedit ⁊ dirimit ẽm opinionem aliquorum. Machinatio vero non mutua sed altero inscio vel etiã altero sciente nõ tamen ad effectum deducta: vel si alter cum quo mulier postea contraheret iusto bello vel alia de causa interficeret virum mulieris nõ ad cõtrahendum cum ea: sed alia de causa: tunc nõ impediret. ¶ Tertium solum. scilicz fidei datio de contrahendo vel contractus defacto vel promissio cum iuramento: que tria pro eodem reputantur in ista materia: vel etiam mutua promissio que fidei equipollet: licet impediant sciente vtroq; aliũ esse coniugatum: ⁊ dirimant ẽm opinionem aliquorũ: tamẽ altero inscio non dirimunt: licet impediant. ¶ Quotienscunq; autem duo istorũ impedimẽtorum adinuicem cõcurrũt quecunq; sint illa: vt adulteriũ cũ machinatione vel machinatio cum fidei datione vel ecõuerso quomodocũq; permutando: vel adulteriũ cũ fidei datiõe seu cõtractu de facto vel promissione cũ iuramẽto firmata modis supradictis impediũt matrimoniũ cõtrahẽdum. ⁊ dirimũt cõtractũ. Hec de secũdo articulo principali.

Seruilis ɔditio an impediat m̃rioniũ.

¶ Quantum ad tertium articulum qui pertinet ad distinctionem. xxxvj. dico primo de seruitute aliqua. postea ad propositũ de seruitute de qua loquimur in proposito: que dicitur ⁊ est vtilis. dico ꝙ illa non est de lege nature. sed scd'm legem nature omnes nascuntur liberi libertate opposita tali seruituti. Non enim loquor de seruitute improprie dicta: que est obedientia filialis ad patrem. Illa enim bene est de lege nature vel scd'm ius nature. Similiter nõ loquor de seruitute de quã dicit Philosophus primo politice: *i. politi.* ꝙ pollens mente debet regere et presidere. pollens viribus debet seruire: id est alijs ministrare et pro alijs corporaliter laborare: que est seruitus politica: qua inferior subordinatur superiori: ⁊ ad ipsum disponitur: sed loquor de seruitute extrema secundũ quam dominus potest vendere seruum suum sicut pecudem: de qua loquitur Philosoph⁹ primo politice ꝙ seruus nõ potest exercere opera virtutis pro eo ꝙ oportet eum ad preceptũ dñi exercere actus seruiles. ¶ Dico igitur ꝙ talis seruit⁹ nõ est iuste inducta nisi duplicit vel in duob⁹ casib⁹. vno modo quia aliquis volũtarie se subiecit tali seruitu

tuti:⁊ licet talis subiectio esset fatua ⁊ forte cõtra
legem libertatis naturalis:hoc tamen potuit face-
re de facto:⁊ renunciare iuri libertatis sue : ⁊ seip-
sum sic subdere:⁊ dñs potuit iuste acceptare: et de
buit subditus seruire implendo illud quod promi-
sit dño. quia licet prius nõ teneretur facta tamẽ vo
luntaria subiectione et obligatione ad hoc tenetur
hoc implere de iure nature:sicut ⁊ seruare ꝓmissũ.
Secũdo modo potuit iuste induci a legislatore vel
cõmunitate propter demerita alicuius pestilentis
in cõmunitate vel abutentis sua libertate puniena
do ipsum tali pena seruitutis. Si dicatur ꝙ immo.
quia sunt multi alij serui:quorũ seruitus non est sic
inducta iuste ⁊ possidẽtur etiam a viris consciẽtio
sis ⁊ ecclesiasticis. Similiter etiam captus in bello
iusto:qui statim posset occidi:iuste põt in seruitutẽ
De possessiõe seruorum. redigi:et sic vita ei⁹ cõseruari. ¶ Dicitur de p̃mo
ꝙ non licet aliter primo occupare seruum:sed iure
prescriptionis possunt aliter possideri serui q̃ mo
dis predictis. Nõ video ꝙ in alijs possint saluari
cõditiones determinate a iure ad verã prescriptio-
nem:puta ꝙ iusto titulo acquirat prescribens rem
possessam:⁊ sit bone fidei possessor:⁊ ꝙ sine interru
ptione tẽporis a lege determinata: ⁊ sine reclama-
tione ad contrarium. Difficile enim est ibi saluare
primas cõditiones. Et ideo respondeant ad hoc
qui tales seruos possident. quia difficile est saluare
ꝙ iuste possideant. ¶ De scd̃o diceretur ꝙ aliquo
capto in bello iusto cessante pertinacia hostis sicut
iam cessat:qñ captus est:⁊ per cõsequens adueniẽ-
te correctione ⁊ emendatione prompta non est ve-
risimile ꝙ debeat puniri morte vel seruitute que est
tanta pena cõtra libertatem nature. sed debet suffi
cienti correctione vel emendatione permitti bene
vti propria libertate. Si autem omnino manet per
tinacia hostis q̃tumcunq̱ capti : ita ꝙ presumitur
ipsum sua libertate in preiudiciũ eius qui habuit
bellum iustum cõtra eum qui accepit eum:tũc ma
gis videretur rationabile ipsum in seruitutem redi
Seruus cũ q̃bus p̃t ↄtrahere ⁊ cũ q̃bus non. gi:vel perpetuo detineri. Quid autem super hoc sit
faciendum:relinquatur iudicio meliori. ¶ Ad pro
positum de impedimento predicte seruitutis: dr̃ ꝙ
seruus cum ancilla vel cum libera sciente seruitu-
tem eius potest cõtrahere de facto etiã inuito dño
et tenet matrimoniũ : non tñ cum libera ignorante
seruitutem eius. quia hic est impedimentum erro-
ris peioris cõditionis qui simpliciter impedit ma-
trimonium cõtrahẽdum:⁊ dirimit iam cõtractum.
quia libera nõ intendit dare potestatem corporis
sui nisi pro potestate equiualente:quã nõ habet nec
potest seruus dare. Primum aũt probant aliqui.
qꝛ matrimoniũ est de lege nature. sed seruitus nõ:
sed magis de lege positiua. Illud autem quod est
de lege positiua:non preiudicat ei quod est de lege
nature. Secũdo quia seruus non sic est dñi:quin sit
sui iuris q̃tum ad aliquos actus naturales:vtpote
necessarios ad conseruationẽ indiuidui: ⁊ pari ra-
tione de actu matrimoniali ad cõseruationem spe-
ciei. ¶ Iste rationes nõ videntur alijs efficaces. pri
ma nõ. quia licet seruitus sit de iure naturali: tamẽ
ipsa presupposita et obligatione eius de iure natu-
rali est eã reddere : ⁊ ita diceret̃ ↄ̃nter nõ obligare
ad se aliq̃d incõpossibile actib⁹ seruitutis cuiusmo
di est matrimoniũ. Scd̃a etiã nõ cogit:vt videt̃. qꝛ
nõ quicũq̱ tenet̃ ad ↄseruationẽ indiuidui tenetur

etiã ad multiplicationẽ vel ad cõseruationẽ speciei
per generationem: vt patet. ⁊ ita nõ est eadem ne-
cessitas ad vtrosq̱ actus:nisi forte poneretur casus
necessitatis:in quo ad cõseruationẽ speciei oporte
ret propter paucitatẽ hominum: ꝙ iste generaret.
tunc enim teneretur ad generãdum:sicut ad conser
uationẽ indiuidui tenetur ad mãducandum vel ad
bibẽdum suo modo. nec debet seruus obedire dño
cõtrarium precipienti in casu isto. ¶ Dicitur igit̃:
Resolutio doct. ꝙ seruis ad inuicem licet cõtrahere de licẽtia dño
rum:⁊ dñi vel dñs licentiando eos implicite rela-
xat eos ab operibus seruilibus impedientibus sal
tem iugiter ⁊ cõtinue actum matrimonialẽ. vnde ⁊
si post talem licentiã ⁊ matrimonium cõtractũ dñs
impediret seruum iugiter ab actu matrimoniali oc
cupando eum in aliquibus seruitijs incõpossibili-
bus:sic ꝙ nõ posset aliqñ cõiugem visitare : et hoc
esset publicũ debet per ecclesiã corrigi. vel corripi
super hoc. Et hoc intelligendũ est siue cũ libera si-
ue cũ ancilla. ¶ Scd̃o dr̃ : ꝙ potest cõtrahere siue
cum ancilla siue cum libera sciẽte seruitutẽ ei⁹ dño
nesciẽte:imo etiã ip̃o inuito ⁊ sciẽte pro q̃to seru⁹
habet aliq̃d iuris in ꝓprio corpe. Nõ eñ priuatus
est quacũq̱ libertate ad quoscũq̱ actus pro quocũ
q̱ tpe:vt videt̃ : sed aliquãtulũ saltẽ modicum sibi
remanet ad aliquos actus pro aliquo tpe. et illud
modicũ libertatis ad actũ matrimonialẽ ⁊ potesta
tis põt dare alteri cõtẽto de illo modico ꝑ ↄtractũ
matrimonialẽ. ⁊ tunc matrimonio tali cõtracto te
nẽtur postea ad fidelitatẽ matrimonij ẽm illud mo
Ro. casũ dicũ posse suũ:⁊ q̃tũlꝫ eis. ¶ Sed esto in casu isto
ꝙ dñs serui cõperto ꝙ ↄtraxerit ipso ignorãte vel
inuito si occuparet eũ ⁊ ꝑpetuo impediat ab actu
matrimoniali : nunq̃d peccat. puto ꝙ non deberet
facere ⁊ ꝙ peccat hoc faciẽdo appetitu vindicte:li
cet aũt hoc nõ debeat facere de bono ⁊ equo: tamẽ
si faceret non appetitu vindicte:sed eodẽ appetitu
quo ante ↄtractum matrimonij potuit eũ impedire
vẽdendo eum vel occupãdo perpetuo. Et non ptꝫ
quõ hoc sit cõtra iusticiã. nã actus serui in contra-
hendo inuito dño in nullo põt preiudicare potesta
ti et auctoritati dñi super seruũ. quare ⁊c̃. ¶ Po-
test aũt cõtrahere seruus cum ancilla vtroq̱ nesciẽ
te cõditionẽ alterius. qꝛ sunt equalis ↄditionis. sꝫ
seruus nõ põt cum ipsa libera ipsa ignorãte serui-
tutem ei⁹:sicut superi⁹ dicebatur de impedimento
erroris peioris cõditionis. qꝛ licet posset aliquali-
ter dare vel transferre corpus suum:non tñ sic sicut
libera intendit: ꝙ transferat. qꝛ nõ simpliciter pote
statẽ sicut pꝫ. Sꝫ cũ libera sciẽte seruitutẽ ei⁹ põt
cõtrahere. qꝛ tũc nõ est impedimẽtum erroris : sed
presumitur. Et pꝫ si cõsẽtiat ꝙ sufficit sibi illa mo
dica potestas quam seruus põt in ipsam transferre
Ista possũt ꝓbari ꝑ capitula de ↄiugio seruoꝝ: et
specialiter extra de seruoꝝ ca. p̃mo : q̄ dimitto gra
tia breuitatis. Hec de tertio articulo.

¶ Quantum ad quartũ arti

Etas puerilis an impediat m̃rioniũ. culũ pertinẽtẽ ad distinctionẽ. xxxvi. de etate pue-
rili dico ꝙ sicut dictũ est in primo articulo impotẽ
tia coeũdi simpliciter ĩpedit matrimoniũ. In pue-
ris aũt lꝫ nõ sit impotẽtia ꝑpetua: tñ ꝓ tpe quo sũt
pueri:in eis est impotẽtia. ⁊ ꝑ ↄñs nõ habẽt ptãtem
coeũdi. dico ꝙ nõ pñt eã dare ↄtrahẽdo actualiter
m̃rioniũ:sꝫ qꝛ potẽtia in eis expectat̃:possunt futu

rã illã promittere. ⁊ ideo possunt spõsalia cõtrahe
Tps puericie. re. Si queratur de tẽpore puericie. regulariter po-
nitur expletũ cõpletis. xiiij. ãnis in masculo: ⁊. xij.
in femina. Sed tñ aliqñ malicia supplet etatem: et
complexio preuenit. ⁊ tunc ptãtem possunt dare:
qñ habent et cõsentire sufficienter: ⁊ signa adhibe
re:⁊ sic cõtrahere. ¶ Aliqui aũt assignãt rationẽ
aliam:qꝛ pueri nõ possunt cõtrahere. qꝛ ibi est defe
ctus intentionis sicut ⁊ discretionis. Sed nõ valet
ratio ad ꝓpositum. qꝛ ante potest habere puer di-
scretionem sufficientẽ ad intẽtionẽ debitã q̃ habe
bat potentiã q̄ debeat cõmutari in isto ↄtractu. Et
ideo nõ est illa ratio vniuersalis de puero: ⁊ melior
est prima assignata. Hec de quarto articulo: nisi ꝙ
expresse habetur extra de maleficijs : ꝙ sedem : ꝙ
puer qui non potest reddere debitum: nõ est aptus
coniugio.

¶ Ad primum

Ad rões principales. argumẽtum principale
de impotentia coeũdi di
co:ꝙ qui cõtrahit obligat se ad actũ: si petatur ab
altero coniuge saltem pro aliquo tempore:licet nõ
pro omni. Ille aũt qui nullam habet potestatẽ:sed
simpliciter est impotens ad actum nõ potest se obli
gare. Tu dicis:aliquis potest nubere cum intẽtio-
ne intrandi religionẽ. dico quicquid intẽdat:se ob-
ligat ad actum in contrahendo pro aliquo tempo-
re:si petatur ab altero coniuge:et cum ipso perma
neat. Et similiter de virginibus cõtrahentib⁹. Si
militer de senibus diceretur:ꝙ si sunt omnino im-
potentes ad actum:veraciter non cõtrahunt: licet
conueniant vel conuenire possint ad habitãdum si
mul:sicut frater ⁊ soror. Et ita multi aliqñ magis
desponsant diuitias q̃ personas. si autem nõ sunt
omnino impotentes:tũc contrahere possũt. ¶ Ad
secundũ de adulterio dico:ꝙ licet solum adulteriũ
non impediat:tamen adulterium cum machinatio
ne in mortem coniugis legitimi modo supradicto
impedit:⁊ dirimit vel etiã cũ fidei datione. Quã-
do dicis de dauid ꝙ contraxit cum barsabee : cum
qua adulteratus fuerat:⁊ eius virũ occiderat. Di-
co ꝙ lex huius impedimenti tunc non erat posita.
Et forte diceret aliquis:ꝙ dauid non debuisset cõ
traxisse cum ea: sed magis eam lapidasse sicut ad-
ulteram. Nec excusatur : quia peccauerat cum ea.
quia non propter hoc minus tenebatur facere iu-
sticiam circa eam vel de ea:sed melius excusatur. qꝛ
crimen illud adultũ non fuit publicũ ⁊ ideo nec pe
na debuit esse publica:cuiusmodi erat pena lapida
tionis. ¶ Ad tertium de seruis dico ꝙ seruit⁹ vsq̱
quaq̱ non impedit matrimonium : sicut bene dicit
magister in litera. ⁊ aliquomodo ĩpedit ⁊ dirimit
respectu persone libere ignorantis. hoc tamen nõ
est proprie ex impedimento seruitutis sed erroris.
Quando dicis ꝙ conditio seruilis nõ ĩpedit susce
ptionem aliorum sacramẽtorum. dico ꝙ immo fal-
tem ordinis sacri de iure. sed de alijs sacramentis
non est simile. quia non requiritur ibi conformiter
omne illud quod ad matrimonium requiritur. tamẽ
bene concedo ꝙ seruitus simpliciter non impedit.
¶ Ad quartum de etate puerili de alijs sacramen
tis non est simile ⁊ de matrimonio. quia non requi
ritur ibi translatio potestatis per contractum sicut
in matrimonio : quam potestatem puer non habet
in presenti: ⁊ ideo non potest eam dare:sed bene po
test eã promittere pro futuro:et similiter vsum ei⁹.

Et ideo potest spõsalia contrahere patet etiam ꝙ
etas puerilis de iure impedit susceptionem ordinis
sacri. licet non de facto sed matrimonium est de iu-
re et de facto.

¶ Distin. xxxvij. xxxviij. xxxix.
Questio vnica.

Circa distinctiones

xxxvij. xxxviij. xxxix. quero
vtrũ susceptio ordinis sacri vl̃
votum ↄtinẽtie perpetue : vel
disparitas cultus: impediant
matrimonium. ¶ Videtur
ꝙ non de primo Nam prime
ad thimotheum. dicitur de or
dinato vnius inquit vxoris vir debet esset supple.
Et confirmatur quia de tertio aliter dicitur ꝙ gre
corum sacerdotes matrimonio copulantur. ⁊ tamẽ
illi habent ordinem sacrum. ¶ Secundo videt̃ de
voto continentie ꝙ non impediat quãtũcunq̱ solẽ
ne. quia non minus obligat deo votum simplex q̃
votum solenne. vtrunq̱ enim transgrediens morta
liter peccat. sed votum simplex nõ impedit matri-
monium extra qui clerici vel volẽtes possunt con-
trahere ca. minimus. ⁊ ca. scd̃o ergo ⁊c̃. ¶ Tertio
videtur de cultus disparitate. Nam Gene. xlj. Io Gen. 41
seph duxit in vxorem filiã phutifar sacerdotis elio
poleos:cũ esset fidelis:⁊ illa infidelis. ¶ Et silr̃ Exodi. 2
exodi. ij. moyses accepit filiã ietro infidelẽ. qđ ꝓba
tur. qꝛ cũ vellet reuerti in egyptũ:moyses circunci-
dit filiũ suũ. vnde ⁊ ipsa ait:spõsus sanguinũ tu mi
hi es ob circũcisionẽ exodi. iiij. ¶ Et similit̃ hester Hester. 2
ij. habetur ꝙ hester nupsit assuero q̄ nõ erat iude⁹.
¶ Silr̃ salomon. 3. regũ accepit filiã pharaonis ⁊ 3. regum.
amonitidas ⁊ moabitidas ⁊ ydumeas ⁊ sydonias ⁊ 1. ad corin-
duxit eas. ¶ Et silr̃ p̃me ad corĩt. vij. si q̄s frat̃ hꝫ thios. 7.
vxorẽ infidelẽ ⁊ hec ↄsentit habitare cũ eo:non di-
mittat eã. g̃ dispar cult⁹ nõ dirimit matrimoniũ iã
cõtractũ:nec repugnat m̃rimonio. Alioqn cõsiliũ
ap̃li eẽt de fornicatiõe vl̃ fornicaria cohitatõe. q̄re
⁊c̃. ¶ Cõtra oĩa ista est magister ĩ lr̃a istarũ distin.

¶ In ista questione sic ꝓcedã.

¶ Primo inq̃rã de ordĩe sacro: vtrũ ĩpediat. ¶ Se
cũdo de voto. ¶ Tertio de dispari cultu. ¶ Vlti-
mo ad rationes.

¶ Quãtum ad primũ

arti. est con
clusio certa
Ordo sacer an ipediat m̃rioniũ. ꝙ ordo sacer ĩpedit m̃rioniũ:⁊ dirimit nõ ex se vel
natura sua: sꝫ vel ex statu xp̃i: lꝫ nõ legat̃ hoc ĩ scri
ptura vel ex statuto eccl̃ie illegitimãtis talẽ ꝑsonã
ordinatã vel ↄstitutã in ordĩe sacro. Et hoc scd̃m
videt̃ ꝓbabili⁹. Tũ qꝛ nõ ĩuenit̃ illud statutũ xp̃i.
Sꝫ poti⁹ ĩuenit̃ ꝙ in p̃mitiua eccl̃ia ordĩati in sa-
cris plurimi fuerunt vxorati. Nisi forte diceret̃: ꝙ
nũq̃ licuit ordinatũ ĩ sacris postea ↄ̃here lꝫ licue-
rit sibi vti matrimonio pri⁹ ↄ̃cto ante susceptionẽ
ordinis sacri: sicut etiã vtunt̃ mõ greci. habet̃ autẽ
de hoc statũ eccl̃ie. dist. xxxij. vbi dr̃ sic. placuit epi-
scopos p̃sbyteros dyacones subdyacones ẽꝫ pos
instituta abstinere ab vxoribus. id est nõ cõtrahe-
re: sicut dicit glosa ibidẽ. Itẽ dist. xxvij. presbyte-
ris. Itẽ. xxxviij. nullũ facere dyaconũ episcopi pre
sumant: nisi qui se castum victurum promiserit.

Rō quare ordo facer ipedit matrimonium

Cōtra p̄cedētē rōnem.

¶ Ex hoc accipiūt aliqui rationē: quare ordo sacer impedit matrimoniū: ⁊ dirimit. qz scz ois suscipiens ordinē sacrum in ecclesia latina ipso facto ⁊ si nō verbo vouet cōtinētiam perpetuam ⁊ voto solenni. sicut dicetur infra: sed votū solēne cōtinentie impedit matrimoniū. ℈ ⁊c. ¶ Alij nō reputāt istā rationē. Primo. qz licet votū cōtinētie sit annexū: aut hoc est ex natura rei aut ex p̄cepto ecclie. Nō potest hoc esse ex natura rei. qz null⁹ vouet nisi spōte. ⁊ dato q̄ iste nō voueret nihilominus ordinē sacrum reciperet sicut ⁊ greci. Si ex p̄cepto ecclesie: aut sic q̄ suscipiendo ordinem voueat: aut sic q̄ ad cōtinentiā teneatur: ac si voueret: ⁊ hoc per p̄ceptum ecclesie latine. Nō primo modo. qz potest esse: q̄ iste suscipiendo ordinem nō voueat cōtinentiam: imo habeat p̄positum actuale nō cōtinendi. Nec tenetur ad votū factū ex voto ab alijs impletum: nisi ⁊ ipse cōsimiliter voueat. Si autē secūdo modo: tūc diceretur: q̄ si defacto cōtrahat cōtrahit: ⁊ matrimoniū tenet: licet cōtrahēdo peccet mortaliter faciendo cōtra p̄ceptum ecclesie de cōtrahendo. probat extra de matrimonio cōtra inter dictū ecclesie p̄tracto ex literis: vbi dz q̄ licet inter dictū ecclesie trāsire ad scda vota nō debuerit: nec est tñ inconueniēs: vt ob hoc sacramētum cōiugij dissoluatur. aliqua tñ penitentia debet eis imponi q̄ cōtra p̄hibitionē ecclesie hoc fecerūt. igitur si tantūmodo est annexum votum cōtinētie ad ordinem ex p̄cepto ecclesie nō illegitimat ad cōtrahēdū ecclesie romane ordinis sacri: nec illud votū illegitimat. qz nō oportet q̄ vniuersaliter statutū iuris vel ecclesie p̄hibens aliquid fieri ꝓpter hoc illegitimat ad hoc: sed oportet q̄ sententia illegitimātem cōtineat: vt in p̄posito si cōtractū fuerit matrimoniū dirimatur: vel nō sunt aliqualiter tolerādi. ¶ Scdo cōtra eandē viam qz ℞m eam ordo sacer ⁊ votum cōtinētie nō deberēt p̄o distinctis impedimētis matrimonij cōputari: sed votum tantum. ¶ Dicitur ℈ q̄ ecclesia illegitimauit ad p̄tra hendū quēlibet suscipientē ordinē sacrū ita q̄ vsque q̄ aliquis ordinaretur: ⁊ non voueret nec teneretur ad cōtinētiā ex voto sicut posset fieri de licētia pape: puto si tñ votum sit annexū ordini tantū de mādato vel p̄cepto ecclesie: adhuc dico q̄ esset illegitim⁹ ad cōtrahēdū: ⁊ ordo sacer matrimoniū impediret: ⁊ dirimeret. Et hoc rōnabiliter statuit ecclesia. qz ministros ecclesie in sacris ꝓstitutos decet vigere ⁊ puritate vel mundcia corporis et acumine intellectus ⁊ mentis. vtrūq; aūt impedit frequentia actus matrimonialis vel carnalis. quare ⁊c. Hec de primo articulo principali.

Resolutio.

Votū cōtinentie duplex.

¶ Quantum ad secundū articulū.

de voto dico q̄ votū p̄tinētie duplex ē in gñe: vnū simplex ⁊ aliud solēne. ⁊ qlibet istoꝝ pōt esse publicū vel p̄uatū. vñ votū solēne nō distinguitur a simplici p̄ publicū ⁊ p̄uatū. Sed dz votū solēne qz ex se vel ex annexo hz vnde veniat: vel possit venire in publicū: hz nō sit aliqū publicū sed priuatum. Solēnisatur aūt plurib⁹ modis votū p̄tinētie: sed illi modi reducuntur ad duos p̄mo mō p̄ susceptionē. vel i suscep̄tiōe ordinis sacri: vt p̄z. xxvij. dist. dyaconi. Et dz tūc solēnisari votū continentie. qz hic est aliquod annexum: per quod natum est votū venire in publicum: vt ministratio in ordine suscepto. ex hoc eñ innotescit scōm statutum: q̄ iste voluit continentiam. Secundo modo solennisatur votum per p̄fessionem religionis approbate. in qua solent religiosi continere per p̄fessionem factam dico in manu superioris. qui potest in illa religione ad p̄fessionem recipere. patet extra de irregularibus statuim⁹. Ad hunc modū adducuntur duo alij modi: in quibus p̄sumitur p̄fessio interpretatiue facta. vnus est per susceptionem habitus religionis: qui solet dari p̄fessis p̄cipue: quando est distinct⁹ habitus p̄fessorum a nouicys. Tūc enim suscipiens habitum p̄sumitur interp̄tatiue p̄fiteri: et si non expresse. et habetur vbi supra statuimus. Alius modus est: quando vltra annum perseuerat quis in religione: in qua solet p̄fessio fieri completo anno p̄bationis. et non p̄testatur de non proficiendo. Et patet: q̄ isti duo modi reducuntur ad secundum. Et in omnibus istis est aliquid annexum: vnde possit venire in publicum. quia quilibet talis sic vouens tenetur conuersari cum religiosis illius religionis continenter viuentibus. ⁊ sic manifestatur votum suum de continendo. omne autem aliud votum quod non est solennisatum modo aliquo p̄dictorum siue sit p̄uatum siue publicum: dicitur simplex votum. ¶ Ad p̄positum igitur dico: q̄ votum solenne impedit matrimonium contrahendum: et dirimit iam contractum. vnde simpliciter impedit. p̄batur extra. qui clerici capitulo insinuante. et habetur ibi de quadam montali: que fecit votum continentie: et illud seruauit per duos annos. postea cōtraxit: et coacta fuit redire ad p̄stinum statum continentie. ¶ Secundo dico: q̄ simplex votum continentie licet impediat contrahendum: non tamen dirimit contractum. patet extra qui cleri. rursus in textu. ¶ Ratio autem huius differentie assignatur manifestū et immanifestum p̄batum et non p̄batum. Sz hoc nihil est. quia vtrunq; votum scilicet tam simplex q̄ solenne potest esse p̄uatum vel manifestū seu publicum p̄batum vel non p̄batum. ⁊ tamē vnum impedit simpliciter et aliud non. Alia ratio ponitur quia transgrediens votum solenne cōtrahendo scandalizat ecclesiam. non sic autem de voto simplici. Alia ratio ponitur. quia vouens voto solenni obligat: ⁊ dat potestatem sui illi: cui vouet ad exequendum ⁊ p̄sequendum votum. et dat illi in cuius manu vouet ius ad faciendum illud votū obseruari. et per consequens non potest dare alteri ius sui ad actum oppositum puta ad actū matrimonialē in ꝓposito: ⁊ ita nō potest cōtrahere. Sz vouēs votū simplex nō sic dat ius sui: sed quasi p̄mittit. ideo alteri potest dare. ¶ Sed iste rationes etiā non valent. p̄ima non. qz votū simplex potest esse publicum vt dictum est supra. ⁊ per ꝑs transgressio eius in ecclesie scandalum. ⁊ tñ nō dirimit matrimoniū cōtractum. Si dicas: grauius peccat transgrediens votum solēne. Nihil ad. b. quia non semper grauiora peccata dirimunt matrimonia. Secunda non videtur: efficax sicut traditur. qz vouens voto simplici dat p̄tātem ⁊ ius sui ipsi deo: cui vouet ad p̄sequēdum votū: sicut vouens voto solēni. Et oīa que requirunt ad essentiā voti: equaliter reperiuntur hinc inde. ℈ ⁊c. ¶ Dicendum igitur q̄ ratio huius differentie est statutum ecclesie: que illegitimat personam solemniter vouētem

Votū cōtinentie an impedit matrimoniū ⁊ qle ⁊c.

Rōes p̄ dictarum differentiarum.

Cōtra p̄ced. rōes

Resolutio.

ad contractum matrimonialem non autem vouentem simpliciter. Et cōgruentia huius esse potest qz vouēs simpliciter nō sic ponit se in potestate ecclesie q̄tum ad ꝓpositum cōtractus: sicut vouens solēniter. Nam vouēs solēnter in potestate ecclesie se ponit nō solum in manu dei: sicut vouens simpliciter. ⁊ ideo vouētem solēniter cogit ad non cōtrahēdum ⁊ illegitimat ad p̄trahēdum. sed vouētem simpliciter: reliquit diuino iudicio tm̄. vnde lz in contrahēdo mortaliter peccet: non tñ ecclesia dirimit cōtractum. quare ⁊c. ¶ Sed quid de illo: qui vouit cotinētiam voto simplici: ⁊ postea p̄trahit tenetur ne reddere: vel potest petere vel quomodo? dico: q̄ nō debet matrimonium cōsummare: sed debet religionem intrare: vt seruet votum suū. vnde dico: q̄ consummādo peccat mortaliter siue reddendo siue petēdo: post ꝑsummationem vero dico etiā: q̄ petere nō potest qz in vouendo p̄ius p̄uauit se perpetuo iure suo petēdi. Scdo dicitur: q̄ tenet reddere nec peccat in reddēdo. qz iam alter cōiunx petēs hz ius in eo in cuius possessionem est missus per ꝑsummationem matrimonij: ad cuius obseruationē obligatur iste vinculo fortiori q̄ ad abstinēdum ex voto suo. Hec de scdo articulo principali.

bona difficultas.

Impar cult⁹ an impediat matrimonium.

¶ Quātum ad tertium artículum.

de dispari cultu p̄trahentium vel cōiugum videtur esse alique difficultates cōtra coniugia infidelium. ¶ Videtur eñ: q̄ nō possunt infideles nubere nec fidelibus nec infidelibus. ¶ Primo qz nec ad fidelem nec ad infidelē ex pectāda est fides ab infidelit. et ita in tali matrimonio nō est bonum fidei. qz infidelis nō habet fidelitatē ad deum: ⁊ per ꝑsequens nec ad ꝓlugem: vt videtur. ¶ Scdo qz nō est ibi bonum sacramēti. qz ex quo infidelis caret sacramēto baptismi: nō pōt aliqd aliud suscipere. qz baptism⁹ est ianua sacramentorum sine quo nullus est capax alioꝝ. p̄z extra de p̄sbytero nō baptizato cap. j. ¶ Tertio qz ibi nō est bonum ꝓlis. qz est cōtra bonum ꝓlis. Est eñ ibi periculum subuersionis ꝓlis ad infidelitatē ⁊ educationis nō ad cultum diuinū sed magis ad oppositum. ⁊ hoc vel vtroq; parēte si sit infidelis: vel ex altero saltē. ¶ Quarto qz nullus potest trāsferre corpus suum vel potestatē corporis sui in alium ad actū matrimonialē: nisi ex approbatione legis diuine vel dei tanq̄ vñi superioris. sed infidelis sic nō potest facere. qz legē diuinā nō tenet. ergo ⁊c. ¶ Quinto quia contractus matrimonialis generat vinculum insolubile. sed si alter cōiugum infidelium ꝓuertatur ad fidem sine altero: pōt discedere: ⁊ videtur solui vinculum. ergo. p̄ius non fuit verum matrimoniū: nec est inter infideles. quare ⁊c. ¶ Sexto cōfirmatur. quia omne quod non est ex fide: peccatum est. ⁊ per consequēs non approbatur a deo. cum igitur. contractus infidelium non sit ex fide: peccatum est ⁊ per cōsequēs non approbatur a deo ⁊c.

fidelis cū infideli quō pōt ꝓtrahere matrimonium.

¶ Sed quantum

ad p̄sentē articulum gratia argumēti totum p̄cedētium dico primo: q̄ fidelis potest cōtrahere matrimonium cū infideli. Matrimonium dico. nō sic perfectum ⁊ cōpletum: sicut fidelis cum fideli. hoc p̄z per ap̄lm: qui dicit: q̄ si nupserint infideles: ⁊ alter cōuersus fuerit: vel ambo: nō soluitur matrimonium sic quin possint stare simul virtute p̄ioris matrimonij. ergo fuit verus contractus. ¶ Scdo dico q̄ infidelis ad infidelē q̄tum est ex iure diuino potest: ꝓtrahere. Et potuit. vnde p̄z q̄ inter multos fideles antiquitus ⁊ mulieres infideles erat verus ꝓtractus: sicut arguitur de moyse et ioseph ⁊ salomone. Et similiter p̄z qz iure diuino nō magis inuenitur: q̄ ꝓtractus sit nullus: q̄ obligatio ex contractu p̄ioris sit nulla. Si enim contractus est nullus: et obligatio ex contractu est nulla modo ab apostolo inuenitur: q̄ inter fidelem et infideles stat obligatio matrimonialis: siue infidelis conuertatur siue non dum tamen velit habitare cū fideli sine cōtumelia fidei. ⁊ nō nisi ex p̄iori contractu inter fidelē ⁊ infidelē. ergo contractus fuit verus ¶ Sed hec ratio infirmari potest. qz nō intelligit apostolus de illis: qui tēpore contractus sic se habeāt vt alter esset fidelis et alter infidelis. vnde et ipsemet alibi dicit fidelibus: nolite iugum ducere cum infidelibus. sed de illis qui tpe ꝓtractus ambo fuerunt infideles: ⁊ alter postea conuertitur: et ita tpe legis noue ex iure diuino per apostolum p̄mulgato nō potest ꝓtrahere fidelis cum infideli de nouo: lz post matrimonium ꝓtractum tpe quo ambo fuerunt infideles si alter ꝓuertatur fidelis possit habitare cum infideli sine cotumelia saluatoris et periculo subuersionis fidei volentis cohabitare.

¶ Qui aūt vellet sustinere rationē p̄dictā: diceret q̄ nō solum loquitur ap̄s de ambobus infidelibus ꝓtrahentibus: quoꝝ alter postea ꝓuertitur sed de altero fideli ⁊ alio infideli. ⁊ tunc nō fuit intentionis sue qñ dixit nolite iugum ducere cū infidelibus publicare ius diuinum: quasi possent: ⁊ q̄tum esset ex iure diuino ꝓtractus esset nullus sed qz non erat honestus vel decens. quare ⁊c. ¶ Si dicatur: quare ergo ap̄s docet matrimoniū inter infideles contractum seruādum post conuersionē alterius? si esset ꝓpter aliquem bonum finem honeste seruatur: ꝓpter eundem posset honeste contrahi: vt videtur. dico: q̄ apostolus bene ꝑsuluit cohabitare conuersum cum infideli sine cōtumelia tñ creatoris et sollicitatione de quersiōe a fide. Alioquin deberet discedere. qz in tali casu verisimile est fidelem posse lucrari infidelem. Sed si in principio infidelis non vult conuerti: vt possit habere ꝓlugium cum fideli: et nō est verisimile: q̄ postea lucret: ⁊ ideo non subest eadem causa honestatis hinc ⁊ inde: vt patet.

Nota.

Fidelis cū infideli quō non potest cō trahere.

¶ Tertio dico: q̄ de iure positiuo eccle fidelis nō potest ꝓtrahere cum infideli: sed disparitas cultus simpliciter impedit matrimonium contrahēdum: ⁊ dirimit ꝓtractum. hoc habet. xxviij. q. j. sic eñ illegitimat fidelem: nec ꝓtrahat cum infideli. Et hoc rationabiliter qz nō est honestum. Tum qz in tali matrimonio non esset perfecte bonum ꝓlis ex parte vtriusq; parētis scz educatio ꝓlis ad cultū vnius veri dei tm̄ formā: quā tradidit fides. Tum qz tali cōtractui nō esset annexū sacramētum matrimonij nec fidei xp̄iane: qđ nō decet fidelē. Similiter etiā nō decet cōtrahere; fidelē: nisi vbi inueniatur indissolubilitas vinculi. Tamen ista ratio (licet vnus ponat eam) parum aut nihil valet.

Ad rōes p̄bantes infideles nō posse ꝓtrahere

¶ Ad argumenta

quibus p̄batur infideles nō posse cō trahere: dico ad p̄imū: q̄ lz inter infideles non sit fides que dicitur xp̄iana nobis a xp̄o reuelata: tamen eos tñ est fides, i. fidelitas in contractu: ⁊ potest

esse non solum ad seipsos inuicē: sed etiā a fideles. talem eñ fidelitatē seruāt ⁊ possunt seruare adinuicem vel ad alios: sicut p3: ⁊ dicit Augustinus ad publicolam. Nec sequitur si nō vult seruare fidem deo credēdo in ipsum: sicut xp̄iani: ⁊ eo modo quo xp̄iani ꝙ ꝓpter hoc nolit vllo modo seruare fidelitatem in suo cōtractu vel in suis cōtractibus. sicut etiā experimur. quia frequēter inueniuntur fideliores in suis contractibus: ꝙ̄ multi xp̄iani. ¶ Ad secundum p3: ꝙ nō cogit. nam nō op3 simpliciter ad cōtractum matrimonij adhiberi sacramētum sensibile signum collatiuū gratie: sicut adhibetur xp̄ianis in noua lege p3: ⁊ in lege nature ⁊ in lege scripta. Similiter etiam sacramētum sensibile signum nō est illud bonum sacramenti: sed indissolubilitas vinculi: vt dictum est supra. Et dico ꝙ vinculū inter infideles est indissolubile stāte cōditione personarum puta infidelitate vtriusq3: l3 sit dissolubile si alter cōuertatur ⁊ nolit alius habitare cum eo sine cantumelia creatoris ⁊ solicitatione subiectionis: sicut etiā ẜm aliquos vinculum sub lege euāgelica dissolubile per professionem religionis ante matrimonium cōsummatum. ¶ Ad tertiū de bono ꝓlis diceretur ꝙ l3 nō sit ibi bonum ꝓlis ita perfectum sicut inter fideles. potest tñ ibi esse bonū ꝓlis educāde ad iusticiam ⁊ cultum diuinum: nō prout dictat fides xp̄iana: sed magis ratio naturalis: ⁊ pro quāto dictat: posito ꝙ ratio naturalis diceret vnū deum esse colēdum: ⁊ l3 non demōstratiue. forte tñ probabilius ꝙ̄ aliter. ¶ Ad quartū dici potest ꝙ deus post lapsum qñ dicit crescite ⁊ multiplicamini: licētiauit omnes ad ↄtrahendum matrimonium nō solum in officiū sed in remedium. Et tunc infideles ↄtrahentes matrimonium ⁊ vtentes licentia ista nō peccāt l3 perfecte non attendant ad illud ad quod licētia data est: puta ad multiplicationē fidelium. q2 ignorāt legē diuinā. Et probabile est ꝙ a principio ex illa licētia nota inoleuit vsus cōtrahēdi matrimoniū apud patres infideliū: quos volūt et possunt imitari: l3 nō velint eos imitari vel ignorēt eos imitari quātū ad fidē ipsoꝝ. Et tūc dico ꝙ cōtractus pōt esse iustus seruatis ↄditionib9 adhibēdis ẜm dictamē rōis recte naturalis: l3 nō sit ꝑfecte iustus sicut inter fideles. ¶ Ad quintum patet quid dicēdum quomodo est in matrimonium ratū stante ↄditiōe vtriusq3 cōiugum ⁊ quomodo potest solui nō stante ↄditione prima vtriusq3. Sicut etiā scd̄m aliquos matrimonium ratum ante cōsummationem sub lege noua. ¶ Ad vltimum dico ꝙ multi sunt ↄtractus in quibus peccatur ↄtrahendo: qui tñ sunt rati ⁊ firmi post ↄtractum. Tñ ad ꝓpositum dico ꝙ illud qd̄ nō est ex fide: peccatum est: accipiēdo pro eodē nō esse ex fide pro infidelitate: sed non op3 ↄtractum matrimonialē inter infideles esse ex infidelitate l3 non sit ex fide xp̄iana: sed pōt esse ex fidelitate obseruāda ẜm dictamen recte ratiōis naturalis. Hec de tertio articulo principali.

Ad pncipalia argumēta.

¶ Ad primum principale de ordine sacro dico ꝙ dyaconus in primitiua ecclesia ⁊ alij ordinati in sacris poterāt esse quilibet eoꝝ vnius vxoris vir nō pluriū ⁊ vtēdo matrimonio ↄtracto prius ante ordinem. Et similiter exponendum est de grecis. Non ꝙ possent post ordinē matrimonij ↄtrahere: nec possunt etiā greci ẜm glosam in capitulo supra allegato. vel si in primitiua ecclesia potuerunt contrahere: modo tñ lege ecclesie posita non possunt. ¶ Ad scd̄m de voto simplici p3 ꝙ impedit matrimonium: sed nō dirimit. votum autem solēne ⁊ impedit ⁊ dirimit. Nec est simile de istis ex corpore questionis. ¶ Ad tertium dico: ꝙ licuit ⁊ aliqñ honestum fuit ex aliquibus causis ↄtrahere fidelem cum infideli: sicut concedo de moyse ⁊ ioseph ⁊ hester ⁊ salomone ꝙ̄tum ad illas personas in casu particulari ⁊ ex causa: licet nō vt cōmuniter: de quibus nō erat prohibitum a deo in lege. vnde esdre non separantur cōiugati cōtra legē. De salomone vero dico: ꝙ potuit cum aliquibus cōtrahere: de quibus nō erat prohibitum: l3 excesserit in multitudine: sed ꝙ̄tum ad illas de istis populis prohibitis a deo quas accepit: nō possum nec volo eū excusare. q2 fecit sicut canis impudētissimus ⁊ deo ingratissimus super gratijs quas fecerat ei. dederat eñ sibi singularem sapientiam ⁊ diuitias ⁊ gloriā. ideo ⁊c. ¶ Ad illud vltimum apostoli patet ex predictis.

¶ Distinctionum. xl. xlj. ⁊ xlij.
Questio Unica.

Circa distinctionē xl. xlj. xlij. quero: vtrū cognatio vel affinitas carnalis vel cognatio spiritualis seu publice honestatis iusticia ipediāt matrimonium. ¶ Videtur ꝙ non de cognatione carnali. Tum q2 in statu innocētie legis vel nature potuisset aliquis nupsisse cum sorore sua ex illo precepto crescite ⁊ multiplicamini: ⁊ nō nisi nubēdo cum sorore vel cum sanguinea. Potuisset eñ chain cōtraxisse cum sorore: vt videt͂. si sororē habuisset in statu innocētie: ⁊ contraxit de facto tēpore lapsus. Et cōfirmatur. q2 cōsanguineitas ⁊ ꝓximitas carnalis multum facit ad amicitiā. Amicitia autem firmat domum ⁊ vinculum. Similiter etiā p3: ꝙ hoc nō est contra aliqd̄ bonum ꝓlis: ꝙ ↄsanguinei nubant ergo ⁊c. ¶ Scd̄o de affinitate. primo q2 effectus nō repugnat cause sue: nec impedit eā. affinitas autem est effectus matrimonij. Et cōfirmatur. q2 incestus cum sorore vxoris sue nō impedit carnalem copulā cum vxore. et tñ per hoc affinitas cōtrahit͂ ad vxorē ꝓpriam. igitur nec impedit matrimoniū. ¶ Tertio videtur. de cognatione spirituali extra de cognatione spirituali: dicitur ꝙ si vir vel mulier sciēter vel ignorāter filium suum de sacro fonte leuauerit vel susceperit nobis videt͂ ꝙ siue ex ignorātia: siue ex malicia illud fecerint: nō sunt ab inuicē separandi: nec alter alteri debet debitum subtrahere ergo ⁊c. ¶ Quarto de publice honestatis iusticia videt͂ ꝙ nō impediat. q2 cognatio carnalis nec spiritualis impediunt: vt dictum est. igitur nec ista. ¶ Contra oīa ista est magister in littera.

extra de cogna. spiri.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā. ¶ Primo inquiram de cognatione carnali. ¶ Secundo de affinitate. ¶ Tertio de cognatione spirituali. ¶ Quarto de publice honestatis iusticia. ¶ Quinto recapitulabo omnia impedimenta matrimonij. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quātum ad primum arti. ostēdo primo quid vocatur cōsanguineitas ⁊ quid linea vel gradus in ipā: ⁊ quot gradus ⁊ quomodo sunt accipiēdi vel computādi. scd̄o ad propositum.

Consanguineitas quid.

¶ Dico igitur primo ꝙ cōsanguineitas ist vinculum vel ꝓximitas personaꝝ ab eadem persona carnaliter seu carnali ꝓpagatione descēdentium. ⁊ illas personas ꝓpagātium. p3 de se discurrēdo per membra que ponuntur ibi. Quod sit vinculum vel propinquitas aliqua: p3. Similiter ꝙ personarum descendētium ab vna vel ꝓpagantium: etiā p3. q2 non solum personarū propagatarū est ꝓpinquitas vel cognatio carnalis seu ↄsanguineitas: sed etiam personarum propagātium ad ꝓpagatas. Sed ꝙ ab vna ⁊ eadē persona descēdentium p3. q2 alias non esset cōsanguineitas: que est idem ꝙ vnitas vel cōmunicatio in eodem sanguine. vnde ⁊ illa persona a qua oēs mediate vel immediate descēdūt dicitur stipes ↄsanguineitatis. Sed ꝙ descendant ẜm carnalem ꝓpagationem p3. q2 si alio modo descenderent: vel non descenderet vnus ab alio isto modo: sed formaretur miraculose de portiōe eius: nō esset cōsanguineitas. vnde si quis formaretur de digito fortis nō esset sibi consanguineus in aliquo gradu.

linea cōsanguineorum.

¶ Scd̄o dico ꝙ linea cōsanguineorū dicitur ordinata collectio personorarum ↄsanguinitate cōiunctarum. Et diuiditur in ascēdentem ⁊ descēdētem et trāsuersalem. linea descēdēs est a persona ꝓpagāte ad ꝓpagatas. Sed linea ascēdens ecōuerso. linea vero trāsuersalis inter personas ab eadē descēdentes: quarum neutra ab alia descēdit: vt fratris ad fratrem vel ad sororē ⁊ filij fratris ad fratrē vel filium fratris.

quid gradus in linea ↄsanguineitatis et q̄t sunt.

¶ Tertio dico ꝙ gradus in linea est determinata ꝓpinquitas persone ad personam ẜm cōsanguineitatem. Et inuenitur ꝓprie in linea ascēdēte ⁊ descēdente minus ꝓprie in linea transuersali. ¶ Quarto dico ꝙ non in linea recta sunt tot gradus quot sunt persone vna minus. hoc ꝓbatur. q2 tot sunt gradus quot ꝓpagationes cum gradus sit habitudo vel ꝓpinquitas persone ad personam. sunt aūt persone vna plures ꝙ̄ ꝓpagationes q2 presupponitur toti collectioni aliqua nō ꝓpagata in illa collectione ẜm modum ꝓpagationis. Sed in linea trāsuersali si duo se habent inequaliter ad stipitem cōputātur gradus ẜm magis remotum a stipite. vnde quoto gradu remotior distat a stipite: et a quolibet per aliā lineam descēdente. Et ratio est. q2 persone in linea trāsuersali non habent propinquitatē inter se: nisi q2 in stipite vel ad stipitem. ideo nō possunt ꝓpinquius sibi coniungi: ꝙ̄ remotior eoꝝ coniungatur stipiti. vnde ẜm cōputationē canonicam: l3 alia sit cōputatio legalis (de qua non curo ad presens) duo fratres attinent sibi in primo gradu ẜm lineam trāsuersalem: sicut ⁊ stipiti ẜm rectam. Sed filius fratris attinet alteri fratri. sc3 patruo suo in scd̄o gradu: sicut stipiti vel auo suo attinet in scd̄o gradu: l3 frater patris sui vel patruus attineat stipiti in primo gradu.

quis gradus sit efficacior ī linea ⁊c.

¶ Quinto dico iuxta predicta ꝙ efficatior est gradus in linea descēdēte vel ascēdente ꝙ̄ in transuersali. Et ratio naturalis est. quia plus cōiungitur ꝓles parenti et ecōuerso ꝙ̄ ꝓles proli. Et ideo magis est cōtra legem nature cōiungi in primo gradu in linea recta ꝙ̄ in linea trāsuersali.

Q2 in oī lege q̄cū ꝙ̄ ꝓpinquitas carnalis īpediuit matrimoniū

¶ Ad propositum dico ꝙ in omni lege aliqua propinquitas carnalis impediuit matrimonium. In lege nature dico ꝙ sola propinquitas in gradu linee descēdētis vel ascendētis puta patris ad filiā. vel filij ad matrem impediuit: ex illo verbo ade relinquet homo patrē ⁊ matrē. s. ꝙ̄tum ad copulā cōiugalem. Nec intelligitur tñ de patre ꝓximo. sed de patre quātumcūq3 remoto vel matre: ⁊ de quocūq3 gradu in linea recta. Et tenet etiā hodie: ita ꝙ si adam hodie viueret: non posset aliquā vxorē ducere: nec eua aliquē virum. Forte etiā post multiplicationē generis humani si stetisset ꝓhibitio in quibusdā gradibus vlterioribus. s. linee trāsuersalis: sicut inter fratrem ⁊ sororē. sed a principio nō potuit esse talis ꝓhibitio. q2 non erāt alie mulieres ꝙ̄ sorores: nisi mater vel filia: qui sūt gradus ꝓhibiti. ¶ Scd̄o dico ꝙ in lege mosayca vltra gradus ascēdentis linee: vel descendētis ꝓhibiti sunt aliqui: vt p3 leuitici. xxviij. quere ibi. In lege autem euāgelica nō inuenitur a xp̄o explicita alia ꝓhibitio a ꝓhibitione legis nature. nec inuenitur explicite cōfirmasse prohibitionē factā super hoc in lege mosayca. Et ideo dico tertio ꝙ ecclesia illegitimauit aliquos gradus vel personas attinētes ad inuicem in aliquibus gradibus. ⁊ aliqñ fuerunt illegitimate vsq3 ad septimum gradum inclusiue ẜm magistrū in litera. Sed sub innocētio tertio restrictum est vsq3 ad quartum gradū inclusiue. p3 extra de consanguinitate. Non debet. Et reuocat in eodē capitulo omnes ꝓhibitiones de matrimonio contrahēdo in scd̄o ⁊ tertio genere affinitatis: et de sobole suscepta ex scd̄is nuptijs nō copulādo cognationē viri prioris: que ꝓhibitiones multas difficultates inducebāt. ⁊ aliqñ periculum animarum: sicut dicit.

Resolutio.

¶ Dico igitur ꝙ ꝓpinquitas consanguinitatis in primo scd̄o ⁊ tertio gradu ⁊ quarto simpliciter impedit matrimonium cōtrahendū: et dirimit ↄtractum. vnde inter tales motrimoniu3 est nullum: ⁊ hoc ex statuto ⁊ illegitimatione eccl'ie quare autem in tali gradu illegitimate sunt persone: puta vsq3 ad gradum quartum inclusiue: congruētia est: q2 vsq3 ad quartum gradum inclusiue: viget amicitia inter consanguineos: sed vltra gradum quartum incipit tepescere ⁊ quasi anullari: et ideo congruum videtur per matrimonium vel vinculum coniugale tepescentem amicitia3 reuocare. quare ⁊c. Hec de primo articulo principali.

affinitas quid.

¶ Quātum ad secundū arti. de affinitate dico primo: ꝙ affinitas est propinquitas vel vinculum personarū ex copula carnali cum persona cōtractum sine omni cōsanguinitate inter affines ẜm ꝙ huius vel omni carens parentela. ex copula carnali dico. q2 sine copula carnali cum persona cōsanguinea affinitas cōtrahitur alicuius ad aliquem. ⁊ nō op3. ꝙ illa copula sit matrimonialis. vnde ⁊ in copula fornicaria contrahitur affinitas consanguineoꝝ viri vel mulieris virum vel mulierem sic copulatos nō solum in copula matrimoniali. Similiter etiā non sufficit ad affinitatem cōtrahendam cum consanguineis mulieris: ꝙ ipsa sit vxor: nec etias requiritur: sed necessario requiritur et sufficit: ꝙ carnaliter cognoscatur.

affinitas qualiter impedit matrimonium.

¶ Scd̄o dico: ꝙ in affinitate possunt distingui linee ascēdēs ⁊ descendēs ⁊ trāsuersalis suo modo sicut in consanguinitate: ⁊ ibidē distingui gradus diuersi. Tertio

dico ꝙ in quoto gradu consanguinitatis distat aliquis ab alio puta petrus a martino: toto gradu affinitatis distat ab eodē martino illa: que est carnaliter cognita a petro ⁊ ecōuerso. vnde in quoto gradu cōsanguinitatis distat aliquis ab altero coniuge: in toto gradu distat ab alio ſm affinitatem.

¶ Tertio dico. ꝙ in quoto gradu cōsanguinitatis prohibbetur matrimonium ⁊ ipsa consanguinitas impedit matrimonium ⁊ dirimit in eodē toto gradu affinitas īpedit ⁊ dirimit ex statuto ecclesie illegitimātis personas affines ad ꝯtractum. Et est rationabile sicut de cognatiōe carnali. q2 affinitas ē quasi ad fines ꝯsanguinitatis accessio vel ꝓpinquitas. Qz aūt affinitas impediat ⁊ dirimat matrimonium: habetur. xxxv. questione tertia de ꝓpinquis. Hec de secundo articulo principali.

Cognatio spūalis quid.

¶ Quātum ad tertium arti/culum de cognatione spūali dico primo: ꝙ cognatio spūalis est quoddā vinculum ꝯtractuz ex cōmunicatione vel dispensatione sacramentoꝝ puta baptismi ⁊ cōfirmationis. Quomodo autem ⁊ inter quas personas ꝯtrahatur. ista cognatio spūalis habeẜ extra de sponsalibus. Ne dum: ⁊ est in sexto libro vbi dicitur sic. Inter baptismum ⁊ illū qui suscipit vel leuat de baptismo ac inter eundē baptizatum ⁊ filios vel filias suscipiētis ⁊ vxorē eius ante susceptionē carnaliter cognitā: immo etiā inter suscipiētem patrē baptizati: ⁊ matrem cognationem spiritualē ꝯtrahi cōstat que impedit matrimoniū: et dirimit iam ꝯtractum. Et eadē que de suscipien sunt dicta sunt etiā de baptizante censenda. Ex cōfirmatione quoqz spūalis cognatio ꝯtrahitur eisdē modis matrimonium impediens et dirimens post contractum. Alias vero personas ꝙ̄ supradictas ex baptismo vel ꝯfirmatione nō impediri ad matrimonium ꝯtrahendum aut dirimi post ꝯtractum decernimus. Et ibidem cap. ij. ꝙ per cathecuminum qui precedit baptismum: cognatio cōtrahitur: per quem ꝯtrahēduz impeditur: sed ꝯtractū nō dirimitur. Et ibidē capitulo tertio dicitur ꝙ si plures accesserint ad suscipiēdum de baptismo infantē. spiritualis cognatio ꝯtrahitur matrimonia post contracta impediēs ⁊ dissoluēs. Hoc modo est intellectus sic: ꝙ suscipiētes ad inuicem ꝯtrahant cognationem spūalem ꝑz. q2 illa nec esset paternitas vel maternitas nec compaternitas vel cōmaternitas nec fraternitas ⁊ sororitas. Sed intelligendum ꝙ plures suscipiētes ꝯtrahunt cognationem spiritualem ad infantē susceptū ⁊ ad parētes eius: lz nō ad se inuicē. De confirmatione insuper ꝙ̄tum ad hoc idē iudicium est habēdum. ¶ Ex predictis haberi potest ꝙ tres sunt cognatiōes spirituales in spē. vna que dicitur paternitas vel maternitas spūalis et est patris vel matris spūalis ad filium vel ad filiā spiritualē. Alia que dicitur cōpaternitas vel cōmaternitas. Et ista est inter patrem spiritualē vel matrē ⁊ patrē vel matrē carnalē eiusdē. Tertia aūt diciẜ spūalis fraternitas vel sororitas: vt ita dicā: et est inter filiū vel filiā spūalē eiusdez ⁊ inter filiū vel filiā eiusdē carnalē. Eiusdē dico p̄ris vel m̄ris. ¶ Tertio dico ꝙ sicut ꝑz ex ꝑdictꝭ aliquo mō: oēs iste cognatiōes spūales īpediunt matrimoniū ꝯtrahēdū: ⁊ dirimunt iam ꝯtractū: qn̄ precedunt matrimonium. Si aūt ꝯtigerit aliqua istaꝝ matrimonio

Cognatio spiri. inẜ quos ꝯhitur.

Extra de sponsa.

quot sūt cognationes spūales et an matrimonium impediant.

iam contracto in casu necessitatis vel ex ignorātia diligētia sufficienti apposita nō impediunt actum matrimonialē nec in reddendo nec in petēdo: sed si ex malicia preter necessitatē cōtingat. verbi gratia ꝙ aliquis suscipiat vel leuet filium vxoris sue de sacro fonte vel teneat eum in ꝯfirmatione: dicitur ꝙ impedit tenētem sic vel suscipientē apetēdo. sed nō impedit alium cōiugē apetendo: nec istum a reddēdo. quia nō debet alteri preiudicare malum huius. ¶ Sed ꝯtrarium videtur dicere illa auctoritas adducta in principio questionis arguēdo de affinitate. videas ibi ꝙ siue ex ignorantia siue ex malicia hoc fecerint: nō debēt alter alteri negare debitum: nec abstinere apetendo. Nisi forte dicatur ꝙ veruz est de duobus. s. si ambo teneāt vel leuēt. quia tunc sunt pares. sed si alter tm̄ ex malicia fecerit: priuaẜ apetendo. Hec de tertio articulo principali.

¶ Quantum ad quartū arti. de publice honestatis iusticia dico primo ꝙ est vinculum personarū ad alias ex spōsalibus vel matrimonio rato nōdum ꝯsummato cū personis consanguineis earūdē ꝯtractum. Et breuiter non differt ab affinitate ꝓrie dicta: que cōtrahitur cum ꝯsanguineis viri vel vxoris: nisi q2 ad affinitatē requiritur inter vxorē ⁊ virum matrimoniū per carnalem copulā cōsummari. Non sic aūt in iusticia publice honestatis: sed sufficiunt sponsalia vera vel matrimonium ratum. Et dico ꝙ ijdē gradus possunt cū ista ⁊ in affinitate cōputari. Et sicut in affinitate: sic ⁊ in ista ijdē gradus impediunt matrimoniū cōtrahēdum: ⁊ dirimūt iam ꝯtractum ex institutione ecclesie: qua illegitimat tales personas ad contractum. Et ꝙ tam affinitas ꝙ̄ publice honestatis iusticia impediāt matrimoniū: ⁊ dirimāt iam contractum: ꝑz per illud capitulū primū extra de cōsanguineitate et affinitate vbi ꝙ̄tum ad affinitatē vt dicitur ꝙ eque canones dicūt abstinēdum est a consanguineis vxoris ⁊ ꝓrijs. Similiter de cōsanguineitate ⁊ affinitate lib. vj. dicitur ꝙ ex spōsalibus qualitercunqz dum tñ nō sint nulla ex defectu ꝯsensus oritur istud impedimētum matrimonij īpediēs contrahens ⁊ dirimens contractum. Et multoforcius intelligendum est ꝙ ex matrimonio rato.

Iusticia publice honestatis an īpediat m̄rimonium

¶ Iuxta hoc expedio me de impdimēto cognationis legalis: que dicitur vinculum quoddā: vel propinquitas cōtracta inter personas ex adoptiōe alicuius in filiū vel in filiā. Et est triplex quasi cognatio ista. vna quasi descēdens: ⁊ est inter patrē adoptantem ⁊ filiū adoptatum: ⁊ filiū filij adoptati. ⁊ sic deinceps. Scda que est inter filium adoptatum et filium naturalē vel filiā. Tertia que est inter patrem adoptātem ⁊ filium ⁊ vxorē filij adoptati vel econuerso inter filium adoptatum et vxorem adoptantis. ¶ Et dico ꝙ iste cognationes oēs impediunt matrimonium cōtrahendum ⁊ dirimunt iam cōtractum pro semꝑ: excepta media que nō īpedit nec dirimit: nisi ꝯtrahatur stāte adoptione: puta filio manēte in potestate patris adoptantis sed patre mortuo vel filio emancipato pōt ꝯtrahere cum filia naturali patris prius adoptātis. sed p̄re mortuo vel filio emancipato potest ꝯtrahere cum filia naturali patris prius adoptātis. Quod autem nō stāte adoptione ꝑz extra de cognatione legali capitulo vnico: vbi dicitur. Si qua per adoptionem

Cognatio legalis qd et quot sūt ⁊ an īpe. m̄rimo.

sororꝫ michi esse ceperit: ꝙ̄diu durat adoptio inter me ⁊ ipaz: nuptie ꝯsistere nō possunt. Et glosa sup illo caplo dicit ꝙ illud verum est: siue cognatio sit legalis per arrogationē siue per adoptionē. Arrogare dicimus illum qui est sui iuris: ⁊ transit in potestatē alterius auctoritate principis. Adoptio autem fit ꝑ quēlibet magistratū: nec trāsit adoptatus in potestatē adoptātis: sed remanet in potestate sui patris. Hec de istis impedimētis ad presens dicta sint sub quodam compendio breuitatis.

Recapitulatio impedimentoꝝ m̄rimonij.

¶ Ex predictis oībus de matrimonio pōt apparere quot sunt impedimēta ipsiꝰ matrimonij. Et recolligo ea breuiter. q2 quedā sunt impedimēta simpliciter. quedā impedimēta non simpliciter. dico aūt impedimentum simpliciter quod preueniēs matrimoniū impedit ꝯtrahēdum: ⁊ dirimit cōtractum. cum quo si attēptetur nihil fit nec oritur aliquod vinculum siue obligatio inter ꝯtrahētes. ¶ Impedimētum vero ſm quid voco quod impedit ꝯtrahēdum: sed nō dirimit ꝯtractum. vnde ⁊ cum tali impedimento matrimonium tenet de facto ⁊ oritur obligatio ⁊ vinculum inter ꝯtrahētes cum tali impedimēto. scienter dico ⁊ aduertēter. ¶ Impedimenta simpliciter aut accipiuntur ex natura ꝯtractus: aut ex aliquo statuto superaddito. Ex natura ꝯtractus dupliciter. vno modo ex parte contractus ipsius ⁊ conditionum eius. Alio modo magis ex parte cōditionū necessariarū ex parte ꝯtrahētium. primo modo adhuc q2 ꝯtractus est datio voluntaria potestatis corporis alteri redonanti potestatem sui corporis pro perpetuo amboꝝ. dico ꝙ illud qd impedit simpliciter voluntarium: impedit ꝯractum. Duo aūt impediunt volūtarium. vnum qd est defectus notitie: puta ignorātia vel error. q2 nihil amatur nisi cognitū. Aliud se tenet ex parte voluntatis: puta coactio ꝑ metum qui potest cadere in ꝯstantem virum. Inuoluntarium autē ex defectu notitie potest esse vel ex defectu noticie totalis. Et sic est ignorātia negationis: qualis reperitur in furiosis tꝑe furie vel in his qui nō habēt noticiā aliquā de eligēdo vel fugiendo. Aut ex defectu noticie ꝑfecte ⁊ distincte. q2 habēs noticiā errat. Primo modo impedit furia perpetua a matrimonio ꝯtrahēdo: vel etiā a reddēdo: si prius sit cōtractum: vel etiā furia pro tꝑe quo inest. Non dico pro lucidis interuallis: pro quibꝰ nō inest. Scdo modo impedit error: et hoc triplex. q2 error ꝑsone: vel error ꝯditionis peioris: vt seruitutis: vel error doli vel fraudis alterius nō dātis vel redonātis corpus suum: sicut alter dat ⁊ dare intēdit. Si autem inuoluntarium sit ex metu: sic est impedimentum metus cadens in constantem virum.

¶ Similiter etiā ex parte vel natura ꝯtractus impeditur matrimonium qn̄ ꝯtrahitur cum aliqua cōditione repugnāte bonis matrimonij. ⁊ hoc siue bono sacramēti siue bono fidei siue in bono prolis: vt dictum est supra. Et ſm hoc accipiūtur tria impedimēta matrimonij. si autem ꝓueniat impedimentum ex parte ꝯditionum requisitaꝝ ex parte personarum ꝯtrahētium: dico ꝙ q2 ex parte eoꝝ requiritur: vt possint dare mutuo potestatem eoꝝ corpoꝝ. simpliciter autem impotēs nō potest eā dare. q2 ipsam nō habet. Similiter etiā impotēs ex lege diuina: vt pote q2 ligatus est alio vinculo matrimoniali: ⁊ iam nō habet potestatē corporis sui dico: ꝙ iste

impedi. ex parte contractus.

impotentie impediunt matrimonium. Impotētia autem simpliciter vel est casualis vel naturalis: et quomodo vtraqz impedit: dictum est supra. Et ad istā impotentiā reducitur impedimentum puerilis etatis vt ꝑz: q2 nōdum puer habet potestatem corporis ad coeūdum: nec per ꝯsequens potest eā dare nec cōtrahere. Sic ergo habemus ex parte contractus tria impedimēta in genere. vnū ex defectu noticie. scdm ex metu cadēte in cōstātem virum. Tertium ex ꝯditione apposita ꝯtra bonum aliquod matrimonij. Ex parte ꝯtrahētium duo in genere. s. impotētiam simpliciter ⁊ impotentiā q2 alligatus est alteri. Primum impedimētum in speciali multiplicatur: sicut defectus cognitionis vel error. Scdm multiplicatur. sicut ⁊ mala que possunt timeri a viro cōstante vt ꝯtrahat matrimonium. Tertium impedimētum multiplicaẜ ſm tria bona matrimonij: quoꝝ cōditiones opposite possunt apponi. Quartum impedimētum multiplicatur sicut impotentia in viro ⁊ muliere: de quibus dictum est supra et ad ipsum reduciẜ etas puerilis. sed vnū manet indiuisum ⁊ impedit: sicut dictum est supra. q2 bigamia ꝓ tꝑe legis euāgelice nō habet locum. ¶ Ex statuto ecclesie sunt tm̄ modo impedimēta ex parte personarum. q2 eccl'ia nihil ordinauit: vel immutauit circa ꝯtractum sed circa personas illegitimādo personas. Et hoc triplici de causa. vna ꝓpter specialem eoꝝ ꝓpinquitatē ⁊ hoc multipliciter. q2 vel ꝓpter propinquitatē cōsanguineitatis vel affinitatis vel cognationis spiritualis vel legalis vel publice iusticie honestatis. de quibꝰ dictum est supra. Et est ordo istaꝝ ꝓpinquitatum. q2 cōsaguinitas est mere carnalis ꝓpinquitas. affinitas surgit ex mere carnali ⁊ copula car. publice honestatis iusticia ex ꝓpinquitate carnali ⁊ cōtractu matrimoniali ⁊ sponsalium. Spiritualis cognatio ex propinquitate carnali ⁊ susceptione vel datione sacramēti baptismi vel cōfirmotionis. Legalis cognatio. ex carnali et alio vinculo ſm legem puta per adoptionem. Alia causa illegitimationis est ꝓpter specialē applicationem ad cultum diuinū. Et hoc dupliciter. vno mō propter votum solēne continentie perpetue. Alio modo propter susceptionē ordinis sacri. primū dico si vouēs solēniter habet potestatē corporis sui: vt illā posset dare: ni eēt illegitimatio ecclesie. q2 si nō habet: diceret ꝙ īpedimētum illud magis esset ex natura contractus: ꝙ̄ ex statuto ecclesie. Tertia causa est propter specialē detestationē alicuius criminis. Et hoc dupliciter. q2 vel propter detestationem infidelitatis Et sic illegitimauit fidelē non simpliciter sed respectu infidelis ne possit cum infideli cōtrahere. vel ꝓpter detestationem adulteri cū fidei datione ⁊ alijs hmōi. vel etiam cum machinatione. ⁊ sic etiā de alijs: vt dictum est supra de istis. ¶ Et sic habētur impedimēta matrimonij que impediunt simpliciter ⁊ cōtinenẜ aliquo modo in illis versibus cōmunibus. Error conditio votū cognatio crimen. Cultus disparitas vis ordo ligamē honestas. Si sis affinis: si forte coire neqbis. Hec facienda vetant cōnubia facta retractāt. Sed specialibus ⁊ melius cōtinētur in alijs versibus qui sunt isti. Vis fraus persone serui donationis ⁊ amens. Addita cōditio tria coniugij bona tollens. Frigidus arta puer trūcatus pristigiatus. Alterius coniunx obstāt mutue dationi. i. repugant contractui

Impedimenta ex statuto ecclesie.

Versus ꝯtinētes īpe. m̄rimonij.

Alij vsꝰ

matrimoniali. Sequit. Ordo sacer votum: duo cul
tus sponsio mechi. Carnalis legis cognatio spiri-
tualis. Hec vi precepti sit huic affinis honestas.
Et patent versus ex predictis.

Ad argumēta pncipalia.

¶ Ad primum principale argumentum dico ꝙ in lege nature sal
tem ante multiplicationē generis hūani in princi-
pio nō impediuit gradus cognatiōis carnalis fra
tris ad sororē. qz non erāt alie mulieres ꝗ̄ sorores.
sed tūc īpediuit gradus in linea ascēdēte vel descē
dente tm̄: nō sic mō: vt dictū est supra. Ad ꝯfirma-
tionē de amicitia que est inter ꝯsanguineos: dico ꝙ
illa amicitia alterius rōnis est ab amicitia ꝯiugali
et diuersa intantū vt ꝑsone amētes alias rōne ꝯsan
guineitatis odiāt eas ad actū coniugalē. qđ ptz de
proxima ꝯsanguineitate patris ad filiā: vel filij ad
matrē. vnde ⁊ aīalia hoc abhorrēt ꝙ istis gradibꝰ
copulent. Legit enī de elephāte ꝙ cū ingeniatus ⁊
velatus matrē suā carnaliter cognouisset: postea vi
dens eā ⁊ agnoscens matrē suā ingeniatorē inter-
fecit. Et ideo dico ꝙ nō est argumētū illud bonum
ad ꝓbandū ꝯsanguineitatē nō impedire matrimo-
niū. Ad illud qđ dr̄ nō esse ꝯtra bonū ꝓlis nō opz:
dato ꝙ nō sit ꝯtra bonū ꝓlis: ꝙ nō impediat: dato
ꝙ illud qđ est ꝯtra bonum prolis modo supradicto
impediat. ¶ Ad scđm de affinnitate qn̄ dr̄ ꝙ effe-
ctus nō impedit causam suā: dico ꝙ affinitas que
cōtrahitur ex matrimonio aliquo: nō tollit: nec im-
pedit illud matrimoniū: sed relinquit ⁊ ꝓsupponit
ipsum sed bene aliud matrimoniū: cuius nō est effe
ctus tollit. ⁊ īpedit. vel dicēdū: ꝙ istud nō impedit
ex natura rei sed ex statuto eccl'ie. Ad ꝯfirmationē
de incestu cū sorore vxoris dico: ꝙ affinitas preue-
niens matrimoniū tollit: ⁊ impedit: ⁊ dirimit ipm̄.
vnde si ante matrimoniū cognouisset sororē: nō po
tuisset ꝯtraxisse cū alia sorore. Sed post matrimo-
niū nō dirimit. sed in casu ꝓposito bene īpedit actū
petendi a cognoscēte sororē vxoris sue: nō tn̄ impe
dit reddere vxori debitū: nec ab vxore ius petēdi.
qz malū istius non debet alteri preiudicare. ¶ Ad
tertium de cognatione spūali dico: ꝙ ipsa ꝑueniēs
matrimoniū īpedit matrimonium. sed sequēs nō si-
cut bene sonat illa auctoritas adducta in arguen-
do. Et ꝙ preueniēs impediat: ⁊ dirimat: ptz ibidē
vbi sumpta est illa auctoritas ca.p'lo veniens. Mā
damus quatinus si ꝯstiterit mulierem predicti viri
filium de sacro fonte leuasse anteꝗ̄ eam desponsa-
uit vxorem: vos inter ipsos diuortium celebretis.
¶ Ad vltimum de publice honestatis iusticia. ap-
paret ex predictis. Et hec dicta de matrimonio ad
presens sufficiant.

¶ Distinctionis Quadragesimetertie. Questio Prima.

Circa distictionez xliij. quero primo. Utrum re-
surrectio sit possibilis absolu
te loquendo ⁊ virtute diuina.
¶ Uidetur ꝙ nō illud qđ im-
plicat cōtradictionem: nō est
possibile. sed resurgere aliqđ
idem implicat cōtradictionē.
Probatio. Resurrectio est iterata surrectio. er-
go prima ⁊ scđa surrectio in resurrectione includit
sed iterata surrectio non est eadē cum prima surrē-
ctione. quare nec resurgens vel iterato surgens est
idē cū primo surgēte. Surrectio enī ⁊ surgēs sunt
idem. Sicut etiam nec actio vel passio resuscitatio
sunt eadē: sed sunt diuerse mutationes. ⁊ per conse
quens habēt diuersos terminos. igitur implicat cō
tradictionē ꝙ aliquid idē resurgat. ¶ Scđo sic in-
terruptio essendi nō minus tollit identitatem prio
ris ⁊ posterioris: ꝗ̄ alietas essendi. sed impossibile
est: ꝙ aliud resurgat idē. sicut ꝙ aliud sit idē. ergo
ꝙ interruptū in esse resurgat idem. ¶ Tertio sic.
quā ratione homo vel aliquid posset idē numero re
surgere ⁊ reparari: eadē ratione ⁊ quodlibet aliud
vt videtur. sed motus vel mutatio nō possunt repa
rari. Probatio. qz qua ratione possent alias repa-
ri: eadē ratione possent cōseruari per totum tp̄s. et
sic mutatio ⁊ motus nō essent essentialiter successi-
ua vel instātanea: sed permanentia. hoc aūt est fal-
sum. ergo ⁊c̄. Et cōfirmat. qz impossibile est: ⁊ im-
plicat cōtradictionem preteritum non esse preteri-
tum. hoc enī solo priuatur deus sm̄ sententiam so-
lonis quā approbat phūs. vj. ethicorū. ⁊ ꝑ ꝯns im-
possibile est ꝑteritū fore vel ꝑsens eē. ⁊ ꝑteritū nūc
esse. sed hoc sequit ad resurrectionē: vt pz. ergo ⁊c̄.

¶ Contra illud quod aliqn̄ erit de facto nō est impossibile. sed resurrectio
aliquando erit de facto sm̄ scripturam ⁊ fidem: re-
surrectionem mortuorum ⁊c̄. ergo ⁊c̄.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo premittendo quid noīe resurrectionis
intelligitur ponā opiniones de possibilitate resur-
rectionis: ⁊ arguam contra eas. ¶ Scđo reponde
bo aliter ad questionē: ostēdendo ꝙ resurrectio vir
tute diuina est possibilis. ¶ Tertio inquirā: vtrū
virtute diuina sit possibibilis reparatio cuiuscunqꝫ
entis sicut resurrectio homīs eiusdem numero suo
modo. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quātum ad primum arti.

Resurrectio quid sm̄ Damasce.

premitto primo quid intelligit noīe resurectionis.
hoc aūt potest haberi a Damasceno lib. iiij. vbi di-
cit: ꝙ resurrectio est eiusdē in numero iterata surre
ctio. eiusdē (inquit) numero qđ cecidit vel desijt esse
quia si nō esset eiusdē numero: nō esset resurrectio.
sed dicit resurrectio iterata. qz ꝑma resurrectio vel
productio passiua rei nō potest dici resurrectio pro
prie loquendo. licet enī adnihilatum non resurgat
nisi per creationem: tn̄ stricte loquendo sm̄ nomi-
nis significationem resurrectio illa nō dicitur crea
tio. sed recreatio vel resurrectio cōnotans ꝙ resur-
gens vel recreatum aliquando alias fuerit: et desse
rit esse: vt patet.

¶ Hoc premisso dicūt oēs catholici: ꝙ resurrectio alicuius entis saltē puta hoīs
est possibilis virtute diuina. Ad hoc enī ponēdum
coguntur ex fide ⁊ scriptura: sicut patz. ¶ Sed de

De possibilitate resurrectionis alicuius. 1. opinio.

modo possibilitatis est vna opinio cuiudam docto
ris in quarto suo ꝙ resurrectio hoīs est possibilis.
quia in hoīe nō est aliqua forma substātialis corru
ptibilis. sed est sola forma substātialis: que est aīa
rationalis. ita ꝙ in hoīe non distinguitur aīa sensi-
bilis ab aīa rationali nec etiā vegetatiua: sed sunt
vna substantialis. Similiter etiā nulla forma sub-
stantialis mixti inuenitur alia ab anima sed forma
mixtionis que inuenitur alia ab aīa: est forma acci
dentis cōstituta ex qualitatibus elemētorū fractis
vel remissis vel ex similibus qualitatibus: nō perti
nens ad essentiā vel substantiā hoīs nec ad esse sub
stātiale. ¶ Scđo dicit: ꝙ anima rationalis que est
forma specifica hoīs: est forma subsistēs possibilis
manere naturaliter post separationē sui a corpore.
Et in hoc differt ab alijs formis aliorum corrupti
bilium que non sunt sic sufficientes. Et ex hoc se-
quitur: ꝙ aīa rationalis in se habeat formaliter to
tum esse hoīs cōmunicās illud corporis: qn̄ vnitur
sibi. nec est aliud eē corporis ⁊ aliud esse anime: sed
idem esse quod aīe conuenit sm̄ se: cōmunicatur tn̄
corpori ab aīa ꝑ informationē corporis ab aīa. Si
enī corporis ⁊ anime essent aliud ⁊ aliud esse: quorū
vtrūqꝫ includeretur in esse hoīs: sequeretur: ꝙ vnio
anime ⁊ corporis esset accidētalis: ⁊ nō fieret vnū
per se ex ipsis. quod est falsū. homo enī est aliquod
ens vnum per se: sicut ptz. ¶ Tertio dicit: quod ex
predictis apparet: ꝙ per mortē vel corruptionem
hoīs nulla fit interruptio in esse substantiali hoīs.
qz manet aīa separata in se habēs totum esse hoīs:
licet aliomodo ꝗ̄ corpori vnita. nec est dare in hoīe
aliquid aliud qđ desinat esse simpliciter ⁊ substātia
liter. qz non materiā. ptz. ipsa enī est ingenerabilis
et incorruptibilis. Nec aliā formam. vt dictum est
qz nulla alia est ibi. ¶ Quarto et vltimo ex his
cōcludit: ꝙ sic ponētes nullas āgustias vel difficul
tates patiunt saluādo possibilitatē resurrectionis
humane. qz ex quo manet eadē materia ⁊ eadē aīa:
possunt iterum virtute diuina vniri. ⁊ sic idē homo
numero reparari. secus autē esset: si esse hoīs inter-
rumperetur: sicut esse aliorū corruptibiliū: tunc non
videretur posse reparari idē numero. sicut nec alia
corruptibilia ⁊ impediēte interruptione essendi ip
sorum ⁊ alicuius pertinentis ad substantiam ipso-
rum. Cōfirmatur. quia deus potest aliquid maius.
puta simul creare ⁊ vnire principia. ergo. minus sci
licet ipsis presuppositis ea reunire. Similiter pos-
set deus animam prius recreare ꝗ̄ vnire. ergo po-
test eam reunire.

2. opinio de modo possibilitatis resurrectio

¶ Secūda opinio est alterius doctoris: qui ponit: ꝙ re
surrectio absolute loquēdo possibilis est virtutte di
uina. qz ex illuminatione et infinitate virtutis sue.
Et similiter attingit materiā: vt quid est nullo mo-
do distincta sed indistincta: ⁊ sic numero eadē. ⁊ sic
semper pōt eandē formā numero illi materie impri
mere. qz materia manet eadē: ⁊ nō agit per motum
vel mutationē sicut natura. Tunc enī non posset eā
dem formam numero reparare: nec idem composi-
tum reducere sicut nec eādem mutationem vel mo-
tum: ita parum sicut ⁊ natura.

Contra primam opinionē

¶ Contra primā opinionē arguo. qz in ipsa cōtinētur multa falsa: ⁊ in ip-
sa implicātur cōtradictoria ⁊ ad eam sequunt mul
ta incōueniētia. ¶ Contra primū dictum scz ꝙ in
hoīe nō sit nisi vna forma substātialis scz anima ra
tionalis argutum est satis in scđo: ꝙ necessario in
hoīe sunt plures forme substātiales ⁊ illa nō repe-
to. ita ꝙ illud primum dictū est simpliciter falsum.
Est enī dare in hoīe ⁊ in quolibet aīato formā sub
stantialem mixtionis aliam ab anima sicut ibidem
est probatum. ¶ Contra illud scđi dicti: ꝙ anima
rationalis sit totum esse substantiale hoīs. Arguo
primo ex dictis eius in eadem questione. Ipse di-
cit: ꝙ humanitas ꝗ̄ est forma totius sm̄ Auicennā
includit intrinsece partes que sunt materia et for-
ma. sicut ⁊ totum cōpositū intrinsece includit eas.
hūanitas ergo ⁊ substātia vel esse eēntiale seu sub-
stantiale hoīs nō solum dicit aīam: sed includit ma
teriā. ergo aīa non dicit totum esse hoīs. Alioquin
enī materia nō esset causa intrinseca hoīs. quod est
falsum. vnde in istis duobus dictis plane cōtradi-
cit sibijpsi. ¶ Scđo sic. si aīa est totū esse hoīs: se-
quit ꝙ nūꝗ̄ fiat vel sit resurrectio hoīs. ⁊ ita patit
maximā angustiam qz ex hoc dicto deberet negare
resurrectionē hoīs. ꝓbatio nihil resurgit: nisi eius
esse substantiale prius decidit: ⁊ desijt. sed aīa non
desijt esse. qz manet igitur si dicat totū esse substan-
tiale hoīs: sequitur: ꝙ homo nunꝗ̄ resurget: sicut
nec aīa resurgit. Et vltra sequitur: ꝙ homo est na-
turaliter incorruptilis ⁊ in generabilis: ⁊ spiritua-
lis creatura sicut aīa. ¶ Tertio sic. si aīa est totum
esse hoīs: sequitur ꝙ diffinitio aīe est diffinitio ho-
minis. ⁊ per cōsequens ꝙ corpus ponitur sicut ad-
ditamētum in diffinitiōe hoīs: quēadmodum ⁊ in
diffinitione aīe. hoc autem est falsum: ⁊ cōtra Ari-
stotelem. vij. metaphi. ergo ⁊c̄. ¶ Quarto qz ex to-
tali esse hoīs. ⁊ aliquo alio non fit vnum per se: nec
totale esse hoīs potest aliquid aliud iformare. ergo
si aīa est totū esse hoīs: ex aīa ⁊ materia nō fit vnū
per se: nec aīa etiā potest materiā informare. quare
⁊c̄. ¶ Quod autē dicitur ibi: ꝙ si corpus haberet
aliud esse ab aīa: nō fieret vnum per se ex aīa. dico:
ꝙ idē sequitur contra te. qz nō plus fit vnum per se
ex aīa ⁊ nihil vel eo quod nullū habet esse: ꝗ̄ ex aīa
et alio habēte esse. sed oportet necessario: ꝙ ex qui-
buscunqꝫ duobus fit vnū per se: sicut ex principijs
essentialibus sint entia: ⁊ habeāt aliquod esse. vnde
dicere ꝙ corpus nō habeat esse aliquod preter ani
mam est dicere: ꝙ corpus nihil sit preter aīam et ꝙ
ex aīa ⁊ nihilo fiat vnū per se: vel ex eo quod est: et
eo qđ nō est. Impossibile est enī aliquid positiuum
poni in actu extra causam suā: qđ non habeat pro-
prium esse. Dico igitur ꝙ non sequitur vnionē esse
accidentalē corporis ⁊ aīe. sicut faciētium vnū per
accidens quēadmodum accidens ⁊ subiectum sed
licet vnio ipsa sit accidēs: ⁊ tn̄ duorū faciētium vnū
per se cōpositum ex corpore ⁊ aīa: nō obstāte ꝙ cor
pus sit in actu per formā mixtionis incōpletam: si-
cut dixi in scđo. sicut etiā de materia non obstante
ꝙ sit in actu extra intellectum. ¶ Contra tertium

Cōtra. 3 dictum. 1. opi.

dictū: ꝙ in morte vel ꝑ mortē nō fit aliqua interru
ptio ipsius esse substātialis hoīs. Arguo primo sic
sicut per generationē acquiritur aliquod esse sub-
stantiale: ita per corruptionē vel mortem deperdit
aliquod esse substātiale. sed non nisi esse quod dicit
mori vel eius corrumpi. hoc aūt habito necessario
interrumpitur esse substātiale corrupti. ergo ⁊c̄.
¶ Scđo sic. xp̄s in triduo mortis nō fuit homo in
re: sicut ꝓbatū est in tertio. ⁊ ipsimet cōcedūt. sed si
nulla interruptio caderet in esse hoīs per mortem:
videtur ꝙ ita fuisset homo sicut ante. ergo ⁊c̄.
¶ Tertio sic. entitas totiꝰ hoīs puta humanitas
dicit aliquā tertiā entitatem absolutā aliā ab enti-
tate corporis ⁊ aīe: qua quidē sicut forma totius est
quiditate ꝓpria homo est ens ⁊ aliquid in tali spe-
cie: sicut ꝓbatum est in scđo. sed illa non manet: sed
corrumpitur ⁊ desinit esse in morte vel per mortem

quia non maneret nisi stante vnione aīe ⁊ corporis:
que separātur in morte: ergo esse substantiale hoīs
interrūpitur per mortē vel in morte. Si eñ partes
ipse vel altera earū: puta aīa esset totum hoīs esse:
ita post mortē substātialiter maneret homo totum
id: qđ est sicut in vita. ⁊ tunc homo mortuus vniuo
ce esset hō: sicut homo viuus. Nec video necessita-
tem vnionis aīe ad corpus per modū forme. sed tā-
tūmodo deberet vniri sibi vt motor: ita ꝙ hō esset
aīa vtens corpore: sicut posuit plato. ⁊ quod repro
bat istemet doctor prima parte summe: vbi vult ꝓ
Contra. 4. dictū. 1. opinio. bare ꝙ aīa intellectiua est forma substantialis cor
poris seu hoīs magis. ¶ Contra vltimū dictū qđ
est ꝯclusio principaliter intēta quātum ad illud qđ
dicitur in primo: ꝙ sic ponētes nullā patiuntur an-
gustiā saluādo resurrectionē dico ꝙ immo tales se
quitur angustia ꝙ nō possunt saluare resurrectio-
nē: sicut deductū est supra. ¶ Scđo quātū ad illud
qđ dicitur resurrectio esse possibilis. q nō interrū-
pitur esse substātiale vel esse rei. q ex hoc sequunt
multa incōueniētia. Primum est ꝙ deus nō posset
hoīem vel aliquid aliud adnihilatum idē numero
reparare. quod est falsum. sicut dicetur: ⁊ ꝓbabitur
infra. Similiter sequitur ꝙ vnum brutū mortuum
vel corruptum non posset deus reparare: qđ est fal-
sum ⁊ cōtra legēdas multoꝝ sanctoꝝ: in quibus in
ueniunt multa alia bruta resuscitata a deo per ora
tiones sanctoꝝ. Similiter etiā sequitur ꝙ si ꝓpria
passio hoīs sit aliquod accidēs ꝯiuncti corruptibi-
le per separationē partium hoīs in morte hoīs: et
similiter potētie sensitiue ſm doctorē illum: ꝙ ista
non reprobātur eadē numero in hoīe: qñ resurget.
hoc autē est falsum multofortius q̄ de capillis: de
quibus tñ dictū est: ꝙ capillus de capite vestro nō
peribit. ¶ Tertio q̄tum ad illud: qđ dicit: ꝙ quia
materia ⁊ forma manent eedē numero: ⁊ per conse
quēs possunt reuniri. potest idē homo numero repa
rari quero de illa vnione. An sit aliquid vel nichil.
Nō potest dici: ꝙ nihil: q respectus est. Similiter
q si nihil: tūc scđm nihil positiuum se haberēt par-
tes aliter q̄ prius. ⁊ sic nō plus causarent cōpositū
q̄ prius. ⁊ ita bene posset esse compositum sine ista
vnione sicut cum ipsa si est aliquid positiuum ⁊ ali-
qua forma respectiua ipsa est corruptibilis: ⁊ non
manet in morte: qñ aīa separatur. ⁊ cum aliquid in
terruptum nō possit reparari idē nūero scđm te: il-
la vnio nō potest redire eadē: ⁊ per ꝯsequēs nec idē
cōpositum precipue. q compositum nihil dicit nisi
partes ⁊ illā vnionē per te. ⁊ ita non potes saluare
resurrectionē. quare ⁊c̄. ¶ Dico igitur ꝙ illa opi-
August. nio nihil valet. Et cōfirmo per Augustinum. xxij.
de ciuitate dei cap̄. xx. loquentem de illa carne red
denda homini in resurrectione sic dicētem. Et si oī
bus perisset modis: nec vlla eiꝰ materia in vllis na
ture latebris mālisset: vnde vellet: recuperaret eam
oīpotens. ergo totaliter destructū ⁊ anihilatum et
per ꝯsequens interruptum in esse potest idē nume-
ro reparari. Nec ex hoc accipitur possibilitas resur
rectionis alicuius: q nō interrumpitur in esse īmo
totum oppositum quasi q si nunq̄ interrumperet:
nunq̄ resurgeret. ⁊ si nō posset suum esse interrum-
pi: nunq̄ posset resurgere. ¶ Confirmatio que ad
ducitur ꝙ primo potest verti cōtra eos. q sicut deꝰ
primo creauit: ita potest recreare ⁊ reunire princi-
pia ⁊ ita dato: ꝙ nihil maneat idem numero repa-
rare. Similiter et secunda confirmatio quia sicut
prius potest creare: ita ⁊ creare cum vnione ⁊ crea
re etiam et simul reunire.

¶ Contra secundā opinionē. **ꝯ.2. opi.**

quātum ad primū dictum ꝙ deus nō agit per mo-
tum ⁊ mutationē. hoc eñ est falsum. quicquid enim
creatura agit per motū uel mutationē: deus agit.
Nō eñ potest aliquid agere creatura: nisi coagēte
vel cooperāte deo. igit sicut creatura aliquid age-
re potest: ⁊ agit per motū ⁊ mutationē: ita ⁊ deus.
Sic eñ pōt aliquod mobile vel mutabile mutare si
cut ⁊ creare ⁊ immediate. etiā per seipsum. Nō eñ
minus ꝑtinet motum ⁊ mutationem in virtute sua
actiua: q̄ aliquod agens creatum. immo quicquid
potest efficere mediāte alio: potest immediate effi-
cere per seipsum ex infinitate sua: ⁊ ex illuminatio
ne virtutis sue. ¶ Scđo quātum ad illud qđ dicit
ꝙ deus attingit materiā vt quid ⁊ indistinctam nō
habētem partes ⁊ eādem numero: q vt sic. nō ha-
bet partes: sed solum per q̄titatem. quia sicut tota
materia in ratione subiecti est prior tota quātitate
ita partes materie necessario sunt priores partibꝰ
quātitatis. Si eñ materia ſm se esset simplex ⁊ in-
diuisibilis non habēs partes substātiales: nūq̄ ex-
tenderet per quātitatem superuenientem: nec sibi
plus posset quātitas inesse q̄ aīe vel angelo. igitur
materia ſm se habet partes nō per quātitatem: sed
priores partibus quātitatis. Et lȝ deus attingat
eam vt quid sicut etiā agens naturale. q de sua po
tentia que est idē quod sua substātia: educit formā
substātialem. nihil tñ ad ꝓpositum. ¶ Tertio cōtra
illud qđ dicit ꝙ quia deus agit vel potest agere nō
per motum: nec per mutationē potest ideȝ numero
reparare. quia sicut dicetur infra deus pōt eūdem
motū nūero et eādem mutationem reparare: ⁊ per
consequens aliquid per motum vel mutationem.
¶ Quarto q tunc agēs naturale per motum vel
mutationē nō posset aliquid idē numero reparare:
de quo tñ magnum dubiū est: sicut patebit in sequē
ti questione. ¶ Quinto q dato ꝙ deus non posset
eundē motum vel mutationē eādem numero repa-
rare: diceret tñ aliquis ꝙ per alium motum vel aliā
mutationē posset aliquid idē absolutum qđ prius
reparare. vnde nō opȝ si terminus absolutus sit idē
ꝙ motus vel mutatio sit eadē precipue ſm ponen-
tes ꝙ motus vel mutatio non est idē cum termino.
quod ⁊ reputo verum. Et ptȝ q deus reparando
aliquid idē in resurrectione nō reparat motum vel
mutationem eādem ad ipsum etiā ſm ipsos ⁊ tñ re
parat idē absolutum qđ prius. ¶ Sexto q nō ptȝ
ratio nec videtur: quare deus in reparādo aliquid
non possit seruare legē ⁊ modum nature: ⁊ sic ali-
quid idē per motū vel mutationē: sicut natura pōt
illud facere ⁊ ꝓducere primo per motum vel muta
tionē. ¶ Septimo contra illud ꝙ q deus attin-
git materiā vt quid potest eādem numero formam:
istud nihil facit ad ꝓpositum. q etiā agens natura
le attingit materiā vt quid. sicut deductū est supra.
non tñ propter hoc sequitur quod possit eādem for
mam numero reducere vnioni. q quātūcunq̄ agēs
naturale attingat materiā siue vt quid siue vt q̄tā:
potest tñ diuersis vicibus eādem materiā numero
attingere. et tamen ſm te. non potest eandem for-
mam numero reparare. Sic igitur non valet ista

opinio. Hec de primo articulo principali.

¶ Quantum ad secundū arti

Opinio doct. quō resurectō alicuiꝰ entis ē possibilis.
ticulum dico: ꝙ resurrectio alicuius entis puta ho
minis vel alterius animalis absolute loquendo in
se est possibilis: ita ꝙ illa ratio nominis resurrectio
nis posita superius non est ficta sed subest sibi ali
quid in re: vel subesse potest. ¶ Secundo dico: ꝙ
possibilis est virtuti diuine. ita quod deus potest
aliquod ens resuscitare: et aliquod ens virtute di
uina potest resurgere: siue sit anihilatum sic ꝙ ni
hil intrinsecum remaneat: siue sit corruptum: quo
cunq̄ modo acceperit nō esse: vel desierit esse: post-
q̄ fuit. ¶ Hoc probo de aliquo anihilato: quod po
Probationes ꝓdictoruȝ. test idem numero reparari: vel ꝙ hoc est in se possi-
bile. primo sic. Illud est in se possibile: quod nō im
plicat contradictionem ex terminis. sed hoc nullā
implicat contradictionem. probatio. quia sicut nul
lam implicat contradictionem: quod aliquid idem
postq̄ fuit nihil ⁊ nō ens: deducatur primo ad esse
per creationē: ita nullam implicat contradictionē:
ꝙ postq̄ est anihilatum et ad eandem nihilitatem
reductum: ꝙ reducatur secundo ad esse: vt sit ens.
cū enim sit eadem nihilitas: que est terminus a quo
creationis: et terminus ad quem adnihilationis
non plus repugnat ei: quod est anihilatum: ꝙ de-
ducatur ad esse ⁊ idem esse q̄ ei quod ante creatio-
nem est nihil: repugnat: ꝙ deducatur ad esse. Esse
enim vtrobiq̄ est idem puta creatum et reparatum
et similiter non esse terminus a quo creationis et
terminus ad quem anihilationis et idem numero
penitus. quia negatio simplex ⁊ vnica eiusdem esse
numero. ergo ⁊c̄. ¶ Secundo sicut non repugnat
alicui enti tali esse vel non esse pro aliquo instanti:
ita nec pro quolibet alio. igitur sic in instanti crea-
tionis non repugnat sibi esse post non esse: ita in
alio instanti post instans creationis. non repugnat
sibi idem esse post idem non esse: igitur sicut in instā
ti creationis potest creari post non esse: ita in alio
instanti potest creari post anihilatum esse. ¶ Ter-
tio sic. sit aliquid creatum durans per tria instantia
A. B. C. illud erit idem ⁊ numero vnum in tribus
illis instantibus: planum est: vel in diuersis parti-
bus temporis. sicut angelus est idem hodie qui fuit
heri ⁊ erit cras. Cum igitur idētitas ei ad seipsam
in. a. et in. c. non dependeat a medio instanti puta
a. b. ſm aliquod agēs cause: vt patet possibile est: ⁊
non implicat cotradictionem aliquid idem numero
esse in. a. et in. c. dato ꝙ non maneat: nec sit in. b. sed
hoc habito possibile est idem numero posse redire:
postq̄ non fuit post esse. ergo ⁊c̄. ¶ Quarto sic di-
uersitas posterioris non arguit necessario diuersi-
tatem prioris: precipue quando posterius est essen
tialiter distinctum a priori. sed esse rei permanen-
tis est prius q̄ illa instantia plura: in quibꝰ manet:
et potest manere idem. vt patet. igitur non diuersi-
ficatur ipsuȝ esse in se: nec multiplicatur dato ꝙ in
illis diuersimode se habeat: sic ꝙ in primo et tertio
sit et in secundo instanti non sit: sed sicut si in omni
bus tribus esset vel maneret in tribus esse idem nu
mero et non plura: ita si tantum ponatur esse in pri
mo et tertio et non in secundo. potest igitur redire
idem numero in tertio instanti: qđ fuerat in primo:
postq̄ anihilatum fuit et simpliciter non ens in se-
cundo eadem enim potentia obiectiua est possibi-
le in illo instanti secundo: qua fuerat possibile ante
creationem sui. quare ⁊c̄. Ita ꝙ interruptio essen-
di vel desitio nō tollit identitatem: sicut patet. Ex
hoc potest concludi multo fortiori ratione ꝙ non
est impossibile: nec implicat contradictionem ali-
quid corruptum reparari idem numero: et resurge
re. Si enim possibile est de anihilato: multofortius
de corrupto siue toto: cuius aliqua pars relinqui-
tur: siue de formali parte vel de parte que in poten
tiam materie vel subiecti reducitur: et desinit esse:
vel saltem a materia separatur.
¶ Secundo probo: ꝙ resurrectio sit possibilis vir
tute diuina. omne quod est in se possibile non impli **2. ꝓbatō ꝓdictoꝝ.**
cans contradictionem: est possibile virtuti: que est
omnipotens. hoc dicit virtus omnipotens. quia di
cit virtutem: que potest in omne: quod non impli-
cat contradictionem. sed resurrectio est in se possi-
bilis: vt probatum est. et virtus diuina est omnipo
tens: sicut dictum est in primo. ergo ⁊c̄.
¶ Secūdo sic omne possibile est alicui virtuti pos-
sibile. sed omne possibile cuicunq̄ virtuti actiue
est possibile virtuti diuine eminenter continēti om
nem aliam. ergo ⁊c̄. Cum igitur resurrectio sit pos
sibilis simpliciter in se: oportet ꝙ virtuti diuine sit
possibilis. ¶ Tertio sic omne non implicans con-
tradictionem est possibile virtuti infinite sȝ virtus
diuina est infinita. ergo ⁊c̄. Dico igitur: ꝙ per mo
dum qui dictus est: et apparet ex premissis resurre
ctio simpliciter est possibilis: et virtute diuina po-
test aliquid idem numero resurgere. quicquid sit de
virtute nature. Hec de secundo articulo ꝑncipali.

¶ Quantum ad tertium arti

Reparatio cuiuscunq̄ entis an possibilis ꝟtute diuina sicut resurrectio eiusdē nūero 1. opinio.
culum est opinio aliquorum: ꝙ deus licet possit ali
qua numero eadem reperare: non tamen omnia.
Non enim scđm eos potest eundem motum nume-
ro reparare: nec aliquid etiam per motum. Simili-
ter etiam nec aliquam mutationem instantaneam
puta generationem vel illuminationē ⁊ huiusmo-
di. ¶ De motu autem probant sic. continuitas mo
tus est vnitas eius. ergo impossibile est: ꝙ motus
interruptus sit idem et vnus. sed motus interrum-
pitur desinendo esse. ergo impossibile est: quod idē
numero reparetur. ¶ Secūdo sic. qua ratione mo-
tus posset reparari vel pars eius: eadem ratione
tempus vel pars eius. quia tempus vel est idem ꝙ
motus: vel necessario ipsum concomitatur. Nō est
enim dare motum sine tēpore: nec tempus sine mo
tu sexto phisicorum. Sed tempus vel pars tempo- **6. phisic.**
ris reparari nō potest. q vel repararetur in tēpore
vel in instāti. Nō in instāti. q tempus non pōt esse
in instāti. nec in tēpore. q tunc duo tēpora vel due
partes tēporis possent esse simul. hoc aūt est impos
sibile. q ⁊ tēpus ⁊ motus sunt essentialiter successi
ui. Nec potest vna pars esse cum alia. In hoc enim
differunt a permanentibus. quare ⁊c̄. ¶ Tertio
sic motus est essentialiter successiuꝰ. sed natura suc
cessiuorum est ista: ꝙ quicquid preterijt. et fuit sub
tempore preterito: diuersum est ab eo qđ est sub tē
pore presenti: ⁊ ab eo quod futurū est. Alioqn eñ
idem posset manere sub tempore preterito presen-
ti ⁊ futuro. ⁊ sic esset ꝑmanēs: ꝙ est īpossibile. igit
impossibile est ꝙ idem motꝰ numero reparetur.

¶ Quarto sic. impossibile est quacunq; virtute: q̄ idem simul et eque per se moueatur motibus contrarijs. sed si motus vel pars motus posset reparari: sequitur quod idem posset simul moueri motibus contrarijs accendendo ad idem ⁊ recedendo ab eodem. verbi gratia moueatur aliquid ab. a. in. c. per medium. b. si potest reparari pars motus: que erat ab. a. in. b. durante alia que est. a. b. in. c. sequitur q̄ mobile simul accedet ad. b. secundum illam partem motus reparatam: et recedet ab ipso. b. secundum aliam partem motus durantem. hoc autē est impossibile. ergo ꝛc. ¶ De mutatione instantanea probant hoc sic si talis mutatio repararet aut hoc esset in tempore aut in instanti. Non in tempore. quia non potest esse in tempore: nec mensurari: sicut nec motus in instanti. Nec in instanti primo. quia aut in eodem instanti: in quo fuit primo aut in alio. Non in eodem. quia illud non est reparabile sicut nec tempus: vt p̄batum est supra per eos. Nec in alio. quia in alio instanti esse non potest. quod enī potest coexistere duobus instantibus in tempore: pōt coexistere tpi medio. sic autem esse nō potest de mutatione instantanea. ergo ꝛc. ¶ Secundo sic. omne illud quod deus potest reparare idem numero: potest conseruare per tempus idem numero. vt videtur. sed deus non potest conseruare mutationem instantaneam igitur nec reparare. ¶ Tertio sic omnis mutatio instantanea est terminus intrinsecus motus nec potest esse sine motu p̄uio: sicut nec punctus sine linea: nec indiuisibile sine diuisibili: nec instans sine tempore. sed motus non potest idem numero reparari. igitur nec talis mutatio: vt videtur. ¶ Quarto sic. si generatio posset eadem numero reparari in aliquo instanti. videtur: q̄ pari ratione in instanti corruptionis. sed hoc est impossibile quia idem simul generaret et corrumperetur ⁊ ita simul esset: ⁊ non esset. ergo ꝛc.

De mutatiõe in stãtanea

Opinio doctoris

¶ Sed his non obstantibus dico: q̄ tam motus q̄m mutatio et breuiter omne positiuum potest a deo reparari idem numero qđ prius ¶ Et hoc potest concludi per aliquas rationes superius positas in secundo articulo questionis. Nō plus enim quodcunq; positiuum implicat contradictionem q̄m ante post q̄m fuit et desijt esse: ⁊ ita vniformiter est possibile sicut prius: et ita potest itera to poni in esse sicut prius. ⁊ ista est ratio precisa sufficiens ad probãdum quare. ꝛc. ¶ Secunda ratio: quia omne positiuum aut est respectiuum aut absolutum. si absolutum: potest reparari si respectiuum potest etiam reparari: sicut terminus ⁊ fundamentum. ¶ Tertia ratio potest poni. quia non plus repugnat successum in tempore: vel instantaneo reparari in instanti q̄m permanenti reparari in euo. sed istud non repugnat. ergo nec illa.

Ad motiua. 1. opi. de motu.

¶ Ad motiua aliorum. Ad primum de motu dico: q̄ motus vnus bene est p̄tinuus infra se ipsum. Et similiter quelibet pars vna motus. sed non requiritur ad vnitatē eius q̄ p̄tinuetur ad aliū motum vel ad aliam partem motus. ⁊ ita siue vnitas motus sit sua continuitas siue non si repararetur idem motus repararetur continuus infra seipsum: sicut primo fuerat et idem ipse qui prius fuerat. nec interruptio illa essendi vel desitio tollit vel impedit identitatem vel vnitatem motus reparati ad seipsum: qui prius sicut nec in alijs vt probatum est in secundo articulo questionis. licet enim duo motus inter quos cadit quies media non sint vnus et idem motus: nec continuentur adinuicem: tamen vnus motus in se ipso continuus potest desinere esse: et idem numero reparari et continuus eadem cõtinuitate sicut prius: sicut etiam idem cõtinuum permanens vel eadem quantitas vt videtur. ¶ Ad secundum dico: q̄ motus et tempus vel partes istorū pari ratione possunt reparari. Quãdo dicis: q̄ tempus nec pars eius reparari potest. quia aut in tempore aut in instanti: dico q̄ ponendo tantum vnum tempus: sicut tempus non est in alio tempore: quo mensuretur: nec pars temporis vnius in parte alterius: qua mensuretur: sic etiam si repararetur tempus: nec totum tempus repararetur in alio tempore: nec pars temporis in parte alterius. et ita non essent plura tempora simul modo isto. Similiter etiam non reparararentur ista in instanti temporis: sicut nec sunt nec esse possunt in instanti temporis. sed tempus ipsum esset reparatum non mensuratum alio tempore: sicut nec modo. sed quid de parte priori eiusdem temporis: si repararetur cum posteriori. dico q̄ hoc est possibile. sed tunc dico: q̄ illa reparata ⁊ alia non essent actu partes vnius temporis: nec continuarentur adinuicem in vno tempore toto. Impossibile enim est partes temporis vnius continuatas esse simul et motus: cum sint essentialiter successiua sicut concludit argumentum. sed partes temporis disconti nuatas et non manentes actu partes possibile est esse simul. et tunc essent duo tempora non omnino disparata sed nata facere vnum tempus: si adinuicem continuarentur. Exemplum ponitur in quantitate permanente continua. manente enim vna linea totali ⁊ partibus eius adinuicem continuatis impossibile est naturaliter medietatem eius iuxta poni alteri. et tamen si diuidatur: possunt adinuicem iuxta poni. sic in proposito suo modo. Si vero ponantur plura tempora simul tunc non est impossibile totum tempus aliquod in alio tempore reparari: quo mensuretur: et partem eius in parte illius. ¶ Ad tertiū dico: q̄ natura successiui quod est motus talis est q̄ manente continuitate motus vel successione non interrupta quicquid fuit sub tempore preterito diuersum est ab eo: quod est sub tempore presenti vel futuro: sed si tempus idem reparetur vel pars eius: sicut est possibile et cum sua successione vel in sua successione quia aliter nō est possibile. Et non est inconueniens: q̄ motus vel pars eadem que fuit sub illo tempore: reparetur: ⁊ fiat presens: sed tunc illa pars non erit actu pars motus: nec manebit vnitas motus: sed erunt duo motus: sicut dictum est supra de tempore. Et ista precipue habēt locum si motus et tempus vel sint idem vel separabilia in esse. Si vero sint separabilia in esse quod videtur difficile de motu ⁊ tempore sibi correspondente saltem. quia tempus nō potest esse sine motu: tunc aliter posset dici: q̄ non oportet esse diuersam partem motus vel diuersum motum sub diuersis temporibus preterito presenti et futuro. sed sub omnibus istis posse esse idem motus pluries reparat⁹. ¶ Ad quartū dico: q̄ nō est impossibile virtute diuina saltem idem simul moueri ad. b. et ad. c. recedendo a. b. sicut declaratū est supra in vna questione de existentia vnius corporis in pluribus locis. Ita q̄ virtute diuina non est impossibile simul moueri motibus illis: dato q̄ sint contrarij. sicut nec est impossibile idem simul calefieri ⁊ frigefieri sicut dictum est alias in eadē questione. Vel diceretur: q̄ licet stante parte motus ab ipso. b. in. c. non possit pars prior ab. a. in. b. reparari: tamen illa cessante potest reparari. Et similiter tot⁹ mot⁹ in sua successiõe. Simile etiā dici potest aliquo modo ad secūdum ⁊ tertium argumentum: q̄ si aliquid concluderent: non tamen concluderent partem priorem tēporis impossibilē reparari simplicter et absolute: sed tantū modo stante alia parte: sic etiam q̄ continuarētur ille partes adinuicem: ⁊ essēt partes actu eiusdem motus: sicut superius dicebatur.

Ad motiua eiusd. 1. opi. de mutatione instantanea.

¶ Ad primum pro mutatione instantanea cuiuscunq; modi est generatio vel corruptio substantialis: quicquid sit de illuminatione quia non puto esse omnino simile de ambabus. Nā licet illuminatio sit in instanti: ⁊ non duret nisi per instans: posset tamen stare per tempus si illuminās et illuminabile starent in eodem situ ⁊ dispositione et ideo licet de facto solt instanti coexistat propter motum ⁊ variationem illuminantis vel illuminabilis: est tamen nature permanentis et euiterna. sicut dato q̄ angelus non esset nisi per vnum instãs. de generatione autem est hoc impossibile: q̄ tempori coexistat. Et quicqd sit de hoc dico: q̄ est possibile eandem mutationem instantaneam reparari. Quando dicis: aut in tempore aut in instanti. dico q̄ nō in tempore: sed in instanti. quando dicis aut in eodem aut in alio. dico: q̄ si mutatio instantanea et instans sunt idem vel inseparabilia: oportet q̄ in eodem instanti sit reparabilis: in quo prefuit. et dico q̄ illud est reparabile sicut et tempus potest igitur in eodem instãti reparari ꝑm istã viã: que ponit proprium tempus cuiuslibet motus et proprium instans cuiuslibet mutationis. Similiter etiam potest reparari in alio instanti communi quecunq; via detur. quando dicis q̄ non quia tūc posset coexistere tempori intermedio dico: q̄ non oportet. quia non potest coexistere duobus instantibus diuersis nisi interrumpatur ⁊ desinat inesse: et sit non ens in tempore medio: sicut permanentia possunt coexistere diuersis instantibus et tempori intermedio. quia sine interruptiõe ⁊ desitione essēdi. Non est igitur inconueniens: q̄ eadem mutatio prius existens coexistat vni instanti communi: ⁊ postea reparata coexistat alteri: et non tamen coexistat nec coexistere possit tempori intermedio ratione iam dicta.

¶ Ad secūdū dico: q̄ deꝰ ly possit causare vel reparare mutationem talem in instanti: non tamen potest eam conseruare per tempus sicut nec potest facere motum in instanti non propter impotentiam fui: sed propter repugnantiam effectus et implicationem contradictionis ex parte effectus. Jam enī esset instantanea et non instantanea: sed permanēs vel successiua: quod est contradictio. ¶ Ad tertiū dico: q̄ mutatio instantanea non est terminus intrinsecus motus: sicut probatū supra de alteratione et generatione nec se habent ista sicut linea et punctus vel instans et tempus: vt dicit argumentum. Et dato q̄ sic esset: adhuc sicut dictum est supra motus potest reparari idem numero. ideo non concludit. Non tamen sic est: sicut ymaginatur argumentum. sed motus et mutatio instantanea ad quam ordinatur vt alteratio et generatio sunt due mutationes disparate omnino alterius rationis: quarum vna intrinsece non pertinet ad altam. sed vna potest poni absolute et reparari et indifferenter sine alia virtute diuina saltem. et ideo non est simile de linea et puncto vel instanti et tempore: si sint inseparabilia: sicut supponit argumentum. tamen si punctus diceret aliquid positiuum absolutum distinctum essentialiter a linea sicut indiuisibile a diuisibili: et similiter instans se haberet ad tempus: dico q̄ punctus posset poni ⁊ reparari virtute diuina sine linea et econuerso. Et similiter instans sine tempore et econuerso. ¶ Ad quartum diceretur q̄ licet deus posset reparare eandem generationem in aliquo instanti: non tamen in instanti corruptionis sibi oppositi. In hoc enim contradictio implicatur scilicet q̄ idem simul generaretur et corrumperetur esset et non esset: sed in alio instanti post instans corruptionis: et sic nulla contradictio implicatur. Aliter diceretur licet minus euidenter q̄ supposito generationē distingui essentialiter ab esse rei generate: sicut etiam corruptio non est essentialiter idem nec esse rei nec non esse. quia quando corruptio ponitur ipsum esse destruitur. Similiter etiam non esse dicit negationem vel priuationem. sed nullum positiuum cuius est corruptio est idem essētialiter negationi precipue manenti post ipsum supposito etiam q̄ generatio sit prior naturaliter ipso esse generati. et similiter corruptio ipso non esse. quia sunt aliquo modo cause istorum vel quasi deus posset facere generationem alicuius in materia dato q̄ generatum non esset: ⁊ pari ratione et multofortiori ipsam corruptionem simul cum generatione: ita q̄ ambe essent in materia ipso generato non existente vel etiam existente. et non oporteret idem simul esse et non esse: nec sequēretur aliqua cõtradictio. Et ita in instanti corruptionis posset deus facere vel reparare generationem: vt videtur. ¶ Contra istam solutionē tamen videtur esse q̄ saltem simul possint stare contradictoria. quia quecunq; mutationes instantanee possunt simul stare in eodem instanti: et termini earum. quia mutatio instantanea simul est: vel potest esse cum suo termino per se accipiente primo esse vel non esse. si ergo generatio et corruptio eiusdem possunt simul stare sequitur q̄ esse et non esse eiusdem possunt simul stare. hoc autem est impossibile quare ꝛc. Teneo me in prima cõclusione. Hec de tertio articulo principali.

Ad rões principales.

¶ Ad primum principale dico: q̄ resurrectio nō implicat cõtradictionē. Quãdo dicis: q̄ surrectio est idem cum surgente. dico q̄ verum est: si surrectio sit creatio passiua vel recreatio. non autem si sit generatio. Quando dicis vltra: q̄ surrectio secunda non est eadem cum prima. dico q̄ surrectio que est eadem cū surgēte: est eadem primo et secundo. Hec est ibi ordo sicut inter essentialiter distincta: sed sicut inter distincta tantum scōm rationem et ex connotatis ita q̄ est eadem surrectio prima et secunda: que creatio

iterata. nisi em̄ esset eadē nō diceretur ꝓprie iterata: sed vna alia noua. Similiter etiā de surrectiōe que est gn̄atio vel regeneratio. que nō est de nihilo. dico ꝙ pōt esse eadē. qꝛ eadē gn̄atio reparari pōt. Cū dicis ꝙ nō. qꝛ creatio ꝛ recreatio actiua: ꝛ similiter generatio actiua ꝛ regeneratio nō sunt eedē actiones vel eadē actio. dico ꝙ creatio ꝛ recreatio vel resuscitatio de nihilo sunt eadē in actu q̄tū ad totum illud positiuum: qđ dicunt scꝫ velle diuinum efficax: quo vult idē esse pro diuersis instātibꝰ successiue: ꝛ produci de nihilo. Similiter etiā generatio ꝛ regeneratio actiua si sint a deo immediate. qꝛ nō dicunt nisi velle diuinum vel etiā si dicāt in generāte creato respectum realē: dico ꝙ pōt esse idē creatus a deo in illo generāte nō cōcurrente agēte creato ad cōcreandū illum respectū vel ad reiterandum: nisi forte natura possit idē numero reparare. de quo tn̄ dicetur in secunda questione. Preterea dicereꝭ ꝙ licet generatio actiua ꝛ regeneratio vel resuscitatio per generationē essent diuerse: non tn̄ oporteret: ꝙ generatum ꝛ regeneratum vel reparatum essent diuersa. diceretur em̄ ibi: ꝙ idē terminꝰ nunc ꝛ alias potest terminare diuersas actiōes vel productiones totales: licet nō simul sed successiue.

ota. Nō curo de hoc multū. ¶ Ad scđm dico: ꝙ interruptio essendi vno modo pōt intelligi inter aliqua realiter distincta. ꝛ tunc dicit diuersitatē vel separationē vniꝰ ab altero in essendo: sicut dr̄ esse interruptio inter duas partes linee: qn̄ discōtinuātur ꝛ isto modo interruptio necessario arguit diuersitatem interrupti in partibus suis vel partiū eius et alietatem: ꝛ tollit identitatē: sicut etiā alietas suo modo qꝛ ip̄m necessario cōcomitatur alietas et sic nō acccipitur interruptio in ꝓposito: de qua tamē currit argumētum. Alio modo accipiꝭ interruptio alicuius ſm esse pro desitione essendi increati: qua duo instātia vel tēpora in quibus ponitur idē esse primo ꝛ scđo. Et isto mō nō tollit identitatē illius esse p̄mo ꝛ scđo: sed bene tollit identitatē illiꝰ instātis medij vel tēporis: in quo ponitur nō esse ab illo primo instāti ꝛ tertio: in quibꝰ poniꝭ esse. Nec esse primo vel scđo distinguntur etiam ſm se quasi duo esse: sed tantū ſm rationē ꝛ habitudinē ad duo instātia vel tēpora: in quibus est idē esse vel si idē instans simul repararetur: sic ꝛ idem esse tunc nō per cōparationē ad diuersa sed magis ad intra nisi forte ad alia possibilia. ¶ Ad tertiū de motu ꝛ mutatione pꝫ: ꝙ possunt reparari: ꝛ quid dicendū sit ad argumētum. ¶ Ad quartū dico: ꝙ deꝰ nō pōt facere preteritū nō fuisse: sicut nec presens nō esse cōiunctim accipiēdo: ita ꝙ simul sit presens ꝛ nō sit: simul fuerit ꝛ nō fuerit. Similiter etiā nec futurū nō fore. hoc em̄ esset facere cōtradictoria. Et hoc bene priuatur deꝰ nō ꝓpter impotētiā sui sed propter repugnātiā effectꝰ intelligēdo tn̄ hoc: sicut dictū est in p̄mo. sed pōt facere ꝙ aliquid qđ fuit/sit iterū: nō ꝙ nō fuerit: sed qđ modo sit in tēpore presenti siue idē tempus reparetur: ꝛ fiat presens: siue nō modo supradicto. nec ad esse modo in presenti sequiꝭ nō fuisse: sicut patet manifeste. qꝛ heri fuisti. et tn̄ tu idē es hodie ꝛ modo in presenti. vnde non seq̄tur: tu es modo presens. ergo heri ꝛ prius nō fuisti et tu idē qui es hodie eris cras cessante isto p̄senti tempore. ꝛ isto modo non est inconueniens immo necessariū presens fuisse vel fore sub sensu diuisonis ꝛ idem aliqn̄ fuisse in preterito ꝛ esse in p̄senti et fore in futuro siue interrūpatur esse siue non.

¶ Distinctionis quadragesimetertie.
Questio Secunda.

SEcūdo q̄ro vtrū possibile sit per ꝟtutē nature seu agētis naturalis aliqđ idem numero reparari. ¶ Videꝭ p̄mo ꝙ nō ꝑ philosophū quinto phisicorum vbi dicit: ꝙ sanitas corrupta non redit eadē numero. sed si posset redire eadem: videtur ꝙ rediret. ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic. phūs scđo de generatiōe in fine dicit: ꝙ quoꝝ substātia deperit: nō possunt redire eadē numero. sed hoc non est verum nisi loquēdo de virtute nature. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic illđ qđ maxime est in potestate nature est motus. qꝛ natura est p̄ncipiū motꝰ. ij. phisicoꝝ. sed motus nō potest redire idem numero per naturā. qꝛ cū natura nō agat nisi ꝑ motū vel mutationē: si ip̄a repararet motū: repararet ip̄m ꝑ aliū motū ꝛ ita motus esset motꝰ vt termini: cuiꝰ oppositum ꝓbaꝭ. v. phisicoꝝ. ergo nō pōt repare eūdē motū vel mutationē. et cū nō agat nisi ꝑ motū ꝛ mutationē: sequiꝭ: ꝙ nihil aliud etiā possit repare idē numero quod priꝰ.

ij. ð gnā.
ij. phisic.

¶ Contra. natura nō est minꝰ potēs post corruptionē alicuiꝰ q̄ ante. qꝛ per corruptionē effectꝰ nihil tolliꝭ de ꝟtute agentis. sed ante poterat effectū de materia ꝓducere. igiꝭ ꝛ post corruptionem in eundē pōt. et per ꝯn̄s potest eundem effectum numero reparare.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo ponā tres modos dicēdi de ista questione cum motiuis eorum. ¶ Secundo arguam contra eos: et soluam ad motiua eoꝝ. ¶ Tertio respōdebo aliꝭ ad q̄stionē. ¶ Vltio ad rōes p̄ncipales.

Platōis opinio.

¶ Quātum ad primū articu. fuit vna opinio platonis quā recitat aug. xij. de ciuitate ca. xiiij. de magnis: ꝙ oīa aliqn̄ reuerteꝭ aliqn̄ eadē ꝑ naturā scꝫ āno magno cōpleto expletis scꝫ 36. milibus annoꝝ. Tūc em̄ erit cōpletꝰ motꝰ octaue spere vel celi stellati: quod moueꝭ in cētū annis vno gradu ſm ptholomeū. sunt autē in eo tricenti. lxvj. gradꝰ qđ patꝫ per zodiacū: in quo sunt. xij. signa: quorum quodlibet habet. xxx. gradus in longitudine ꝛ. xij. in latitudine ꝛ tali motu completo redibunt eadē actiua que prius: ꝛ eadem passiua vniformiter disposita: ꝛ per ꝯn̄s redibunt per naturam ijdem effectus numero: qui prius fuerunt. vnde ꝛ plato dixit seipsum tunc iterum fore eundem numero: ꝛ lecturum in eisdem scholis eādem lectionem ꝛ eisdē scolaribus: quam et ipse tunc legebat. Tunc em̄ redibunt omnia corpora celestia ad eundem situm: in quo aliqn̄ fuerūt. qꝛ octaua spera cōpleuerit tūc motum suum: quo mouetur vno gradu in centum annis ꝯtra motū diurnum. ꝛ alia corpora cōformiter. Et sic cum effectus nō dependeant nisi ex actiuis et passiuis. vel saltem istis positis possint poni idem effectus: sequitur ꝙ omnia eadē numero per naturam reuertentur.

2. opinio p̄ori aduersa.

¶ Secūda opīo est tota ꝯtraria isti ꝙ nihil oīo p̄t reuerti idē nūero ꝑ naturā seu ꝟtute agētis nālis. Et fundā se isti ī auctoritatibꝰ arist. supiꝰ allegatis in p̄ncipio q̄stiōis.

Rōes. 2 opiniōis

¶ Adducūtur ad hoc aliq̄ rōnes p̄ter illā q̄ adducta est in p̄ncipio q̄stiōis. Prima est ista. A p̄uatione nō est reditꝰ in habitū ſm naturā: nec posset eē vt dr̄ in p̄dicamētis. sꝫ ꝑ corruptionē deduciꝭ materia ab habitu ad p̄uationē: puta a forma ad p̄uationē: igiꝭ ꝑ naturā nō pōt reduci ad eādē formā. ¶ Scđa rō. natura nihil pōt facere nisi de potētia materie vel subiecti. sꝫ in materia vel subiecto non manet eadē potentia ad formā post corruptionē: q̄ erat in ea ante gn̄ationē. p̄mo qꝛ in corruptiōe materia dispergiꝭ: ꝛ nō manet eadē: ꝛ ꝑ ꝯn̄s nec eadē potētia. scđo qꝛ aduenientе forma ꝑ gn̄ationē desinit potētia: ꝛ ampliꝰ nō est. agēs aūt naturale non pōt repare potētiā materie. qꝛ ip̄am p̄supponit. ergo ꝛc. ¶ Tertia rō. Illud qđ est limitate ꝟtutis ad sic agēdū aliq̄d ꝛ nō aliꝭ: pari rōe ē limitatū ad semel agēdū idē ꝛ nō alias. sꝫ agēs naturale limitatū est ad sic agēdū puta de subiecto. igiꝭ ad semel agēdū idē. sicut etiā ad certos ꝛ determinatos effectꝰ: ita ad certū modū. Si em̄ alias vel alia vice posset reparare ꝛ pluries pari rōe infinities: q̄tū eēt ex pte sua. ꝛ sic esset ꝟtutis illimitate ꝛ vt videꝭ infinite. hoc aūt repugnat agēti creato. ¶ Quarta rō. Si natura posset idē numero repare: illa potētia esset frustra. qꝛ natura nunq̄ reparauit: nec repabit idē numero. Siſr etiā videꝭ ꝙ ip̄a aliqn̄ idē nūero repararet. qꝛ ex īpetu agit ꝛ nō libere: ꝛ sic etiā ꝙ resurrectio alicuiꝰ seu resuscitatio nō esset miraculosa. Ista aūt sunt falsa. ergo ꝛc. ¶ De motu ꝛ tpe ꝛ actiōe aliq̄ vel mutatiōe ꝙ nō possit eadē nūero reparari ꝑ naturā ꝓbāt sicut ꝓbatū est supra ī p̄cedēti q̄stiōe ꝙ nec deꝰ pōt ista repare. Et vltra arguiꝭ cū natura nō possit eandē actionē recreare: nec per ꝯn̄s pōt eūdē terminū actiōis repare. Multiplicato em̄ p̄ori essentialiꝭ ad qđ depēdet alterū: necesse est posteriꝰ multiplicari. Actio aūt ꝓductiua est prior naturaliꝭ ip̄o termino: sicut causa est p̄or effectu. ꝛ iō nulla forma eadē: nec aliq̄s terminꝰ actionis naturalis agētis pōt idē nūero repari: sꝫ necessario multiplicanꝭ termini actionū sicut ꝛ ip̄e actōnes. Et in ista rōe vidētur se fundare aliq̄ plusq̄ in alijs. q̄ tn̄ ponūt ꝙ deꝰ ꝑ motū ꝛ mutationem potest aliquid idem numero reparare ꝛ eundem motum vel mutationem: licet natura neutrum possit.

3. opinio cum suis rōnibus.

¶ Tertia opinio est media: ꝙ saltē aliqua p̄nt eadē nūero ꝑ naturā reparari ꝛ si nō oīa forte. Qn̄ aūt aliq̄ possint redire: ꝓbaꝭ ꝑ aliq̄s rōes: q̄ ꝯcludūt ita bn̄ de oībꝰ sicut de aliq̄bꝰ corruptis: ꝙ ip̄a possint eadē nūero redire: q̄ ponētur inferiꝰ in tertio articulo q̄stiōis ꝛ adduciꝭ vna qꝛ natura nō est minꝰ potēs q̄ ars. sꝫ ars pōt idem artificiatū numero repare. igiꝭ natura pōt aliquid idē nūero repare. Minor ꝓbaꝭ de archa q̄ reparaꝭ eadē ex eisdē lignis ab artifice. ergo ꝛc. ¶ Scđa rō. qꝛ respectu aliquoꝝ effectuū pōt haberi idē agens qđ prius ꝛ eadē materia vel subiectū. sed ista sufficiūt ad idētitatē effectꝰ: nec req̄riꝭ idētitas tpis. qꝛ tps nō est causa effectꝰ ꝑ se. Qđ aūt illa sufficiāt: videꝭ dicere phūs. 8. metha. q̄re ꝛc. Qđ aūt nō oīa videꝭ. qꝛ natura nō pōt eūdē motū vel mutationē vel actionē vel tps idē repare: vt videꝭ: ꝛ si deꝰ hoc possit hꝫ aliq̄s: sicut ē supra dictū. Iste sūt tres opiniōes de q̄stione. Et hec de p̄mo articulo p̄ncipali.

ꝯ. 1. opi. vꝫ platonis.

¶ Quantum ad secundū articulū arguo ꝯtra p̄mā opinionē. p̄mo sic accipiēdo oppositū p̄ncipij eoꝝ. nō reuertēte eadē dispositiōe actiuoꝝ vel eodē situ nō reuertiꝭ idē effectꝰ. sꝫ dato ꝙ magnꝰ annꝰ ille. 36. miliū ānoꝝ impleaꝭ adhuc nō reuerterenꝭ: ꝓpꝭ hoc orbes planetarū necessario ad eundē sitū q̄tūcūq̄ celū stellatū vel octaua spera ad eūdē sitū reuerterēꝭ. Nō em̄ ꝯformiꝭ ꝛ regulariꝭ vel ꝓportionaliꝭ moueꝭ orbes planetarū q̄tū ad hoc cū octaua spera. ergo ꝛc. ¶ Scđo sic. illđ p̄ncipiū qđ accipit ptholomeꝰ de motu octaue spe dubiū est. Nā ſm thebith octaua spera nō sic moueꝭ ab occidēte ī oriētē ſm lōgitudinē ī cētū ānis vno g̃du. qꝛ tūc aliqn̄ foret in p̄ncipio cācri. ꝛ iō ponit motū octaui celi. s. stellati eē in q̄busdā paruis circulis descriptis sup p̄ncipia arietis ꝛ libre none celi. ꝛ ille est q̄dā motꝰ accessꝰ ꝛ recessꝰ ſm ꝙ p̄ncipiū arietis mobilis ī suo circulo ascēdit. ꝛ ꝑ oppositū caput vel p̄ncipiū libre mobilis in suo circulo descēdit ꝛ alias ecōuerso capite arietis descēdēte caput libre ascēdit. ꝛ sic moueꝭ stelle ī octauo celo ſm lōgitudinē ꝛ latitudinē siſr. Si igiꝭ ille motꝰ ꝓbareꝭ in aliq̄ tpe cōpleri: adhuc nō possēt oēs alij orbes ī pūcto illo redire ad eūdē sitū quē pꝰ hūerūt in p̄ncipio illiꝰ motꝰ celi ī paruis circulis. ꝛ iō adhuc īpedireꝭ ꝓpositū eoꝝ. ¶ Tertio sic qꝛ dato ꝙ reuerterenꝭ eadē actiua ex pte corporū celestiū in eodē situ: nō tn̄ ꝓpꝭ hoc reuerteretꝭ materia vniformiter disposita sicut priꝰ: sꝫ posset hr̄e aliq̄ materia aliū sitū ꝛ aliū aspectū ad celū q̄ priꝰ ꝛ hoc ꝑ diuisionē alicuiꝰ corpis seu materie vel ꝑ motionē ab aliq̄ agēte p̄cedēte. q̄re ꝛc. ¶ Quarto sic. aut mūdus est eternꝰ aut nō. si est eternꝰ: seq̄tur ex illa positione ꝙ q̄dlꝫ qđ est aliqn̄: alias fuit. imo infinities fuit. Et ꝙ siſr nostrū adiscere nō sit nisi quoddā reminisci. qꝛ q̄cq̄d adiscit aliq̄d vel scit: alias sciuit. Si est nouꝰ a pte ante ꝛ eternꝰ a pte post: idē incōueniēs seq̄tur ꝓ futuro. ergo ꝛc. ¶ Quinto qꝛ manifeste videmꝰ in actibꝰ humanis ꝛ depēdētibꝰ a libero arbitrio: ꝙ quōcūq̄ celū se habeat: nūq̄ tn̄ effectꝰ causabiles ꝑ tales actꝰ ponunꝭ. Nec hꝫ celū directe causalitatē sup actꝰ liberi arbitrij: sicut patꝫ de oībꝰ artificiatis: vt de cultura terraꝝ: de edificatione domorū vel ciuitatū vel castrorū. Nunq̄ em̄ celum causat ista ꝛ hmōi. igiꝭ dato ꝙ celum reuertatur in eodē situ: nō tn̄ ꝓpter hoc talia reuertētur. vnde quod dicit plato de illa schola ꝛ lectione sua: fuit vnū nihil dictu. Modo em̄ schola sua destructa est forte. quero quis tunc reparabit eā? Et planum est ꝙ non reparabitur a celo. dato ꝙ reuerteretur ad eundem situm: ꝛ eadem materia eiꝰ reuerteretur.

ꝙ hec opinio. 1. ē erronea et ꝯ fidē

¶ Unde dico ꝙ ista positio est ꝯtraria rōi per auctoritates positas ab Aug. Scđo dico ꝙ est falsa ꝛ erronea ꝯtra fidē ꝛ scripturā. vnde ꝛ contra eā arguit Aug. vbi supra ꝑ illđ ad Ro. vj. Christꝰ resurgens ex mortuis iam non moritur ꝛc. et per illus prime ad Thessalo. iiij. semper cum dn̄o erimus. ꝛ ꝑ illud. psalmi. tu aūt dn̄e seruabis nos: ꝛ custodies nos a gn̄atione hac ineternum. Et adducit vnā ꝯgruētiā de btītudine. qꝛ ſm illū circulum aīa nō esset beata aliqn̄. Esset em̄ redditura semꝑ ad miserias ꝛ penalitates quas habuit aliqn̄ in corpe

August.

et tūc dum btā est : aut credit se nūq̄ redditurā ad eos: ⁊ tunc falsa opiniōe btā est. aut credit se redditurā. ⁊ sic timet: ⁊ dolet qđ est ꝯtra rōnem beatitudinis. Et ideo ꝯcludit ibidē Aug. ꝯtra ponētes illā positionē : ꝙ in circuitu impij ambulāt ponētes scʒ talē circulū. Et rn̄det ad illud ecclesiasti. p̄mo nihil sub sole nouū q̄d est qđ fuit : ⁊ cetera similia. que ponūtur ibi. q̄ vidētur sonare ꝑ illa positiōe dicens. Absit vt hijs salomonis verbis illos circuitus significatos esse credam⁹. Sed vel generaliter accipiēdū est eadē p̄cessisse: q̄ erūt nō eadē numero ve aliq̄ sic intellexerūt tanq̄ in predestinatione diuina iam facta fuisse oīa sapiēs voluisset intelligi. et ideo nihil sub sole nouū. Ad motiuum illius erroris patet ꝙ non cōcludit intentum.

ꝯ.2.opi. ¶ Contra secūdā opinionem ꝙ nihil idē possit redire per naturā. arguo reducēdo rōes ei⁹ ad oppositū. Nō min⁹ ꝯtinetur in virtute agētis naturalis habitus post corruptionē q̄ ante gn̄ationē. ꝓbatio. q̄ eadē virt⁹ manet post ⁊ āte. ꝗ sicut in ꝟtute sua ⁊ i p̄tāte sua est ꝓcessus ab habitu ad p̄uationē: ita ecōuerso a p̄uatiōe ad habitū sicut p̄mo ita ⁊ scđo. ¶ Secūdo. q̄ diceres: ꝙ nō manet eadē materia vel potētia post ⁊ ante: sicut tāgit in scđa rōne. Cōtra aliquid pōt corrūpi ⁊ materia vel subiectū nō dispergi sʒ manere eadē vel idē: sicut pʒ de luce in cristallo vel in vitro. Silr̄ etiā si includeret in vase materia vel corruptū q̄tūcūq̄ corrūperet: nō tñ materia dispergeret. Similiter saltē de⁹ posset cōseruare materiā eādē nō dispersam : ⁊ hoc presupposito nō videt rō q̄re agēs nō posset idē repare de illa. q̄ maneret eadē materia: ⁊ ꝑ ꝯn̄s eadē potētia. q̄ potētia est sua essentia: sicut dixi ⁊ ꝓbaui in secundo. ¶ Tertio sic. nō plus arguit in aliqua causa alteratione repatio eiusdē pluries vel ꝓductio ei⁹ possibilis etiā infinities successiue: q̄ ꝓductio alterius et alteri⁹ in infinitū successiue. ꝓbatio. q̄ aliq̄d q̄tūcūq̄ reparet : nō habet ex hoc aliq̄d ꝑfecti⁹ siue maius. sʒ plura talia faciūt aliq̄d mai⁹: vel sunt aliquid mai⁹: ⁊ si sunt eiusdē rōnis ⁊ pn̄t ꝯcurrere in eodē: pn̄t excedere illud. sʒ agēs naturale nō obstāte sua limitatiōe vel finitate pōt in infinitū si tātū duraret : ꝓducere aliđ ⁊ aliđ eiusdē rōnis sicut sol vel ignis aliū ⁊ aliū calorē. ꝗ vnū eūdē pluries ꝓducere vel repare: vt videt saltē hoc nō impedit limitatio agētis naturaliđ. ¶ Quarto. q̄ nulla est rō si agēs naturale pōt hoc. ꝗ facit aliq̄n: vel in ip̄o frustra est potētia. q̄ multa possunt fieri ⁊ possibilia sunt. q̄ nō fiūt. nec sequit potētiā esse frustra: sicut dicet infra. ¶ Quīto ꝯtra rōnē de motu ⁊ mutatiōe q̄ sicut ostēsum est supra : de⁹ pōt idē nūero reparare mediāte motu vel mutatiōe. igit agere ꝑ motū vel mutationē nō tollit ab agēte naturali: q̄n possit idē numero reparari. ¶ Preterea. q̄ de motu ⁊ mutatione est eadē q̄stio: q̄re nō possit repari: sicut de alijs nec hoc ꝓbāt alit nisi sicut ꝓbatū est per eos in precedēti questione: ꝙ hoc sit deo ip̄ossibile. Ad quoꝝ tamen rationes superius est respōsum. Unde fugere ad motū vel mutationē est omnino subterfugere difficultatem questionis.

Ad rōes ꝯ.2. opi. ¶ Ad primum ergo ipsoꝝ de p̄uatiōe ⁊ habitu dico: ꝙ nō apparet rō : q̄re naturalit mediate vel īmediate non sit possibilis regress⁹ a p̄uatiōe ad habitū post corruptionē: sicut fuit ꝓgressus ante gn̄ationē ⁊ lʒ hoc dicat aristoteles scʒ ꝙ nō sit possibile: hoc tñ nō demōstrat. ¶ Ad scđm dico breuit: ꝙ manet frequēter vel saltē manere pōt eadē potentia materie vel subiecti q̄ prius: sicut eadē materia vel idem subiectū. q̄ ista potētia q̄ est p̄ncipiū receptiuū quo īmediatū non est nisi natura materie vel subiecti. Qñ dicis: ꝙ adueniēte forma desinit esse potētia. falsū est sicut nec desinit esse subiectū vel materia. sʒ ꝑficit potētia. verū est tñ ꝙ cedit negatio vel p̄uatio: que cōcomitat materiā vel subiectū ante aduentū forme. Si dicas nō est eadē p̄uatio post ⁊ ante. ꝗ nec eadē potētia. Dico: ꝙ nō apparet rō quare nō sit eadē p̄uatio vel negatio post ⁊ añ respectu eiusdē forme. ⁊ quicq̄d sit de hoc : tñ est eadem potētia post ⁊ ante. nec oʒ ipsam variari ad varitationem priuationis: sicut ad variationē formarū. pri⁹ eñ nō oportʒ variari ad varitionē posterioris. ¶ Ad tertiū dico: ꝙ ad hoc nō est limitatū agēs naturale: sicut ad agere ex se de materia vel subiecto. ¶ Ad quartū diceret ꝙ lʒ agēs naturale libere nō agat: sed ex īpetu: ⁊ posset idē numero reparare: si cooperaret sibi de⁹: ⁊ influeret ad hoc: nō tñ reparat idē numero. nec de⁹ ordinauit sibi cooperari ad hoc. sed hoc sibi soli reseruauit ex causa rōnabili quā ipse nouit. Nec sequit potētiā talē esse frustra: licet nūq̄ vtatur tali potētia ad reparādum : sicut nec in beatis frustra ponet potētia gn̄atiua: lʒ nūq̄ vtātur tali potētia. Est eī ad ꝑfectionē subiecti et habētis eā. Silr̄ etiā pōt dici: ꝙ agēs naturale pōt exire in actū aliquē illi⁹ potētie eiusdē ratiōis cū actu reparādi scʒ in actū ꝓducēdi p̄mo ad quē vult cooperari creature ip̄e de⁹. ⁊ ita non frustra. et iste actus eiusdem rationis est sicut esset act⁹ reparandi idem si poneretur: sicut suo modo eiusdem rōnis est act⁹ creandi ⁊ recreādi vel reparādi idem per creationē immo simpliciter idem actualiter.

¶ Cōtra tertiā opinionē dico: ꝙ nō apparet rō q̄re debeat de aliq̄b⁹ ꝯcedi ⁊ de alijs negari. ꝯ.3.opi. sʒ q̄cūq̄ rō ꝯcludit: ꝙ natura possit aliq̄d positiuū destructū de materia vel subiecto repare in quā vel in qđ reductū est: ita ꝯcludit de q̄cūq̄: vt pʒ ītuēti siue illđ sit absolutū: siue respectiuū siue termin⁹: siue via in terminū: siue mutatio siue mot⁹ siue tp̄s. Sicut eñ natura p̄mo p̄t in qđlibʒ istoꝝ: ita ⁊ scđo: vt videt. ¶ Secūdo ꝑ rōnē eoꝝ. si eñ arca numero eadē reparat ꝑ artē: ⁊ tñ formale in ip̄a nō est nisi respect⁹ ꝑtiū vel ordo adinuicē: videt pari rōe ꝙ natura de subiecto vel materia possit repare qđcūq̄ siue respectiuū siue absolutū de materia vel subiecto de q̄ vel de qua ip̄a sunt causabilia. ¶ Tertio. q̄ si sufficit materia eadē vel subiectū ⁊ efficiēs ad reparandū aliq̄d idē nūero de materia vel subiecto: pari rōne ad repandū oē aliđ causabile de ma̅ria vl̄ subiecto a natura: siue illđ sit mutatio vl̄ mot⁹: ⁊ ꝑ ꝯn̄s tp̄s siue sit absolutū siue respectus sup ip̄o fundatus.

Ad motiua 3.opi. ¶ Ad motiua q̄ eoꝝ adducta in p̄cedēti q̄stione dico: ꝙ nō ꝯcludūt ꝯtra agēs nāle: sicut nec contra deum. Ad vnum tñ qđ spālit tangitur in precedenti opinione de multiplicatiōe actionis: ꝙ natura nō pōt reparare eādem actionē : nec per ꝯn̄s eundē terminū actionis. q̄ multiplicato vel diuersificato p̄ori: multiplicatur vel diuersificatur posterius. Dico: ꝙ nō est ꝓbatū: quin natura possit eandem actionē reparare. sed idē est iudiciū de actione sicut de alijs. Et p̄terea etiā diceretur: ꝙ non oportet multiplicato vel diuersificato priori s̄m diuersa successiue se habentia ad posterius diuersificari vel multiplicari. vnde ⁊ eiusdē termini pn̄t esse diuerse actiōes ꝓductiue totales successiue tñ vna hodie ⁊ alia cras ⁊ iterū ip̄m ꝓductum desinat eē: sicut etiā ipsimet dicūt ꝯtra scđam opinionē p̄cedētis q̄stiōis: ꝙ plures mutatiōes ad eūdē terminū absolutū successiue pn̄t termiari. vnde dicūt: ꝙ lʒ de⁹ nō posset eūdē motū vel eādē mutationē repare: tñ posset aliq̄d idē numero ꝑ motū ⁊ mutationē repare. nō curo tñ de hoc. teneo me in hoc: ꝙ nō est ꝓbatū: q̄re agens naturale nō posset eundē motū vel eādē mutationē seu actionē numero repare ¶ Ad rōnes vero quas adducūt isti: q̄ ars reparat eādē arcā numero de eadē materia. Dico ꝙ defacto ars nō reparat eādē arcā nūero q̄tū ad illđ qđ est formale in arca: posito ꝙ illđ sit respect⁹ vel q̄cq̄d aliđ positiuū. Nō eñ illđ reparat idē numero defacto: q̄cq̄d possit esse de possibili. Et iō lʒ ꝯclusio eoꝝ sit vera: tñ falsuʒ accipiūt ad ꝓbādū. ¶ Ad aliđ: ꝙ sufficiūt idē agēs ⁊ eadē materia: inferi⁹ hoc ip̄m appebit. Tñ si hoc valet ꝓ aliq̄b⁹: vʒ ꝓ oīb⁹: vt superi⁹ ē deductū. Hec de .ij. arti. p̄nci.

Opinio doct. de questiōe ¶ Quantum ad tertiū articulū videtur mihi dicēdū p̄mo: ꝙ nō apparet rō: q̄re natura nō possit idē nūero repare oē illud positiuū qđ pōt de materia vel subiecto aliq̄ causare. Immo videt: ꝙ hoc possit. Scđo. ꝙ lʒ possit: nūq̄ reparat aliq̄d idē numero. sʒ soli deo cōuenit hoc defacto ⁊ nulli creature. ¶ Primū ꝓbo p̄mo sic. sicut se hʒ agēs increatū vel de⁹ ad reparādū aliq̄d de nihilo: sic agēs naturale vel natura ad reparādū aliq̄d de materia vel subiecto : vt videt. sed agēs diuinū pōt illud : sicut ostēsum est ī p̄ma q̄stione. ꝗ ⁊c̄. Et ꝯcludit istud argumētū de oī causabili ab agēte naturali ex materia vel subiecto siue sit absolutū siue respectiuū. siue sit via siue terminus siue quicq̄d positiuū. ¶ Scđo sic. oē positiuū causabile de materia vel subiecto est in se repabile idē numero qđ pri⁹. Alioq̄n de⁹ nō posset ip̄m reparare. ⁊ sicut ē causabile de aliq̄ puta de materia vel subiecto: ita repabile de aliq̄ eodē: positis eodē passiuo puta materia vel subiecto ⁊ eodē actiuo vl̄ siīi equalēti. sicut eñ p̄mo fuit causabile a talibus causis ita positis eisdē causis cū nō depēdeat in aliquo nisi ex suis ꝑ se causis : repabile est ab eisdē. sʒ in ꝓposito pōt poni eadē materia vel subiectū vel aliqua pars ei⁹: siue conseruet ꝑ naturā: vt de igne incluso in vase vitreo nō poroso: si ibidē corrūpat: et gn̄etur aer ex ip̄o reseruat eadē materia nō dispersa: ⁊ pōt superuenire idē agens vel siīe seu equalēs: qđ prius gn̄auit ignem ex materia illa puta sol vel ignis vel aliq̄d tale: siue a deo ꝯseruet materia non dispersa. igit pōt gn̄ari iterato idē ignis: ⁊ haberi eadē actio: si sit idē agēs: vel saltē idē termin⁹ si sit aliđ equalēs: lʒ nō sit eadē actio: q̄ dicit respectum agētis ad passum. ¶ Si dicas: ꝙ scđo nō habetur eadē influētia supioris agētis cooperās agēti naturali. Nō curo. q̄ siīis sufficit. Silr̄ etiā si loq̄ris de diua influētia. dico ꝙ est eadē q̄ pri⁹: vel pōt cooperari agēti creato eadē actiōe: qua pri⁹. q̄ eodē velle suo. ¶ Si dicas etiā: ꝙ ad identitatē effectus nō sufficiūt idē actiuū ⁊ passiuū vel equalēs, sed aliq̄d aliud req̄rit puta identitas actiōis: q̄ nō pōt esse in ꝓposito. Cū eñ tp̄s est diuersum: actio aūt necessario est diuersa : q̄ est in diuersis tp̄ib⁹. v. phi. Dico ꝙ nō valet. nā nec actio eadē req̄ritur: sicut dictū est. vel dato ꝙ req̄rat ad hoc pōt eadem haberi: si ponat idē actiuū qđ prius ita bene sicut et termin⁹. Similit etiā idē tp̄s pōt iterato haberi sicut ⁊ idē mot⁹ vel dato ꝙ illa actio sit in diuersis tp̄ibus: ponendo tm̄ vnū tp̄s cōe: tñ nō oportet ꝙ sit diuersa: sicut nec termin⁹: lʒ defacto sit diuersa: sicut bene dicit ph̄s q̄re ⁊c̄. ¶ Tertio sic. aliqđ agēs puta aliqđ luminare stās pōt causare in aliq̄ subiecto aliquē effectū in a. ⁊ ꝯseruare ip̄m in. b. ⁊ c. idē numero manēs : sed identitas effect⁹ in a. et in c. in nullo depēdet ab ip̄o. b. instāti vel tp̄e. ꝓbatio. q̄ in nullo est ꝑ se causa ei⁹. igit posito ꝙ nō cōseruet vel causet in b. sed desinat ip̄m causare ⁊ cōseruare: adhuc poterit idē causare in c. ⁊ ꝑ ꝯn̄s idē numero reparare. ¶ Quarto sic. sicut videt possibilis aliqua repatio eiusdē numero absoluti de nihilo: ⁊ q̄ est necessario de nihilo: sicut repatio angeli: q̄ possʒ anihilari ⁊ repari: ⁊ nō nisi de nihilo: ita videt possibilis aliq̄ repatio alicuius: q̄ necessario sit de aliquo. sʒ illa nō ē nisi repatio eiusdē ab agēte naturali. q̄ de⁹ ⁊ lʒ possit aliq̄d reparare non tñ necessario reparat necessario de aliq̄: lʒ hoc possit. sed pōt de nihilo. ꝗ ⁊c̄. ¶ Videt igit mihi dicēdū breuiter: ꝙ oīe positiuū qđ natura pōt causare de aliquo: pōt idē ip̄m repare de eodē q̄tū est ex se sic ꝙ istud sibi nō repugnat suppositis aliq̄b⁹ ad hoc necessarijs: q̄ sūt simplicit possibilia: vt mihi videt. Resolutio.

¶ Scđo dico: ꝙ lʒ hoc sit possibile : nō puto tñ ꝙ vnq̄ fiat hoc ⁊ hoc. q̄ de⁹ sibi soli hoc reseruauit ⁊ ordinauit nūq̄ se cooperaturū ad hoc ipsi creature vel agēti naturali: ⁊ hoc s̄m aliquā legē sue sapientie: quā ipse nouit. ⁊ creatura in hoc obtēperat creatori: vt nūq̄ reparet aliq̄d idē numero. q̄ de⁹ sibi ad hoc nō cooperat: nec influit. ¶ Si dicas ꝙ de⁹ sic res administrat: vt eas suos mot⁹ agere sinat. Dico: ꝙ verū est in plurib⁹. nō sic aūt q̄tū ad aliquos mot⁹ ⁊ vt in paucioriq⁹. lʒ eñ posset in aliquos motus: nō tñ aliq̄n sinit eas de⁹ erūpere in tales mot⁹: vel exire in tales act⁹. Et dico: ꝙ nūq̄ in actū reparādi idē numero. ¶ Hec de tertio articulo p̄ncipali: in quo pʒ: ꝙ ⁊ quō natura pōt idem numero repare. ¶ Si q̄ras: quō angelus mouēs celū pōt p̄mā partē vel aliquā ptē p̄teritā sui mot⁹ reparare. dico ꝙ eodē mō de aliquo ⁊ de potētia celi sicut dicebat supra de deo: nec est ibi alia difficultas. No. has difficultates. ¶ Si q̄ras etiā : quō pater tu⁹ pōt te iterato gn̄are ⁊ mater tua ꝯcipere ⁊ h̄mōi. dico ꝙ possibile est sicut p̄mo. Si eñ moriaris: ⁊ corrūparis: p̄t eadē portio materie q̄ pri⁹ siue per naturā siue virtute diuina adaptari. ⁊ disponi in matre tua: vt adueniēte semine p̄ris eiusdē materie cui⁹ ⁊ prius: si materia spermatis ꝑtineat ad subām fet⁹ vel alteri⁹ materie: si nō ꝑtineat formet eodē mō naturalr corp⁹ tuū sicut p̄mo illis p̄suppositis ⁊ ip̄ʒ formet ⁊ a deo aīetur sicut pri⁹ q̄re ⁊c̄. ¶ Nec obstat: si dicas: ꝙ s̄m Dionysiū de diuis noīb⁹: ꝙ resurrectio videt eē sup naturā nō igit ab agēte nāli pōt fieri sicut gn̄atio. Dico eī ꝙ diony. verū dicit defacto: q̄ resurrectio vel repatio eiusdē numero solū fit a deo. sʒ nō negat de possibili : quin possit fieri a natura modo p̄dicto positis eiusdē actiuis ⁊ passiuis

quibus tñ positis nõ est necesse: ꝙ idē numero reparet: sed põt aliud simile gñari: ⁊ defacto ita est ab agēte naturali queādmodū ⁊ nõ idem reparatur.

Ad arg. principalis.

¶ **Ad primum** pricipale de philosopho dico: ꝙ intendit ponere differētiā inter motū circulatiōis celestis ⁊ īter circulationē gñatiōis ⁊ corruptiōis istoꝝ inferioꝝ. ⁊ dicit: ꝙ quoꝝ substātia est īcorruptibilis: sicut est substātia celi: illa reuertit eadē numero ꝫm circulationē ⁊ motū. ita ꝙ est eadem subā celi: q̄ mouet in vna circulatiōe ⁊ in alia. Nõ sic aūt in illis quorū substātia est corruptibilis. Nõ eñ talia reuertunt eadē numero ꝑ circulationē gñatiōis. sꝫ necesse est eadē numero nõ redire: lꝫ spē eadē possint redire. vnde ignis pri⁹ gñatus ⁊ postea ī eadē materia nõ est idē numero. sed spē. ⁊ hoc est verū defacto. sꝫ nõ video necessitatē dicti aristo. nec aliquā ꝓbationē quā ponat ibi efficacē. nisi intelligat hoc ꝫm gñationē rectā: sicut ibidē videt phūs inuere sic videlicet ꝙ ab hoīe decidat semē: ⁊ ex semine ꝑ sui corruptionē fiat hō: ille homo genit⁹ nõ est idē numero cū pori sed spē. īmo nec põt esse idē: sicut nec generās ⁊ genit⁹. sꝫ si hō pri⁹ generās nutriret de carnib⁹ gñati: ⁊ decideret idē semen qd pri⁹: ꝑ ꝯñs inde gñaret ꝯñter idē homo q̄ pri⁹: si esset ꝯsimilit ex parte matris suo mō. Nec oppositū ostēdit aristoteles. Si dicat: ꝙ a ꝑuatiōe nõ est regress⁹ ad habitū. Jā dictū est supra: ꝙ hoc nõ est impossibile simplicit nature saltē mediate: lꝫ forte īmediate ⁊ sine forte. Natura eñ īmediate nõ põt corrūpere vinū in acetū: ⁊ gñare vinū ex acceto siue idē vinū siue aliud. sꝫ q̄n possit hoc mediātib⁹ multis mutationibus ꝫm ordinē formaꝝ in materia etiā idē vinū mõ supradicto: nõ video. Et si aristoteles intēdat oppositū: nego eū. ¶ Ad aliud qd fuit p̄mū in arguēdo de sanitate: dicēdū: ꝙ phūs ibi nihil determiat: sed ad viraq; partē arguit. Si eñ sanitas q̄ est mane ⁊ vespere eadē est q̄re nõ erit eadē sanitas reparata pri⁹ corrupta? Et videt istud argumētū ad ꝓpositū nostrū. E cōtra arguit. q² tūc idē multotiēs gñaret ⁊ corrūperet. vnde ex illa lr̄a nihil habetur. ¶ Ad tertiū dico: ꝙ si natura repararet motū vel mutationē: nõ repararet ista sicut termīos sue actionis: sꝫ sicut vias in terminos ⁊ ip̄as ꝓductiōes terminos sicut q̄n causat motū vel mutationes. ita ꝙ tūc nõ eēt pl⁹ mot⁹ vel mutatio termin⁹ mutatiōis vel mot⁹ q̄ mō: q̄n aliq̄d mouet ꝑ naturā vel mutatur. vñ nõ posset natura repare ista: nisi reparando terminos ꝓductos ꝑ ista. sec⁹ aūt est de deo q̄ sicut puto: põt facere quēcūq; motū vel quācūq; mutationē sine aliq̄ termīo ꝑ ista ꝓducto vel ꝓducibili: ponēdo sicut reputo verū: ꝙ mot⁹ vl mutatio essentialit distiguit a termīo: ⁊ est prior naturalit ipso.

¶ Distinctionis. xliij.
Questio Tertia.

Tertio q̄ro: vtrū per rõnem naturalē possit efficacit ꝓbari resurrectio hoīm aliq̄n fore? ¶ Videt ꝙ sic. naturalit notū est btītudinē esse finē toti⁹ hoīs ꝯstituti ex aīa ⁊ corpe. Ad hoc eī attigerūt philosophi: ⁊ p̄cipue arist. pꝫ. 1. ⁊. 10. ethi. sed naturalit põt esse notū: ꝙ btītudo eterna est vel ꝑpetua. btītudo eñ est ꝑfectū bonū: et ꝑ ꝯñs ꝑpetuū. ꝑfectio eñ est in bono: qd sit ꝑpetuū. ꝙ ⁊c̄. Oportet igit ponere hoīem esse ꝑpetuū pro aliq̄ statu: vt nõ frustret fine suo. hoc aūt nõ est nisi ꝓ statu resurrectiōis. ꝙ ⁊c̄. ¶ Scdo sic. naturaliter põt esse notū aīam intellectiuā esse formā corporis humani. ⁊ ꝑ ꝯñs numerari ꝫm corpa: ⁊ ipsā esse ꝑpetuā vel incorruptibilē. q² ad hoc etiā attigerūt phī: ⁊ p̄cipue arist. sicut magis deducet īfra. lꝫ ille maledict⁹ cōmētator negauerit duo p̄ma. Ex hoc sic. appetit⁹ naturalis nõ est frustra. pꝫ. 2. metha. ⁊. 3. de aīa. ⁊. 1. de celo: ⁊ de⁹ ⁊ natura nihil faciūt frustra: sꝫ naturalit notū est: ꝙ aīa a corpe separata ꝑ mortē appetit naturalit reuniri corpi: sicut pars naturalit appetit eē in toto: ⁊ ꝯcurrere cū alia pte ad ꝯstitutionē toti⁹: in quo hꝫ ꝑfecti⁹ esse q̄ in seip̄a. igit naturalit põt esse notū: ꝙ aliq̄n de facto vniet corpi: ⁊ sic hō resurget: ⁊ qua rōe vnus eadē rōne oēs. ¶ Tertio sic. naturalit notū est deū esse iustū punitorē maloꝝ ⁊ retributorē bonoꝝ. sed naturalit notū est multos hoīes in vita p̄nti nõ puniri ꝓ pctīs ⁊ malis suis punibilib⁹: ⁊ aliquos nõ premiari ꝓ bonis ⁊ ꝟtutib⁹ suis. igit notū est naturalit: ꝙ ī alia vita ⁊ ꝓ alio statu punient: ⁊ p̄miabunt. sed hoc nõ est nisi ꝓ statu resurrectiōis. ꝙ ⁊c̄.

Nota:

¶ **Contra** nullū cōtingēs futurū depēdēs ex diuina volūtate p̄t ꝯgnosci ꝑ rõnem naturalē fore. sꝫ resurrectio est hmōi. ꝙ ⁊c̄.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo p̄supposito ꝙ resurrectio hoīm sit futura ꝫm fidē ⁊ scripturā: nec oꝫ laborare adducendo auctoritates ad hoc: q² multe sūt nimis de hoc: ponā vnā opinionē de ista questiōe cū suis motiuis. ¶ Scdo rñdebo aliter ad questionē arguendo cō cōtra dictam opinionē. ¶ Tertio respondebo ad motiua eius. ¶ Ultimo ad rõnes principales.

Resurrectio hoīꝫ an ꝑ rõnē naturalē possibilis. 1. opinio.

¶ **Quantum** ad p̄mū articulū dicūt aliqui: ꝙ efficacit põt ꝓbari per rõnem naturalē positionē. s. habētē euidētiā in lumine naturali intellect⁹ ꝯiūcti accepta ex ꝑ se notis vel reducibilib⁹ ad ꝑ se nota ꝫm nostrū modū cognoscēdi naturalit puta ex sēsatis ⁊ imaginatis resurrectionē hoīm eē futurā. nec ad istud certitudinalit cognoscēdū indigem⁹ aliq̄ reuelatiōe spāli lꝫ nõ sit naturalit notū eā esse futurā ꝫm illū modū quē ponūt sctī ⁊ doctores catholici: q̄ mod⁹ magis exp̄met in seq̄nti q̄stiōe. sed absolute loq̄ndo de resurrectiōe hoīm naturalit est hoc notū. ¶ Ad hoc probādū adducunt aliq̄ rōes. p̄ma accipit tres ꝓpositiōes vel q̄ttuor. p̄ma est: ꝙ aīa intellectiua est forma substātialis hoīs intrīseca sibi: ex q̄ cū corpore fit vnū ꝑ se cōpositū: qd est homo: cui⁹ quiditas ⁊ entitas est humanitas. hoc autē satis reputo demōstratū ⁊ naturalit notū: sicut ⁊ ipsi dicūt. Et ꝓbaui in scdo ex actu ītelligēdi: ꝙ experimur nobis inesse intrīsece q̄ q̄dē act⁹ est excedēs oēm noticiā sensitiuā: sicut pꝫ ex obiectis suis circa q̄ ꝟsatur: ⁊ q̄ discernit ab obiectis sensibilib⁹: pꝫ q² vniuersale ītelligit ⁊ aliq̄d simplr̄ excedēs obiectū adequatū noticie sensitiue. Et silr̄ ītelligit intētiōes scdas: de q̄b⁹ est logica: ⁊ sillogisat ⁊ discurrit ipse intellect⁹ ⁊ ex noto cognoscit ignotū ꝑ deductionē quā nõ p̄t facere: ⁊ reflectit sup seip̄z: ⁊ mlt̄a talia: q̄ sensui ꝯuenire nõ p̄nt. Et ita oꝫ necessario in nobis esse formaliter p̄ncipiū receptiuū talis actus: hoc aūt nõ põt esse materia nec corp⁹ nec etiā ꝟt⁹ organica vel extensa: vt videt satis notū ex his: q̄ de aliꝗs ꝟtutib⁹ corꝑalib⁹ experimur. igit opꝫ ꝙ sit aliqua potētia spūalis nõ extēsa: q̄ vel sit substātia spūalis. s. aīa ip̄a: vel essentialit sibi idē: vel sit accidēs talis substātie. ꝙ ⁊c̄. Si q̄s aūt velit p̄dicta negare: nõ est ꝯtra eū disputādū: sꝫ dicēdū est sibi: ꝙ ipse nõ ītelligit. ⁊ frustra eēt disputatio cū eo sicut cū trunco: ⁊ sicut frustra ostēderētur colores ceco. ¶ Scda ꝓpositio. quā accipiūt est: ꝙ aīa numerat ꝫm nūerationē corpoꝝ. Et hoc satꝫ habet ex p̄ma. ¶ Tertia est: ꝙ aīa humana est incorruptibilis: et manet in esse suo post mortē hoīs. Et istam dicunt etiā demōstrabilē ⁊ naturaliter cognoscibilē. Primo q² ad hoc attigerūt philosophi ducti solo lumine naturali. patꝫ per philosophum scdo de aīa: vbi dicit: ꝙ intellectus separatur ab aliꝗs: sicut perpetuum a corruptibili. et in tertio dicit: ꝙ est impassibilis ⁊ immixtus. ⁊. vij. metha. materia est qua res potest esse vel nõ esse. sed aīa intellectiua nõ habet materiā ꝫm ipsum. est eñ immaterialis. igit incorrubtibilis. Et scdo metha. dicit: ꝙ in quibusdā forsan nihil ꝓhibet formā manere post totum. vt si aīa est tale non oīs sed intellectus. vbi pꝫ: ꝙ vult dicere intellectum esse incorruptibilē ⁊ manere post totum ⁊ corruptionē totius hoīs. Et etiā tertio ethicorum vult: ꝙ fortis debet se exponere morti pro re publica pro bono cōmuni. Et etiā. ix. ethicorū. Et loquit ibi ꝫm iudiciū recte rõnis naturalis. igitur potest ꝫm idē iudiciuꝫ haberi immortalitas aīe. q² nullus ꝓpter quodcunq; bonū virtutis siue in se siue in alio vel ꝓpter quodcūq; bonum ꝯueniens debet appetere oīno nõ esse. Nam ꝫm Aug iij. de libero arbitrio non esse appeti nõ potest. Et. xvj. de aīalibus dicit. ꝙ intellectus aduenit de foris ⁊ non est eductus per consequens de potētia materie vel subiecti. ⁊ per ꝯsequēs est incorruptibilis. Nā oīs forma corruptibilis educta est necessario vel educibilis de potētia materie vel subiecti. ergo ⁊c̄. Secundo q² forma corruptibilis cum carne idē appetit: ⁊ refugit cum carne. q² nõ saluatur suū esse cum carne. sed alius est appetitus ⁊ cōtrarius aīe rationalis ⁊ carnis tertio de aīa. duo sunt in nobis appetitus cōtrariꝗ vel quasi superior ⁊ inferior quorum vnus est boni simpliciter ⁊ alius boni vt nunc sensibilis. Tertio q² homo ꝫm aīam non ꝫm carnē corruptibilē appetit esse perpetuo. quia refugit mori et nõ esse. Appetitus aūt naturalis non est frustra. Quarto. q² aīa nec habet ꝯtrarium: per cuius inductionē corrumpat. nec etiā requirit aliquod corruptibile ad suum esse. eo ꝙ est forma subsistēs: quod patet ex eius operatione intelligendi qua etiam intelligit incorruptilia simpliciter. s. necessaria ⁊ vniuersalia ⁊ eterna: in qua nõ cōmunicat corpus nec aliquid corruptibile puta organū vel aliquid tale: vnde nec in esse dependet ab aliquo tali. Quinto q² simpliciter nõ potest a seipso separari ⁊ per ꝯñs non potest separari a suo esse. ⁊ ita nõ potest nõ eē. aīa aūt simplex forma est. ergo ⁊c̄. ¶ Quarta propositio est. ꝙ aīa sit incorruptibilis separata ꝑ mortem vel corruptionē hoīs nõ põt perpetuo separata esse. Primo. q² naturalit appetit reuniri corpori: sicut perfectio naturalis suo perfectibili. Scdo q² nullum violentū est perpetuum. sed violētum est aīe a corpore separari. q² contra inclinationem naturalem. ergo ⁊c̄. ¶ Ex his quatuor propositionibus declaratis sequitur ꝯclusio euidēter ꝙ resurrectio omnium hoīm est futura sicut patet deducenti.

Rões. 1. opionis.

Phūs. Phūs. August. Phūs.

Scda rō 1. opi.

¶ Scda ratio est ista. qd est perfectionis simpliciter in natura inferiori: nõ debet negari a natura superiori. sed ꝑfectionis est in natura celesti: ꝙ sit perpetua non ꝫm successionem indiuiduoꝝ: sed in suis indiuiduis oībus. igitur non debet hoc negari. sed naturaliter potest esse notū hoc cōuenire nature superiori. s. nature hūane saltē pro aliquo statu. Ille aūt nõ est nisi status resurrectiōis ergo ⁊c̄. ¶ Tertia ratio est ista. naturaliter notum est beatudinem esse finē hoīs. ⁊ in actu infatigabili ⁊ qui põt perfecte haberi a beato ⁊ ꝯtinuari. Alioquin beatitudo nõ esset. sed in vita presenti nõ potest haberi aliq̄s talis actus nec cōtinuari sine tristicia q̄tūcunq; sit delectabilis in principio ꝓpter miserias ⁊ passiōes et distractiones status presentis. ergo in alio statu habebitur saltē ab hoīe aliquo vel oppositū eius. s. miseria a demerēte ipsam. sed hoc nõ est nisi in statu resurrectionis. quare ⁊c̄. ¶ Dicunt ergo isti: ꝙ efficaciter per rationē naturalē ostēdi potest resurrectio esse futura hoc potest ꝯfirmari per August. xiij. de trini. cap̄. viij. vbi dicit: ꝙ oēs hoīes appetunt beatitudinē. ⁊ per ꝯsequens eternitatē vel perpetuitatem. si oēs: igitur naturaliter. Quod autem sequatur si appetant beatitudinem: appetant vitam eternam vel perpetuā: probat. Nam vita eterna nõ potest nisi perpetua esse. nec potest deserere habentem. ⁊ per consequens ipse habēs mori non potest. quod ipse ꝓbat ibidem per talem rationem. quia si vita beata morietem deserit: sicut opꝫ: ꝙ deserat: si beatus moriat aut deserit ipsum volētē aut nolentem aut neutrū. si nolentē: quomodo est vita beata: que ita est in volūtate: vt nõ sit in potestate? si autē volentē quomodo vita beata erit: quā finiri voluit: qui habebat: ⁊ ita ipsam noluit? Si dicas. ꝙ neutrum. ꝯtra. q² nõ est beata vita: que talis est. vt quē beatum facit: amore eius. indigna sit. Quomō eñ est beata vita: quā non amat beatus aut de qua indifferens est: vtrū vigeat vel ꝑeat quasi diceret nullo modo. Alioquin eñ non esset vera illa tā vera ⁊ tā certa sentētia btōs oēs hoīes velle esse: sicut subiungit postea. Hec de primo articulo principali.

3.

Resolutio. 1. opi. August.

Opi. doctoris ꝙ resurrectio alicuius rõne naturali nõ potest demõstrari

¶ **Quātum ad secundū arti.** videtur mihi dicēdum: ꝙ ratione naturali euidēte et efficaci vel cogēte demōstrari nec ostendi potest resurrectionē futurā esse siue alicuius hoīs siue omniū. sed hoc est creditū tm̄ de resurrectione generali: ꝙ sit futura: ⁊ de aliquibus particularibus: ꝙ facte fuerunt iam virtute diuina. Et potest persuaderi aliquibus ꝓbabilibus rationibus: que superius sunt adducte: que non cogunt de resurrectione futura: ⁊ inferius dissoluentur.

Contra primam opinio.

¶ **Et ideo** arguo contra premissam opinionē. q² si resurrectio futura alicuius hoīs vel oīm demonstrari posset efficaciter per rationē naturalem: aut hoc esset a priori: aut a posteriori. Non potest hoc a priori puta a causa efficiente vel a fine. q² causa prior ad resurrectionē est efficiēs vel finis eius: qui proprie est finis ⁊ causa. Deus est qui oīno ꝯtingēter ⁊ se habet ad resurrectionē futurā vel non futurā sicut ad quēlibet effe-

ctum suum ꝯtingenter se habet. q: nihil de necessitate causat. vnde ⁊ contingenter deus resuscitat: ⁊ resuscitatum cõtingẽtur viuificat obiectiue ⁊ effectiue. Nec a posteriori potest hoc ostẽdi efficaciter vel ꝓbari. Sicut eñi prius ipsum simpliciter cõtingens est inesse vel nõ esse: ita ⁊ quodlibet posteri⁹. Et ipso aũt quod est ꝯtingens simpliciter ⁊ dependens ex volũtate diuina: nõ potest naturaliter ꝓbari ⁊ efficaciter esse notum aliquid fore q: nec diuina voluntas potest naturaliter nota esse. quare ⁊c. ¶ Scdo sic. si posset resurrectio alicuius efficaciter rõne naturali ꝓbari: aut hoc esset ex diuina iusticia puniẽte mala ⁊ premiãte bona: aut ex immortalitate aĩe ⁊ appetitu naturali ad corpus: aut ex perpetuitate beatitudinis: que ponitur finis quo ipsius hoĩs: ne homo frustretur suo fine: aut ex ꝑfectione nature humane in sua specie per se pertinente ad ordinẽ vniuersi. nõ ex primo. Nam ꝓbari non põt: sicut dixi in primo: esse de⁹ in vniuerso. nec per consequẽs aliquis vnus rector primus talis vniuersi: qualis est deus. Et dato ꝙ posset ꝓbari deus esse punitor maloꝝ ⁊ retributor bonoꝝ: non tñ ꝓbatũ est: nec probari potest ꝙ illo modo. sed sicut aliqua peccata venialia modo punit de facto in aĩa tm̃ et iuste: ⁊ nõ punit totum cõiunctum. pꝫ de aĩabus in purgatorio: ⁊ similiter de peccatis mortalibus in inferno. pro nunc ita diceretur ꝙ perpetuo iuste posset punire vel remunerare in aĩa tm̃ ⁊ nõ in corpore ⁊ aĩa. ⁊ ita nõ esset resurrectio necessaria. Similiter etiã planũ est: ꝙ non ex cõdignitate iusticie remunerat in toto cõiuncto: sed posset in parte tm̃ vel ad tps puta in aĩa: ⁊ deberet vel posset sufficere. ¶ Nec potest ꝓbari ex immortalitate aĩe. q: nõ video: ꝙ illa sit efficaciter ꝓbata. sicut patebit inferius respõdẽdo ad illas rationes adductas pro ista cõclusione. Non eñi video quare nõ possint oĩa apparentia saluari per formã corruptibilem sicut per incorruptibilẽ: per educibilẽ sicut per nõ educibilem. Unde nec video incorruptibilitatẽ aĩe demonstratam. Et hoc videtur ꝯfirmari per Aug. xiij. de trinitate cap̃. vij. vel. viij. vbi loquitur de vita sempiterna. dicẽs. Hanc vtrũqꝫ capiat humana natura: quã tñ desiderabilẽ cõfitetur: nõ parua questio est. sed si fides adsit: que inest eis: quib⁹ dedit potestatem iesus filios dei fieri: nulla questio est. Et sequitur ad ꝓpositum: humanis quippe argumentationibus hec inuenire conantes: vix pauci magno prediti ingenio habũdãtes ocio doctrinisqꝫ subtilissimis eruditi ad indagantes aĩe immortalitatem peruenire potuerũt. Unde ⁊ ꝫm Aug. in hoc est fidei innitẽdum ⁊ scripture: nolite timere eos: qui occidunt corpus: aĩam autẽ nõ possunt occidere. Et Grego. iiij. dyalogoꝝ dicit: ꝙ ad hoc est rõ mixta ex fide: quã facit ibi. q: est dare spiritum: qui tegit carne ⁊ corrumpit cum carne: sicut anime brutoꝝ. Et dare spiritum: qui nec tegit carne: nec corrumpitur cũ carne sicut spiritum angelicũ. ergo est dare spiritum: qui tegit carne: nõ tñ corrũpitur cũ carne: puta spiritũ humanũ. Et planum est: ꝙ cõgruẽtia quedã est nõ cõcludẽs necessario. ¶ Nec potest ꝓbari resurrectio efficaciter ex tertio puta ex perpetuitate beatitudinis appetite. Primo q: non est demonstratum talẽ beatitudinẽ que ponitur finis hoĩs ex ratione naturali esse perpetuã. sed diceret: ꝙ illa est tẽporalis ⁊ possibilis haberi pro vita ista siue sit felicitas cõtẽplatiua siue politica: sicut Aristoteles ponit: ⁊ pro statu isto possibile est esse beatum vt hominẽ. Et cũ ista vita deficere possit: pari ratiõe ⁊ beatitudo talis. Similiter ista beatitudo cõsistit in operatione potẽtie alicuius vel aliquarũ potẽtiarum: quas nõ opꝫ perpetuas esse: vt videt. Sicut etiã in beatis erũt multe potẽtie: que in perpetuum nõ habebunt actus suos. ¶ Nec ex perfectione nature humane in vniuerso potest probari eternitas vel perpetuitas in suis indiuiduis. quia sufficit perpetuitas scdm processum generationis et corruptionis. cũ natura humana sit natura suppositoꝝ corruptibilium: sicut etiam sufficit in aliis naturis viuẽtium: dato ꝙ sint simpliciter nobiliora q̃ celũ: puod est incorruptibile: igitur nullo modo. ¶ Tertia ratio principalis. ĩpossibile est per rationem naturalẽ cognoscere certitudinaliter generationẽ hoĩm aliqñ deficere vel cessare. sed hoc posito non est notũ resurrectionẽ hoĩm generalem fore ergo ⁊c. ¶ Quarta ratio. nõ magis est notũ naturaliter hoĩem fore perpetuo a parte post scdm statũm immortalitatis ⁊ resurrectionis: q̃ sit notum aliquẽ hoĩem nõ fuisse ab eterno: vt videtur. Plures eñi reputãt demõstratum scdm: q̃ primum: sed scdm nõ potest esse notũ ratione naturali. Nã sicut dixi in scdo: ⁊ tenent multi: mundus potuit esse ab eterno: et aliquis homo potuit esse ab eterno puta xp̃s vel adam. ergo ⁊c. ¶ Hoc videt etiã ꝑsuadendo cõfirmari ex argumẽtationibus sanctoꝝ ꝓbantium resurrectionẽ fore nõ per aliquã rationem naturalẽ cogẽtem: sed vel ex persuasionib⁹ vel ex his que sunt fidei: sicut apostolus facit Actuum. xvij. xxvj. ⁊ etiã prime ad Corinth. xv. si xp̃s resurrexit: et mortui resurgẽt. Et per exẽplũ de grano mortificato: vt viuificetur. Unde ⁊ athenienses qui erãt prediti ratione naturali ⁊ ingenio: quod patet per Dionysium: qui erat de numero eoꝝ: audiẽtes paulum annũciãtem resurrectionẽ dixerunt: ꝙ nouoꝝ demonioꝝ annũciator erat. Et lꝫ in hoc errarent: pꝫ actuum. xvij. ⁊ actuum. xxvj. dicẽte paulo. Si primus ex resurrectione xp̃s ⁊c. dixit sibi festus insanis paule. multe te littere ad insaniã cõuerterũt. vnde nõ videtur bene demõstrata ipsa resurrectio per rationem naturalẽ cogentẽ: sicut nec puto ꝙ sit. Et pꝫ per Gregorium quarto dyalogoꝝ: vbi premissis persuasionibus aliquibus subiungit: ꝙ qui ꝓpter istas rationes noluerit credere fidei credat. Hec de secundo articulo principali.

August. — Grego. — Aposto. — Act.17. et 26. — Grego.

¶ Quãtum ad tertium articulum

Ad rões I. opinio.

¶ Quãtum ad tertium articulum restat respondere ad motiua alioꝝ. Ad primum quãtũ ad illas ꝓpositiones puto satis esse notum naturaliter ⁊ demõstratum: ꝙ prima est vera: et scda sicut probaui in scdo. scꝫ ꝙ aĩa intellectiua est forma humana: ⁊ ꝙ numeratur ꝫm numerationem corpoꝝ saltem sic ꝙ nõ est vnus intellectus numero omnium hominum: sicut finxit ille hereticus cõmentator. ¶ Quãtum ad scdam propositionem non video ꝙ sit vel esse possit naturaliter nota vel demõstrata immortalitas anime. Nec puto: ꝙ aristoteles habuerit eam pro certa. sed puto: ꝙ fuit totus dubius de ipsa. Unde ⁊ de hoc dubitãdo pluries loquebatur: ⁊ aliqñ proijciebat verba hinc vel inde ꝫm exigentiam sue materie: quam tractabat. Pro immortalitate eñi videtur esse ille auctoritates adducte: lꝫ alique magis q̃ alie. Sed pro mortalitate videtur principia eius esse. Nam planũ est: ꝙ posuit mundum ⁊ generationẽ hoĩm esse eternã. viij. phisicoꝝ ⁊ p̃mo de celo. Similiter posuit scdo aĩam intellectiuã esse formã hoĩs ⁊ nũerari numeratione corpoꝝ scdo de aĩa. sed posuit vltra ꝙ ĩpossibile est esse infinitum in actu siue scdm magnitudinem seu multitudinẽ. iij. phisico. Ex istis sequitur aĩam esse corruptibilem. Si eñi ponat incorruptibilis: cum infiniti hoĩes precesserint: ⁊ fuerint corrupti a parte ante: sequitur: ꝙ maneãt ⁊ sint infinite anime in actu cõtra suum tertiũ principium. Secundo q: principium suũ fuit cõtra platonẽ: ꝙ quicquid incipit aliqñ esse: tãdẽ desinet esse. vnde ⁊ primo de celo cõtra platonẽ reputat pro impossibili: ꝙ aliquid inceperit: ⁊ perpetuet inesse. et in tertio phisicoꝝ hoc idẽ videtur sentire capitulo de infinito cuius (inquit) est principiũ: eius est finis sed planũ est: ꝙ posuit animas incipere esse. ex quo posuit eas formas corpoꝝ. forma eñi scdm ipsum non preexistit sue materie: nec aĩa corpori. igitur posuisset cõsequẽter quãlibet aĩam corruptibilẽ. ¶ Tertio. q: septimo metha. in fine ipse ponit illa que manẽt de toto post corruptionẽ eius elemẽta esse: ⁊ ad solam materiã pertinere sicut declarat ibi de a. ⁊ b. respectu ab. syllabe: et de terra et igne respectu carnis. igitur per hoc videtur: ꝙ nulla forma alicui toti intrinseca maneat inesse post corruptionẽ totius. ¶ Quarto etiã. q: posuit: ꝙ impossibile est idẽ corpus numero redire: ⁊ per cõsequẽs nunq̃ posse informari tale corpus ab aĩa post corruptionẽ toti⁹. sed nõ posuisset aĩam sic natã informare perpetuo nõ informantẽ: ⁊ frustrari eã perpetuo ab informatione: sicut nec posuisset materiã aliquã perpetuo sine sua forma. Dixisset eñi ꝙ sic separata fuisset violẽter. nullũ aũt violentum perpetuũ est ꝫm ipsum. ¶ Quinto etiã. q: nõ vidit aristoteles aliquã opationẽ aĩe: in qua nõ depẽdeat ex corpore vel fantasmate sibi cõiuncto tãq̃ ex obiecto. ⁊ lꝫ nõ tanq̃ ex organo necessario ad suã opationẽ cum ꝫ talẽ operationẽ non potuisset habere separata: si potuisset eam incorruptibilẽ: posuisset eã perpetuo sine operatione. Et ideo puto: ꝙ finaliter si deduxisset sua principia: bene posuisset aĩam esse corruptibilem: ⁊ corrumpi ad corruptionẽ totius. sicut etiã dicit tertio de aĩa: ꝙ intelligere corrumpit quodã interiori corrupto. ¶ Ad auctoritates igit que adducuntur ad oppositũ de ipso. Dico generaliter: ꝙ ad omnes dici põt vno verbo: ꝙ ⁊ si dixerit hoc vel intẽderit aristoteles in illis dictis: nõ tñ dixit hoc tãq̃ sibi certum ⁊ naturaliter notum: sed tanq̃ sibi dubiũ: ad quod non habuit cogẽtem rationẽ naturalem: nec adduxit etiã. philosophi eñi multas cõclusiones aliqñ dixerũt: vel scripserũt sine cogente ratione: sed ꝓbabiliter opinantes vel ex dictis alioꝝ famosis tẽporibus suis vel aliquibus ꝓbabilibus rationibus: sicut etiã videtur idem philosophus tãgere scdo celi ⁊ mundi capitulo de duabus difficilibus questionibus: ꝙ parue sufficientie suffecerunt aliqñ philosophis de maximis dubitationibus vbi nõ poterãt ad maiora peruenire: ne cõtradicerent principijs vel regulis philosophie. Et in eodẽ capitulo dicit ipse idẽ: ꝙ ab egyptijs (inquit) multas probabilitates vel credulitates habemus de vnoquoqꝫ astroꝝ. ¶ Ad singulas tñ respõdendo dico ad primam: ꝙ phũs nõ asserit: sed dicit: ꝙ videtur intellectus genus alterum esse: ⁊ hoc contingere separari: sicut perpetuũ a corruptibili. ⁊ dato ꝙ assertiue diceret: tñ non habet rationẽ cogentem. Preterea etiã posset exponi: ꝙ separatur ab alijs: sicut perpetuum a corruptibili: non q: intellectus sit perpetuus in essendo: ⁊ maneat post mortẽ hoĩs separatus: sed pro tãto q: est incorruptibilis corruptione organi alicuius: ex quo dependeat in operando q: non operatur mediãte organo determinato: nec corrũpitur ad corruptionẽ talis organi: sicut alie potẽtie organice saltem ꝓxime. ⁊ ideo quãtum ad hoc dicitur perpetuus ⁊ ab alijs separari: sicut perpetuum a corruptibili. vel incorruptibile a corruptibili isto modo: lꝫ simpliciter poneretur corruptibilis ad corruptionem totius: sicut ⁊ operatio eius quodã interiori corrupto: cuius quidẽ operationis intellectus est ratio operandi toti cõiuncto: cuius est ista opatio primo: sicut ipse aristoteles dicit primo de aĩa. ¶ Ad aliã de tertio de aĩa eodeꝫ modo potest dici ꝙ ꝓpter hoc dicit ĩpassibilis ⁊ ĩmixtus et nõ debilitari in sua operatione post apprehẽsionem obiecti vehemẽtis excellẽtis nõ q: sit simpliciter incorruptibilis: sed q: nõ vtitur organo corporali: sicut potentie sensitiue. ¶ Ad aliã de septimo methaphisice. dico ꝙ nõ est ad mentem aristotelis. Sicut eñi aĩa nõ habet materiã partem sui: ita nec aliqua forma. Et ita per illud argumẽtum sequeretur ꝙ nulla aĩa esset corruptibilis. posuit igit bene aristoteles ꝙ omne corruptibile substãtialiter per se primo est cõpositum ex materia ⁊ forma que quidem materia est principium quo aliquid potest esse vel nõ esse. Et tũc diceret ꝙ totus homo primo corrumpitur: ⁊ aĩa ex cõsequẽti sicut ⁊ alie forme. Ad illud de duodecimo dico ꝙ ponit ibi forte. ⁊ ita ponit illud forte dubitãdo de alijs aĩabus: sicut de intellectu vel aĩa intellectiua. quod patꝫ per textum. Ibi eñi dicit sic. In quibusdã eñi nihil ꝓhibet: vt si aĩa tale nõ oĩs: sed intellectus. omne nãqꝫ ĩpossibile forsan. vbi pꝫ ꝙ dubitat ibi de omni aĩa sicut de aliqua. ¶ Ad aliam de tertio ethicoꝝ ⁊. ix. dico ꝙ non ꝯcludit ꝓpositum euidẽter. Nã quãtũcunqꝫ nesciat vel ignoret fortis ꝫm iudicium rationis naturalis se victurũ post mortẽ vel aliquid ei⁹: rationabiliter tñ se exponit ꝓpter bonũ cõmune morti: ⁊ periculo nõ essendi simpliciter. bonum eñi cõmune est maius ⁊ simpliciter isti appetibilius ꝫm rectam rationẽ. vnde ⁊ seipsum bono virtutis priuaret: nisi exponeret se: ⁊ viciose viueret. Similiter etiã q: sicut phũs innuit melius est bonũ magnũ ⁊ intensum virtutis: lꝫ momẽtaneum: q̃ remissum bonũ ⁊ diuturnum vt vita viciosa per magnum tempus.

¶ Ad illud. xvj. de aĩalib⁹: ꝙ intellectus solus aduenit ab extrinseco. Dico ꝙ nõ est hoc notũ nec naturaliter demõstratum. Non eñi apparet ratio cogens naturalis: quare aĩa nõ posset esse forma educta vel ab extrinseco: lꝫ non talis quales alie sed alterius rationis: nõ obstante ꝙ sit nõ extẽsa nec per se nec per accidẽs. vnde nõ repugnat formã educi totam de toto ⁊ bono primo ⁊ de qualibet parte secũdario: sicut nec modo sibi repugnat esse totam in toto ⁊ totã in qualibet parte. ¶ Difficile tñ videt de intẽtione aristotelis: quomodo posuerit eam ab extrinseco ⁊ nõ a generante per eductionẽ ĩmediate. Cum eñi posuerit animã de nouo incipere esse

Tertio phisico. — Ad auctoritates philosophi. — Vide.

tanq̄ formā corporis noui:quā nō posuit preexiste
re tempore infinito ante corpus:ꝛ ip̄e posuerit deū
nihil posse pducere de nouo īmediate pter necessi
tatem ꝛ īmutabilitatē sui in agendo ꝛ pari ratione
quālibet aliā intelligētiam:mirum videtur quomo
do posuit intellectuꝫ de nouo ab extrinseco puta a
deo vel ab intelligētia aliqua ꝛ nō ab ipso generan
te corporali:ꝛ per ꝯsequēs ipsam nō educi de potē
tia materie vel corporis:vt deducunt aliqui.ꝛ con
sequēter quomodo posuit creationē ꝛ fieri aliquid
de nouo a deo per creationē:precipue cū ſm ipsum
sensitiui prima mutatio sit a generāte scđo de aīa.
Idem vero sit ī homine aīa sensitiua ꝛ intellectiua
ſm veritatē:ꝛ sicut dictū est in scđo. Sed ad ista di
ci potest:ꝙ etiā dictum illud nō quasi certum prole
cit:sed quasi dubiū ꝛ pbabiliter lꝫ si sua principia
de necessitate agēdi deum aliquid īmediate ꝛ īmu-
tabilitate cōbinasset:illud dictum nō dixisset forte
sicut etiā nec ꝙ aīa est incorruptibilis : vt deductū
est supra de alijs suis principijs. Aliter dicit vnus
doctor:ꝙ de intētione sua esse potuit stātibus prin
cipijs illis de necessitate et immutabilitate dei in
agēdo ꝛ de non pducendo aliquid nouum per crea
tionem. Nam posuisset:ꝙ a solo deo immediate est
aīa de nouo per creationē totius cōpositi. Nō eīn
posuisset duas creationes:sicut nos. vnā: quā dici-
mus rationē anime:ꝛ aliam:quā dicimus aīationē
corporis vel causationem cōpositi totius aīati:sed
vnā creationē tm̄ totius aīati primo ꝛ anime scđa-
rio:ꝛ ex cōsequenti de corpore vel materia presup-
posita:ꝛ sic nō de nihilo nec per creationē de nouo
etiā nō sic ꝙ nouitas ista reduceretur in deū vel ali
quā nouitatē vel mutationē in deo: sed in passo pu
ta in corpore sic disposito: ꝛ in potētia proxima ad
aīationem immutabiliter eīn deus agit aliquid sic
de nouo:qn̄ exigit noua dispositio passi vel recepti
ui:ꝛ non est inconueniens ꝙ talis effectus sit a deo
de nouo. Sed de aliquo effectu simplici qui nō de-
penderet nisi tm̄ a deo:ꝛ nouitas eius nō posset re-
duci nisi in deum. dixisset aristoteles. ꝙ talis nō po
test esse imediate a deo de nouo. Utrum autē ista
dicta valeāt ad intētionē aristotelis discutere pre-
termitto. Puto enim:ꝙ satis faciliter possent ali-
qualiter infirmari. ¶ Ad illud vero qđ adducitur
de aristotele:ꝙ sensitiui prima mutatio sit a generā
te:satis dictum est in scđo in questiōe illa de plura-
litate formarum. tm̄ si intelligatur de generāte pri-
mo multū videtur opponi illi dicto aristotelis in de
aīalibus. Et ideo posset exponi de generāte remo-
to quod est de⁹. vel si de generāte primo nō intelli
geretur nisi dispositiue. s. ꝙ generās primū dispo-
nit ad sensitiuum vel sensitiuā hoīs : que est eadem
cum intellectiua. Nō aūt attingit ipsam directe:si
est ab extrinseco:sicut dicit illa ppositio:ꝙ intelle-
Ad rōes de appetitib⁹ varijs. ctus est ab extrinseco. ¶ Ad primā rationē pro illa
propositione ꝙ aīa est incorruptibilis de appetiti-
bus diuersis potest dici ꝙ naturali appetitu nō ap
petit aīa aliquid cōtrariū carni. vel si sic: hoc tm̄ nō
est naturaliter notum. nec aristoteles hoc ipsum in
tertio de aīa demōstrauit. Et dato ꝙ aliquid appe
teret excedēs appetibile carnis:non opꝫ tm̄ quin sit
corrupibilis cū carne:pōt eīn visus videre aliquid
excedēs cōditionem eius qn̄tum ad incorruptibili
tatem puta celum nō tm̄ est pter hoc incorruptibi-
lis. Quādo dicis ꝙ in nobis sunt cōtrarij appeti-
tus:quorum superior mouet inferiorem:sicut spera
sperā. dicēdū ꝙ nō est pbatum ꝙ ita sint ꝯtrarij:ꝙ
vnus sit corruptibilis.ꝛ alius incorruptibilis : sed
bene possunt ī eodē obiecto aliquo ꝯuenire vel etiā
dissentire: ꝛ sic vnus ab alio trahi vel moueri ita di
cer. Nō eīn opꝫ ꝙ si vnū cōtrariorū est corruptibile
ꝙ reliquū sit īcorruptibile. Tn̄ de hoc nō curo mul
tū ad ppositū. ¶ Ad aliā rationē diceret ꝙ hō ſm
nullum appetitū suū naturalem appetit semp viue
re ꝛ semp esse:dato ꝙ naturaliter q̄diu viuit:semp
refugiat mori: Nam ꝛ brutum naturaliter q̄diu vi
uit:semper refugit mori. nō qꝛ appetat semp viue-
re:lꝫ semp q̄diu est: appetat viuere ꝛ cōseruari. vñ
ly semp potest determinare ly viuere vel ly appete-
re. ꝛ sic diuersimode se habet sensus. vel si homo ap
petat semp viuere:non tm̄ est hoc naturali rōne de-
mōstratum:sicut diceretur. vnde omne medium ex
appetitu semp essendi est inefficax : qꝛ ad hoc ꝙ sit
efficax: opꝫ ostēdere ꝙ semp esse sit homini possibi
le. ꝛ est idē cū conclusione:vel opꝫ ostēdere ꝙ appe
titus iste si inest homini:sit rectus:ꝛ nō sit errone⁹.
et hoc si sit aliquis actus elicitus. Alioquin nō va-
let. ꝛ hoc est difficilius pposito vel eque difficile.
Dices ꝙ est naturalis:ꝛ per cōsequens rectus. Nā
proposito alicui semp viuere ꝛ bene esse statim ap-
petitus exit in actum appetēdi hoc ꝛ indifferenter
in oībus. hoc autem nō est nisi ex inclinatione natu
rali:que nō est ad impossibile diceretur ꝙ in vtenti
bus ratione recta nō exit statim appetitus in actū
volēdi semper viuere:sed iste est appetitus errātiū
et insipiētium:qui nō cōsiderant possibilitatē natu
re sue corruptibilis ꝛ immortalis. vel est appetitus
sequens fidē. non autem noticiā naturaliter certā.
vel si est appetitus naturalis nō est hoc pbatū eui-
dēter per rationē naturalē. ¶ Ad aliud diceretur
ꝙ anima non habet ꝯtrarium:sicut nec aliqua sub-
stantialis forma : nec corrūpitur per inductionem
contrarij:sed per corruptionē totius coniuncti vel
cōpositi:sicut alie forme substantiales. Si dicas ꝙ
operatio eius non depēdet a corpore:nec in ipsa cō
municat corpus: quod ptꝫ. qꝛ intelligit in materia-
lia ꝛ vniuersalia. Diceretur ꝙ nō depēdet a corpo
re sicut ab organo sue operationis:sed sicut a subie
cto. nec pōt sibi conuenire operatio:nisi vt est ratio
operandi toti cōiuncto. Quādo dicis ꝙ intelligit
in materialia ꝛ vniuersalia. Diceretur ꝙ ex hoc nō
sequitur ipsam esse incorruptibilē vel eternā : sicut
nec sequitur ipsam esse vniuersalē. Non eīn opꝫ ꝙ
in se habeat oēs cōditiones sui obiecti:sicut nec vi
sus qui potest videre aliquid incorruptibile : puta
celum. Si dicas ꝙ est forma subsistens naturaliter
per se. dico ꝙ nō est hoc naturaliter notū : sicut nec
de alijs formis substātialibus: lꝫ bene sit notum ꝙ
est subsistēs pro tanto:qꝛ nō inheret inherētia acci
dentis ad subiectū. qꝛ nō est accidens sed substātia
et forma substātialis:vt dictum est supra. ꝛ isto mo
do quelibet alia forma substātialis subsistēs est:nō
tm̄ naturaliter incorruptibilis. ¶ Ad vltimū dico:
ꝙ nihil valet. qꝛ sicut aīa simplex est ita alie forme.
et dato ꝙ esset cōposita: adhuc rō posset separari a
seipsa. Nihil eīn siue simplex siue cōpositum potest
a seipso separari:lꝫ non possit separari a seipsa vel
ab esse suo:sic ꝙ ipsa maneat : ꝛ suum esse non ma-
neat:potest tm̄ desinere esse:sicut diceretur:ꝛ corrū-
pi ad corruptionē totius sicut ꝛ alie forme:et sicut
angelus: qui est simplex potest desinere esse ꝛ anihi
lari. Si dicas ꝙ aīa intellectiua naturaliter cogno
scit omnem operationem suā vt intelligere ꝛ velle
ꝛc. ꝛ omnes passionē suam. s. incorruptibilitatem.
Dico ꝙ assumptum est dubiū de intelligere ſm ꝙ
ponit Aug. nec sequitur cōsequentia qꝛ potest esse
aliqua passio magis latēs q̄ operatio et nulla etiā
operatio anime demonstratiue nobis concludit in-
Ad 4. propositionem. corruptibilitatem. ¶ Quātum ad quartā proposi
tionē scꝫ ꝙ aīa sepata per mortē vel corruptioneꝫ
hoīs naturaliter appetit corpori reuniri. Diceret:
ꝙ ista ppositio non est vera. vel si est vera:non tm̄ est
demonstrata. Nam sicut aīe est naturale perficere
corpus dispositū ꝛ existēs : ita innaturale est sibi in
clinari ad corpus indispositum vel nō existens. po-
nitur autem per corruptionē corpus indispositum
vel non existens. ꝛ ideo ad tale corpus naturaliter
nō inclinatur existēs separata. ¶ Scđo diceretur:
ꝙ lꝫ inclinaret pro tanto:qꝛ aīa separata est aliqua
forma:que nata est perficere corpus pprium dispo-
sitū: qn̄ ponitur : non tm̄ talis inclinatio est aliquis
respectus realis positiuus in actu:sed rationis tm̄.
qꝛ terminus non est aliquod ens reale in actu. talis
aūt respectus rationis parum facit ad propositum.
¶ Tertio diceretur ꝙ aīa qn̄ vnitur corpori nullā
perfectionē nec aliquod esse recipit ex ipso:sed ma-
gis ecōuerso aīa cōmunicat corpori perfectionē ꝛ
esse. Et ideo magis videretur ꝙ corpus naturali-
ter inclinaretur ad aīam q̄ econuerso. corpus autē
non inclinatur ad aīam:qn̄ non est: vel qn̄ totaliter
indispositum est. ¶ Quarto diceretur ꝙ aīa non
vnitur corpori nisi pro via vel trāsitu quodā acqui-
rendi suas perfectiones accidentales mediantibus
sensibus ꝛ imaginatione:ꝛ illis acquisitis amplius
non inclinatur ad corpus. sed perfectius habet esse
extra corp⁹ q̄ in corpore. sicut pfectius est aliquid
in termino vel in via. ꝛ sicut habet nobilius intelli-
gere ꝛ perfectius separata q̄ cōiuncta. Et istū mo
Ad rōes pro. 4. propositione. dum videtur tangere Auicēna. ¶ Ad primā ergo
rationē pro illa ppositione qn̄ dicis ꝙ perfectio na
turalis naturaliter appetit vniri suo perfectibili.
Dico ꝙ verum est pro statu illo ꝛ tpe quo est suum
perfectibile dispositum:vel pro quo ponit. Et dice
retur ꝙ sufficit ipsam aliqn̄ vniri vel esse vnitam ꝛ
precipue de perfectione nō dependēte ex suo perfe
ctibili:nec ex suo toto inesse que potest naturaliter
existere sine vtroq̄. Unde puto ꝙ si aristoteles po-
suisset animā incorruptibilem ꝛ perpetuā: ipse po-
suisset eam post mortē vel corruptionem hoīs stare
perpetuo sine corpore:ꝛ nūq̄ reuniri. Nam corpus
cōpositum ex contrarijs: et totum hoīem posuisset
corrumpi necessario finaliter ꝛ nunq̄ idem nume-
Nota. ro reuerti. ¶ Ad scđm. nullum violētum est perpe-
tuum primo de celo:dico: ꝙ ista ppositio dubia est
ſm principia aristotelis. nam motus ignis in spera
nō videtur naturalis sed violētus. Motus eīn na-
turalis ipsius ignis videtur esse rectus ꝛ a medio.
qꝛ naturaliter leuis : sicut motus naturalis grauiū
est rectus ꝛ ad mediū. ꝛ tm̄ ille motus ignis in spe-
ra sua ꝛ in circunferentia est perpetuus et eternus
ſm aristotelē. preterea motus planetarū vel orbiū
ipsorū qui dicitur motus raptus ab oriēte in occidē
tem: videtur esse violētur. Nam pprio motu natu-
Violentū quid. rali mouentur contrario motu scꝫ ab occidente in
oriētem. ꝛ tm̄ est perpetuus. ergo ꝛc. Violētum eīn
est:cuius principium est ab extra passo vim nō con
ferente ad talē motum:sed magis renitēte ꝛ ſm na
turalem inclinationē ad oppositum se habente. Et
si potest aliquid tale esse perpetuum: vt videt in pre
dictis exēplis precipue in primo potest esse perpe
tuum violētum. Quicquid sit de hoc cōparādo ad
agēs naturale. ꝛ posito ꝙ cause vniuersi necessario
agant ad tollēdum imperfectionē quālibet vniuer
si ꝛ per cōsequens violētum : sicut forte aristoteles
posuit:nullum tm̄ est impossibile poni violētum per
petuum a virtute diuina vel etiā a causa perpetua
potēte mouere aliquid violēter in perpetuum. Ad
minorē diceretur:ꝙ aīa separata a corpore non est
violēter nec existit. sed sicut naturale est sibi esse in
corpore:qn̄ corpus est:ꝛ manet dispositum : ita na-
turale est sibi separari : qn̄ corpus nō est nec manet
dispositum in aīa. ergo pro tunc est separatio a cor
pore:ꝛ illa pro tunc nō est violēta. similiter etiam si
sit ibi naturalis appetitus ad corpus : planum est:
ꝙ talis appetitus nō est violētus: ꝛ sic ibi nihil est
violētum. preterea etiā sicut aīa naturaliter appe-
tit vniri corpori:ita ꝛ potētia operari. ꝛ tm̄ in bea-
tis erunt potētie alique perpetuo sine operatione.
nec potest probari ex hoc appetitu: ꝙ aliquādo ha-
beant vel recipiāt tales operationes. ptꝫ de poten-
tia generatiua. ergo nec ex tali appetitu probatur
vnio futura anime ad corpus.

¶ **Sic igitur** ad primam rationē princi- Ad rōes principales de resurrectione futura.
palem adductā ad proban
dum resurrectionē futuram:ptꝫ ꝙ nō cogit pcedit
eīn ex aliquibus propositionibus que nō sunt note
vel certe rationi naturali:lꝫ sint pbabiles. Et dato
adhuc ꝙ tres prime essent note:non tm̄ quarta. ꝛ da
to ꝙ oēs adhuc non sequeret ppositum. dato eīn ꝙ
aīa sit forma homini intrinseca:ꝛ ꝙ numeretur nu-
meratione corporū:ꝛ ꝙ sit incorruptibilis:ꝛ ꝙ post
mortem hoīs habeat appetitum naturalem ad cor-
pus eo modo quo dictum est supra. adhuc ppositum
nō habetur:sicut superius dicebatur. ¶ Ad scđam
rationē diceretur ꝙ ex perfectione nature humane
nō potest pbari perpetuitas suorū indiuiduorū pro
quocūq̄ statu. Nam natura humana corruptibilis
est nō obstante ꝙ sit simpliciter perfectior q̄ natu-
ra celestis. Sicut etiā ꝛ natura cuiuslibet viuentis
simpliciter nobilior est ꝛ perfectior est natura non
viuentis. xv. de trinitate. natura autem celestis ſm 15. de trinita.
quid potest esse nobilior:puta quātum ad incorru-
ptibilitatem : que quidē incorruptibilitas nō dicit
perfectionē simpliciter: immo nec aliquid positiuū
super naturā eius cuius est. sed tm̄ negationē cor-
ruptibilitatis. Et dico ꝙ ista negatio ī celo funda-
tur sup naturā minus nobilē ꝛ perfectā simpliciter
q̄ sit natura humana. ¶ Ad tertiā dico ꝙ non est
naturaliter notum beatitudinē esse finē hoīs. beati
tudinem inquā que cōsistit in actu perpetuo ꝛ infa-
tigabili:quēadmodū ponimus de beatitudine pa-
trie:quā per fidem vel spem expectamus. vnde nec
philosophus aliquā talē beatitudinem posuit. sed
beatitudinē posuit in vita presenti possibilē habe-
ri ꝛ deficere cum beato ipso. ꝛ talis diceretur beati
tudo ꝯueniens homini corruptibili ꝛ mortali:lꝫ nō
conueniat talis beatitudo imperfecta intelligētie
vel deo vt ptꝫ. Uel si alia sibi cōuenit:nō est hoc na
naturaliter notuꝫ. Et preterea si ista ratio valeret:
cōcluderet ꝙ quilibet homo ad beatitudinē eternā

resurgeret. quod est falsum. ¶ Ad quartã de Aug. dico ꝙ Aug. multum videtur ibi declinare ad hoc qd̃ intẽdit argumẽtum. Et dico ꝙ lꝫ dicat verũ scꝫ ꝙ vera perfecta beatitudo futura sit eterna. non tñ ꝓbat demõstratiue ꝙ beatitudo que apparet homini possibilis ex naturalibꝰ et ex apparẽtibus sit eterna: ⁊ quin beatus possit mori ⁊ desinere eẽ beatus. Ad ꝓbationẽ vero suã qñ dicit: q̄ aut beatitudo deserit beatũ nolẽtem aut volentẽ aut neutrum: diceret: ꝙ beatitudo deserit ipsum volẽtem. q̄ vult ẽm rõnem rectã conformiter ad conditionẽ nature sue corruptibilis ⁊ mortalis ⁊ ita moritur volẽs: ⁊ cessat esse beatus volẽs. qñ dicit Aug. ꝙ vita beata nõ est: que non est amata. dico ꝙ verũ est eo modo ⁊ ꝓ qñ nata est inesse. Modo diceretur: ꝙ non semper potest inesse: sicut nec vita presens semꝑ potest durare. ideo ⁊c̃. Vel dabitur illud medium: ꝙ neq̄ volentẽ neq̄ nolẽtem actu elicito: sed neutrũ. Et tunc diceret: ꝙ non opꝫ semper velle beatitudinem actu elicito vel amare. quare ⁊c̃. ¶ Ex predictis ptꝫ: ꝙ maxime gratie dño iesu xp̃o sunt referẽde: qui de resurrectione hominum ⁊ futura beatitudine eterna fideles suos certificauit: quibus nõ poterat hoc esse certum per rationẽ naturalem. Hec de tertio articulo principali.

Ad ꝑnci palia argumẽta.

¶ Ad primum principale de beatitudine ⁊ fine hoĩs. ptꝫ ex predictis: quid dicendũ. ¶ Ad scd̃m ꝙ ꝓcedit ex illis tribus ꝓpositiõibus: ptꝫ etiã ex predictis. ¶ Ad tertium de deo iusto punitore ⁊ remuneratore ptꝫ quomodo ex predictis est solutum.

¶ Distinctionis Quadragesimetertie. Questio Quarta.

Quarto q̄ro. vtrũ

resurrectio futura erit naturaliter in instãti. ¶ Videtur ꝙ sic prime ad Chorin. xv. in momento in ictu oculi in nouissima tuba. Et sequit: mortui resurgẽt incorrupti. ergo ⁊c̃. ¶ Secũdo sic generatio naturaliter fit in instanti. ergo similiter. resurrectio erit in instanti. probatur consequentia. quia terminus resurrectionis est substantia: sicut ⁊ generationis. ¶ Tertio quia resurrectio fiet virtute diuina: que est infinita. sed talis virtus agit in instanti. q̄ si tanta virtus in tanto tẽpore maior virtus in minori tempore ⁊ infinita in instanti. ergo ⁊c̃.

¶ Contra pulueres nõ cõgregabuntur in instãti. q̄ per motũ localẽ ⁊ ministerio angeloꝝ. Similiter etiam pulueres corrũpentur: ⁊ abijcietur forma substãtialis ipsoꝝ. nam materia que debet poni sub noua forma: ꝑfuit sub alia: que erat forma corrũpendi. Tunc sic illud corrumpẽdum habebit esse finitũ vndiq̄. ⁊ per consequens ad minus habebit duos terminos positiuos sui esse. ⁊ per ꝯsequens erit dare vltimũ instans ipsius esse talis pulueris corrumpẽdi ergo si resurrectio erit immediate post instans esse illius: erit instãs immediatum instãti. hoc est cõtra philosophũ sexto phisicorum. ergo ⁊c̃. ¶ Et cõfirmatur. q̄ res permanẽs nõ habet esse. in tp̄e: nisi q̄ est in instãti. Non eñ mẽsuratur tp̄e sed instãti magis, igitur si resurrectio fiat in instanti: ⁊ ipsam resurrectionem immediate precedat esse pulueris corrumpendi sequitur instãtia cõsequẽter se habere sicut prius: vel sequit ꝙ in eodẽ instãti vltimo esse pulueris erit resurrectio: qd̃ est impossibile. q̄ tunc materia in eodem instanti esset sub pluribus formis simul.

¶ In ista questione sic ꝓcedã.

¶ Primo inquiram vtrum resurrectio futura poterit dici naturalis vel naturaliter fieri. ¶ Scd̃o inquirã vtrum poterit vel posset esse in instãti quãtum ad oĩa cõcurrentia. ¶ Tertio vtrum de facto erit in instãti ⁊ de tẽpore vel hora vel instanti illo. ¶ Vltimo ad rationes principales.

¶ Quãtum ad primum arti.

premitto aliqua: ⁊ postea ad ꝓpositum. Primũ est ꝙ in resurrectione futura large accipiẽdo resurrectionem possunt attẽdi tria. Primum erit recollectio puluerũ ministerio angelico. Scd̃m erit reformatio corpoꝝ ⁊ corruptio puluerum. Tertium erit aĩatio corporum vel reunitio aĩarum ad corpora.

Tria ĩ resurrectione futura attẽdenda.

¶ Scd̃o premitto ꝙ naturale dicitur: ⁊ accipitur multipliciter. vno modo accipitur naturale ꝓut opponitur libero. ⁊ isto modo dicimus naturale esse vel naturaliter fieri: quod fit a principio nõ libero. Et naturale isto modo accipit in habitudine principij actiui ad aliud actiuũ. Et principium nõ liberum dicimus naturaliter agere: sicut ignis dicitur naturaliter calefacere. quomõ aũt principiũ naturale ⁊ liberum distinguant in genere principij: satis dictũ est in primo. Et de distinctione istoꝝ loq̄tur philosophus scd̃o phisicoꝝ: qñ distĩguit naturã ab arte vel ab agẽte per intellectũ. Alio modo dicitur naturale ꝓut opponitur violento: vel neutri. ⁊ istud accipitur ex inclinatione passiui vel receptiui Et illud dr̃ naturale vel naturaliter fieri ĩ quocũq̄ passo qd̃ fit in tali passo ẽm inclinationẽ eius naturalem ad ipsum qd̃ fit. Illud vero dr̃ violentum qd̃ fit in passo ab extrinseco cõtra naturalẽ eius inclinationem. Et illud dicitur neutraliter fieri qd̃ nec ẽm inclinationem naturalem: vel nec cõtra ipsam: sed ẽm potẽtiam neutrã. ita ꝙ passum de se neutrũ vel indifferẽs ad hoc vel ad illud fieri: puta oppositum eius qd̃ fit. ⁊ habet hoc locũ in multis. Tertio modo dicitur vel accipitur ꝓut distingitur contra supernaturale. ⁊ isto modo accipitur naturale cõmuniter in habitudine ad agẽs creatum vel naturale. Et dicitur naturaliter fieri qd̃ fit ab agente creato vel naturali. Illud vero supernaturaliter: qd̃ ĩmediate fit a principio supernaturali: puta ab agente diuino. extra se dico. q̄ deus ad intra nihil ꝓducit supernaturaliter: sed naturaliter vel libere. quare ⁊c̃.

Naturale q̄t modis dicit.

¶ His premissis dico primo ꝙ resurrectio q̄tum ad recollectionẽ puluerum nõ erit naturalis primo modo: sed magis erit a principio libero: puta ab angelis mouẽtibus pulueres sua voluntate ex diuino imperio. vnde dico ꝙ natura nõ erit principiũ actiuum: sed magis voluntas talis collectionis. ¶ Secundo dico ꝙ nõ erit naturalis vniuersaliter scd̃o modo: sed q̄tũ ad aliquos pulueres: si sint graues: et moueantur deorsum erit naturalis. si sursum vel aliter erit violẽta. si sint leues ⁊ moueant deorsum vel aliter: seu ad alium locũ q̄ sursum: erit violẽta. si sursum: naturalis. ¶ Tertio dico ꝙ collectio puluerum erit naturalis. Tertio modo ⁊ nõ erit supernaturals. q̄ erit ab agẽte creato: ⁊ nõ immediate a deo. q̄ erit angelis ipsis ⁊ ministerio ipsoꝝ ẽm sententiam saluatoris. Math. xxiiij. mittet filius hoĩs angelos suos cũ tuba ⁊ voce magna: ⁊ cõgregabũt electos eius a quattuor ventis a summis celoꝝ vsq̄ ad terminos eoꝝ. qd̃ est dictu. quocũq̄ disperse fuerint partes corpoꝝ humanorum siue in elemẽta vt ignẽ vel terrã: vel corpus aqueũ seu aerẽ siue in qd̃cunq̄ corpus mediũ mixtũ: ꝯgregabunt: ⁊ colligẽtur ministerio angeloꝝ.

Quo resurrectio q̄tũ ad collectiones puluerũ non erit nãlis.

De reformatione corpoꝝ ⁊ eductione forme substãtialis corporis ⁊c̃.

¶ Quãtũ ad reformationem corpoꝝ de pulueribꝰ ⁊ eductionẽ forme substãtialis corporis eiusdẽ que prius educta fuit de materia pulueris. Dico primo ꝙ non erit resurrectio naturalis ꝑmo modo: sed erit libera a principio libero. s. a volũtate diuina. Nec erit ministerio angeloꝝ. q̄ angeli ẽm August. de trinitate: hoc nõ possunt. ¶ Scd̃o dico q̄tum ad materiã pulueris preexistẽtis ipsa erit naturalis scd̃o modo. q̄ materia ipsa est in potẽtia naturali ẽm se ad formã substantialẽ corporis vel corporeitatis: sicut ⁊ ad quãlibet formã substãtialẽ. vnde in ipsa materia nõ põt aliqua forma substãtialis violẽter induci: lꝫ totus pulvis ẽm rationẽ totius nõ ita sit in potẽtia naturali ad formã corporis sic ĩmediate succedẽtẽ. ¶ Tertio dico ꝙ illa reformatio corporis nõ erit naturalis. Tertio modo. quia a nullo agẽte creato fiet: sed immediate a deo. ⁊ ita supernaturalis ex agente preter modũ ⁊ cursum nature ꝯsuetum ⁊ sibi prestitutum. Quod aũt nõ fiet ab agente creato: ptꝫ. q̄ natura nũq̄ reparabit idẽ numero: sicut dictum est supra. Scd̃o q̄ nec ab angelo. eo ꝙ angeli nõ possunt educere formas substãtiales de materia ẽm Aug. Tertio de trinitate. Nec ab hoĩe ptꝫ. q̄ nullus hõ regenerabit aliũ. Similiter etiã q̄ agens naturale non põt sic ĩmediate corpus humanum formare de puluere: sed si põt hoc: opꝫ ꝙ hoc ẽm viam ⁊ media nature. puta ꝙ materia ducatur ad formã seminis et vlterius ad formã corporis. Hic aũt nõ tenebit iste ꝓcessus. quare ⁊c̃.

De aĩatione corporis vel vniõe aĩe ad ipꝫ in resurrectione.

¶ Quãtum ad aĩationẽ corporis vel vnionẽ aĩe ad corpus. dico primo ꝙ non erit naturalis primo modo: sed libera a principio libero: puta a diuina voluntate. sicut eñ prima vice vniebat aĩa corpori ab ip̃o deo creãte liberaliter ⁊ naturaliter infundẽte: ita ⁊ scd̃ario a deo reuniet. non aũt ab aliquo actiuo principio naturali. ¶ Secundo dico ꝙ resurrectio erit naturalis scd̃o mõ. q̄ aĩa est perfectio naturalis corporis dispositi. ⁊ corpus reformatũ ⁊ dispositũ est ĩ potẽtia ẽm inclinationẽ naturalẽ ad aĩam: vt perficiat ipsa. vnde non erit violenta resurrectio nec neutra: sed naturalis isto modo. Naturaliter eñ sic vt primo aĩa ꝑficiet corpus ⁊ ꝯcurret cũ eo ad causandũ vnũ ꝑ se cõpositum quod est hõ. ¶ Tertio dico ꝙ resurrectio nõ erit naturalis tertio modo. q̄ nõ fiet talis vnio ab aliquo agente creato. Erit ergo supernaturalis ex agẽte. q̄ ĩmediate fiet ab ipso: nõ ab angelo: nec ab aĩa ipsa. Non eñ seipsam reuniet corpori de facto: sicut nec prima vice vniuit se. Si dicas ꝙ omni potẽtie passiue naturali in receptiuo aliquo vel subiecto correspõdet potentia actiua naturalis creata. Alioquin esset frustra. Dico ꝙ non opꝫ de potẽtia passiua naturali: eo modo quo naturale accipitur ex habitudine passiui ad formã receptam: ⁊ vt distinguitur cõtra violẽtum: sed magis vt distinguit contra supernaturale. et ideo non concludit: vt ptꝫ.

¶ Sed dubium est: an posset esse resurrectio naturalis isto modo. An scꝫ aĩa posset seipsam reunire corpori. ⁊ dicunt aliq̄ ꝙ sic. q̄ ad hoc vt seipsam faceret presentẽ corpori vt videtur. sed corpori sic reparato posset aĩa seipsam facere presentẽ illi corpori. q̄ posset mouere seipsam ad tale corpus ẽm illam potẽtiam motiuã non organicam: qua potest vti separata existẽs. ergo ⁊c̃. Scd̃o etiã: q̄ nullum videtur incõueniens ꝙ vnum talem respectũ vnionis extrinsecum in sua virtute contineat. ⁊ per ꝯsequens ꝙ possit ipsum causare ⁊ seipsam suo corpori reunire.

Aĩa an posset seipsam reunire corpori. I. opinio.

¶ Sed mihi videt dicendum cum doctoribꝰ cõmuniter ꝙ aĩa nõ potest seipsam corpori vnire: nec reunire. ¶ Ad hoc adducũtur alique ratiões. prima est ista. omne illud qd̃ potest aĩam corpori vnire: põt totã humanitatem causare: vt videtur. sicut qd̃ potest in formaꝫ ignis ipsam vniẽdo materie: põt in totã substantiã ignis producendo ipsam: sed aĩa nõ potest causare effectiue totã humanitatẽ: licet possit ipsam causare sicut forma eius intrinseca ꝓbatio. q̄ causa effectiua totalis equiuoca est est simpliciter nobilior ⁊ ꝑfectior suo effectu sicut alias ꝓbaui. aĩa aũt nõ potest esse nobilior simpliciter tota humanitate: sicut nec aliqua pars põt eẽ nobilior suo toto. quare ⁊c̃. ¶ Secũdo q̄ materia ⁊ efficiẽs cõpositi substãtialis per se vnius nõ coincidunt: nec etiã forma. vt videtur: nã sicut nulla substãtia per se vna ꝓducit seipsam: ita nec aliquid intrinsecũ sibi ꝓducit eam. sed si aĩa seipam reuniret: efficeret hoĩem cõpositũ. ergo ⁊c̃. ¶ Tertio q̄ aĩa libere se vniret ex imperio volũtatis. ⁊ per ꝯsequens pari rõne posset se nõ vnire vel reunire: quãtũcunq̄ presens esset: ⁊ qua rõne posset se nõ vnire: eadẽ ratiõe seipsam separare prius vnita: ⁊ ⁊ iterum reunire qñ vellet. q̄ in potestate libertatis sue haberet talẽ respectum vnionis: vt poneretur in re vel nõ. quod nõ videt ꝓbabile. quare ⁊c̃. ¶ Quarto q̄ angelus nõ põt aliquã formã vnire materie. ergo multominus aĩa seipsam vel aliam.

Mẽs doctoris cũ rõnibus suis.

¶ Si dicas ad primam rationẽ ꝙ nõ semper opꝫ causam totalẽ equiuocã esse simpliciter nobiliorem effectu totali: sed tñ termino formali: sicut non opꝫ calefaciens equiuocum esse simpliciter nobilius toto calefacto: sicut licet sol calefaciat hominẽ: non tñ est nobilior hoĩe ⁊ toto cõposito ex substantia hominis ⁊ calore: sed bene est nobilior calore. Sic in proposito anima nõ esset nobilior tota humanitate vel homine cõposito: sed tantum esset nobilior ipsa vnione. ¶ Similiter si dicas ad scd̃m ꝙ forma ⁊ efficiens non coincidunt: quando forma cõpositi de nouo producitur: sicut fit per genenerationem: sed si forma preexistat: sicut in proposito: potest esse efficiens non obstante ꝙ sit intrinseca pars totius: sicut etiam subiectum preexistẽs potest esse causa effectiua totius compositi ex subiecto ⁊ accidente. ptꝫ in his que mouent seipsa. ¶ Similiter etiam contra tertiam. q̄ non oportet ꝙ illud quod potest vnire formam materie: ⁊ causare totum compositum ex materia ⁊ forma vel ex subiecto et accidente siue naturaliter siue libere vt in agentibus a proposito possit formam a materia separare vel accidens a subiecto vt patet. igitur similiter in proposito. ¶ Similiter quarto. q̄ natura in principio inducit dispositionem corporis ne-

Contra dicta doctoris.

cessitantem ad animam. igitur potest: vt videt̃ animam primo vnire ꝛ pari rõne reunire: sed tale principium naturale nõ potest esse nisi anima. ergo ꝛc̃.

Ad precedentes obiecti. ꝫ opi. doc.

¶ Ad ista dici potest. Ad primum non est simile de toto cõposito ex subiecto et accidẽte: ꝛ de per se vno composito ex materia et forma. Nam sicut probaui in scõo: scõm vicit ꝛ addit vltra partes tertiã entitatem compositi per se causabilis a generãte. non sic autem oportet de cõposito accidẽtali. ¶ Ad scõm dicẽdum ꝙ siue forma preexistat ẽm durationem siue non: dici non potest: ꝙ sit compositi causa effectiua: sicut probatum est in precedẽti ratione. Nec est simile de composito vno per accidens: cuius pars potest esse causa ꝛ de composito per se vno propter rationem predictam.

¶ Ad tertium dicendum ꝙ si agens liberum esset causa vnionis forme per se subsistẽtis naturaliter: cuius est anima: sicut posset esse causa vnionis: ita et̃ separationis. sic autem non est de aliqua forma inducta siue per naturam: siue per artem. quia omnis talis vel est forma substantialis: vel est accidens talis: que non potest naturaliter per se subsistere.

¶ Ad quartum dicẽdum ꝙ natura non inducit aliquã dispositionem simpliciter necessitantem ex natura rei ad animam habendam sed tm̃ ex pacto diuino: quod pepigit cum natura. Et ideo non oportet ꝙ possit inducere animam vel ipsam vnire corpori: sed deus siue prima vice siue secunda. preterea etiam quia anima vel natura in resurrectione non inducet illam dispositionem corporis necessitãtem ad animam: sicut nec in principio inducebat: sed ipsum generans vel deus ꝛc̃. Hec de primo articulo principali.

Resurrectio quãtũ ad oia cõcurrentia an posterit eẽ ĩ instanti. 1. opinio.

¶ Quãtum ad secundũ arti.

An scz resurrectio quãtum ad omnia illa tria possit esse in instanti: ꝛ primo de recollectione puluerum an posset esse in instãti. Et dicunt aliqui ꝙ sic: dato ꝙ fieret per motum verum. quia motus diuina virtute potest esse in instanti: non solum mutatio instantanea vt generatio. ¶ Quod autem motus possit esse in instanti probatur. Tum quia motus est idem essentialiter cũ termino ꝫ tum ad totũ illud quod dicit: vel importat principaliter. Sicut enim esse est idem cum eo quod est: ita ꝛ fieri: puta motus est idem cum eo quod fit puta cum forma. Et ideo aristo. v. phisicorum dicit ꝙ motus est de genere termini ad quem vadit ꝛ distinguit ibi species motus ẽm terminos. Et commentator tertio phisicorum dicit ꝙ ẽm opinionem veriorez motus est forma fluens. terminus autem motus potest esse in instanti. ergo ꝛc̃. ¶ Tum quia motus essentialiter distinguitur a successione: sicut subiectum a propria passione: ꝛ est prior naturaliter ipso. ꝛ per consequens deus potest ipsum facere sine sua successione. ꝛ sic in instanti. ¶ Tum qz ẽm cõmentatorem. iij. phisicorum. successio nõ est in motu nisi vel propter resistentiam mobilis ad motorem: vel medij ad mobile vel ad motorem: que omnes cause finaliter reducuntur ad vnam: puta ad impotentiam mouentis. cui aliquid resistit in mouendo. sed diuina virtus perfecta est ꝛ infinita cui nihil resistit: nec resistere potest. ergo ꝛc̃. ¶ Tum quia per naturã potest fieri vt aliquid accipiat maiorem locum vel minorem ꝫ prius in instanti: puta quando ex aliquo corpore densato generatur rarum: vt quando ex terra generatur ignis vel econuerso: in instanti generationis: materia prior accipit maiorem vel minorem locum. minorem: quando condensatur. maiorẽ quando rarefit vel generatur corpus rarum. Et similiter etiam quando talis materia cõdensatur vel rarefit. ꝛ ita accipit maiorem vel minorem locum ꝛ corpus circunstans in instanti concurrit vel expellitur. ꝛ sic mouetur in instanti ne sit vacuum in natura per tempus. Similiter etiam corpus quod generatur est alterius figure: ꝛ ita occupat eius materia alium locum ꝫ prius in instanti: sicut patet de corpore formato ex semine. Et similiter ꝓz ꝙ aliquid occupat maiorem locum ꝫ prius in instanti conuersionis alimẽti in carnem: in quo nutritur simul: ꝛ accipit maiorem quantitatem: et per consequens occupat maiorem locum: sed omnia ista non fiunt nisi per motum localem. vt videtur. igitur potest esse in instanti. Dicunt igitur isti ꝙ posito ꝙ recollectio puluerum fieret per motum localẽ: adhuc posset fieri a deo in instanti: vt videtur.

2. opinio

¶ Alij dicunt ꝙ nullo modo penitus et iama virtute diuina põt fieri talis recollectio puluerum et translatio de loco ad locum in instanti. ¶ Tum quia nõ potest fieri talis translatio nisi per motum localem ꝛ mutationem ad vbi. Aliter enim non est intelligibilis: sed impossibile est quacunq; virtute fieri motum localem in instãti ẽm philosophum. vj. phisicorum et commentatorem. iiij. phisicorum de vacuo. nam alias in vacuo posset esse motus: quod est impossibile simpliciter. ¶ Tum quia si talis recollectio fieret in instãti: sequeretur ꝙ simul puluis ille ꝛ idem corpus esset in principio spacij in medio ꝛ extremo vel termino: quod est impossibile: ꝛ implicat cõtradictionem. ¶ Tum quia ad hoc sequeretur impossibile in natura scilicet vacuum esse per tempus illud spacium vel illum locum: a quo transferretur ille puluis in instãti. non ẽm potest repleri alio corpore moto ad ipsum in instãti. qz motus non potest fieri in instanti. vacuum autem in natura est simpliciter impossibile. ergo ꝛc̃.

ꝫ prima opinio.

¶ Sed neutra istarum opinionum videtur michi vera. Prima enim fundatur super aliqua falsa: scilicet ꝙ motus sit idem essentialiter cum forma terminante. Nam oppositum huius ego probaui pluries et specialiter in primo distinctione. xiij. in illa questione vtrũ generatio ꝛ spiratio actiua distinguantur in diuinis. Secũdum falsum est: ꝙ successio sit passio motus quasi vel aliquid essentialiter distinctum a motu. Oppositum enim huius probaui in primo distinctione. xij. in illa questione vtrum equalitas sit in diuinis. Tertium falsum est ꝙ motus possit esse in instanti. Nam oppositum huius probaui in scõo distinctione. x. in illa questione vrum angelus possit moueri localiter. Unde dico ꝙ sicut impossibile est a quacunq; virtute ꝙ motus cum sit essentialiter et ex se intrinsece successiuus fiat vel sit in instãti: sicut etiam ꝙ generatio. vel mutatio instantanea fiat vel sit in tempore: ita impossibile est simpliciter quacunq; virtute: ꝙ illa recollectio puluerum fiat in instanti per motum localem: qui vere et proprie dicitur motus prout motus distinguitur cõtra simplicem mutationem.

¶ Secundo dico contra secundam opinionem ꝙ ipsa supponit vnum falsum. s. ꝙ non possit fieri recollectio puluerum nisi per motum localem qui est essentialiter ꝛ vere ꝛ proprie motus ꝛ quid successiuum distinctus a simplici mutatione. Potest ẽm aliter fieri puta per mutationẽ instantaneam de loco ad locum: sed illa mutatio non esset vere motus sicut deus in instanti potest causare albedinem in corpore non per motum: sed per simplicẽ mutationem corporis in instanti: ita in aliquo corpore potest causare in instanti vnum vbi nouum in alio loco non per motum sed in instanti: nec implicat hoc contradictionẽ aliquam: ꝙ in toto tempore precedenti illud instans sit corpus in priori loco ꝛ in instãti terminato illius temporis fiat ꝛ fit in alio loco non manens in priori loco vel etiam manens in ipso quia sicut dictum est supra: deus potest facere vnũ corpus in pluribus locis simul: ꝛ patet in corpore christi propositum. Sicut enim facit deus ꝙ corpus christi ꝫsens sit in instanti in altari manẽs cum hoc in celo: ita posset facere ꝙ non manens in celo. ꝛ totum in instanti. et talis mutatio instantanea est: quando ponitur terminus in instanti: et simul cum termino prio illo instãti: quare ꝛc̃. Ita diceretur ꝙ translatio puluris de loco ad locum virtute diuina posset esse in instanti. Nec est imaginãdum sicut vius imaginatur: ꝙ in toto tempore precedenti sit in priori loco: ꝛ in tẽpore sequenti sit: et quiescat in alio loco in instanti vero mediato copulatiuo ambozũ mutet̃ ad posteriorẽ locũ sic ꝙ non sit in illo: sed imaginandũ est ꝙ ĩ illo instãti mutat̃ ad vbi ĩ illo loco ꝛ est in illo loco. sicut materia ĩ instanti generationis simul mutatur ad formaz: ꝛ est sub forma: vt patet. ¶ Et ita dico absolute loquẽdo ꝙ virtute diuina saltem pulueres possent recolligi in instanti licet non per motum: sed per simplicem mutationem instantaneam.

Ad motiua. 1. opi.

¶ Ad motiua vtriusq; opinionis. Ad motiua prime dico ad primũ ꝙ motus nõ est idem cum forma terminãte nec perfecta nec imperfecta. Et si esset idem cũ imperfecta eadem ratione cũ perfecta. quia perfecta sic acquiritur per motũ: sicut imperfecta. Quando dicis ꝙ esse est idem cum eo quod est dico ꝙ verũ est sed non est simile de fieri ꝛ eo quod fit. Nam sicut patet manẽte eo quod est: oportet ꝙ maneat ipsius esse: ꝛ ipsum esse non est via in id quod est. sed manente eo qõ fit non manet fieri vniuersaliter loquẽdo ꝛ precipue fieri qõ est motus. Patet ꝛ in artificialibus: vt manente domo nõ manet propter hoc edificatio. Nec manẽte albedine manet dealbatio vel dealbari: ꝛ ideo non valẽt. Similiter etiam qõ additur ꝙ motus diuersificatur specie ẽm genera terminorum ad hoc alias est responsum. Et patet ex intẽtione Aristotelis ꝙ nichil valet ad propositum eorum. Non ẽm Aristoteles posuit motum diuersificari ẽm genera generalissima sicut ꝛ terminos: sed ẽm species infra genus suum. ꝛ per consequens non posuit motũ esse idem cum termino: qui variatur vel diuersificatur ẽm genus suum generalissimum. Alterius enim generalissimi sunt quantitas qualitas ꝛ vbi: sicut patet. Ad commẽtatorem dico ꝙ corrigit dictum suum quinto phisicorum vbi dicit ꝙ motus non est nisi transmutatio. ꝛ per consequens non est forma ad quam terminatur.

¶ Ad secundum dico ꝙ accipitur falsum. Nam sicut permanens per propriam naturam intrinsecaz est permanens ꝛ non per aliquid additum: ita successiuum est successiuum. ꝛ ita impossibile est ꝙ successio sit passio motus essentialiter distincta ab ipso sicut ostensum est in primo. ¶ Ad tertium dico ꝙ successio non est in motu ex causa intrinseca nisi ex altera illarum causarum. sed dico ꝙ semper successio est in motu ex propria natura intrinseca vndecunq; fiat ꝛ a quocunq; causet̃. ita ꝙ successio quãdoq; est in motu ex causa extrinseca et intrinseca simul. quandoq; ex altera tantum: vel ex natura intrinseca. Et dico ꝙ semper in motu est successio ex natura propria intrinseca saltez. et impossibile est esse motum nisi in successiõe et successiuo: sicut impossibile est esse hominem nisi rationalem. ¶ Ad quartum dico breuiter ꝙ illa sunt possibilia in instanti: sed non per motum proprie accipiendo: sed vel per mutationem simplicem: si presupponatur subiectum ẽm durationem vel simplicẽ causationẽ seu acceptionẽ. si nõ ꝓsupponat subiectũ ẽm durationẽ siue a deo: siue a natura: vñ qõ accipit ibi ꝙ illa nõ sũt possibilia nisi p motũ localẽ ꝓprie accipiẽdo motum: falsum est. et hoc satis superius in positione huius arti. fuit declaratum. Talia enim nõ possunt fieri per motum in instanti: nec a natura: nec a deo. Et si dicas ꝙ deus potest facere vnum corpus in instanti esse in principio medio et termino alicuius spacij. et sic mouere ipsum in instanti. Dico ꝙ illud non posset facere per motum. et ideo nec motum posset facere in instanti.

Ad motiua. 2. opi.

¶ Ad primum alterius opinionis ꝫ patet qõ nullo mõ possibile est puluerem transferri in instanti dico qõ immo nec oportet quod sit per motum. immo impossibile est ꝙ per motum. nec omnis mutatio ad vbi est proprie motus: sicut nec omnis mutatio ad qualitatem est proprie motus: qui dicitur alteratio sed est aliquando et potest esse mutatio instãtanea simplex vt dictum est supra. ¶ Ad secundum dico ꝙ non sequitur illud: sed sequitur ꝙ in toto tempore precedenti esset corpus in primo loco: ꝛ in illo instanti subitanee mutationis esset in alio loco sibi equali. Dico tamen vltra ꝙ virtute diuina possibile est idem simul esse in pluribus locis. et ita simul esse in principio medio ꝛ termino. sed non per motum vnius cõtinuum in instanti: sed per plures simplices mutationes: vt dictum est supra.

¶ Ad tertium dico ꝙ per naturam non est possibile vacuum. quia natura non expellit corpus de vno loco: nisi inducendo vel introducendo aliud. dico tamen ꝙ per naturam possibile est aliquam mutationem instantaneam: vel acceptionem maioris vl minoris loci fieri in instanti. ꝛ ita subintroduci vl expelli virtute nature aliquod corpus in instanti. Sed virtute diuina dico ꝙ possibile est fieri vacuũ et ita moueri vnum corpus de vno loco: sic ꝙ non introducatur ad aliud corpus. Et secũdũ aliquod fuit factum in conceptione christi: quando fuit materia sanguinium virginis condensata ad formationem corporis Christi et sic occupauit minorem locum ꝫ prius. tamen non fuit statim subintroductum illi loco aliud corpus. Non curo de hoc. scio ꝙ possibile est virtute diuina vacuum esse in natura mouẽdo vnũ corpus de loco vel anichilãdo ipm

vel corrūpendo: ⁊ nullū aliud sub introducendo.
Si queras an in vacuo possit facere motum de hoc
dictum est in secundo distinc. xiij. in illa questione.
vtrum angelus possit localiter moueri. Et p̄terea
ad istud argumētum dico scd̄o φ non oporteret fie
ri vacuū. quia posset in instanti aliud corpus a deo
introduci: vt dictum est: licet nō per motum. sic de
recollectiōe puluerū: an possit esse ī instāti. ¶ De
Nō hec. reformatōe vero corporis q̄tū ad corruptionē pul
ueris ⁊ introductionē forme substātialis pulueris
in materia pulueris planū est ex p̄dictis φ nō pōt
esse in tp̄e ⁊ pōt esse ī instāti sicut nec gn̄atio vl' cor
ruptio substantialis ⁊ quecunqz mutatio instanta-
nea. Similiter q̄tum ad dispositiones precedētes
dico φ possunt haberi vel in tempore per motum:
vel in instanti per mutationē ⁊ nullo modo in instā
ti per motum nec in tempore per simplicem muta-
tionē. Qz autem inductio forme substantialis non
possit esse in tēpore: sed in instāti patet: quia forma
substantialis simplex est: sic φ ad ipsam non potest
esse actio vel passio successiua nec motus. Non em̄
suscipit intēsionem ⁊ remissionem: nec habet par-
tes sm quas possit attendi successio in acquirendo
sed quicquid habetur de ipsa in instanti habetur.
Est tamen dubium vtrum deus posset conseruare
per tēpus generationem: quam causat in instanti.
Et puta φ repugnat non ex impotentia dei: sed ex
natura rei: sicut ⁊ motum fieri in instanti. ¶ Quā
tum vero ad animationē corporis ⁊ infusionē ani-
me rationalis: quod est vltimum ⁊ perfectissimum
in resurrectione: dico φ illa non potest esse in tem-
pore: sed ī instāti est vel in mēsura indiuisibili mul
to fortiori ratione: sicut patet. quia simplex est tota
liter non habēs partem ⁊ partē omnino: nec gradū
⁊ gradum sm que posset attēdi aliqua successio in
inductione vel infusione ipsius. Hec de secundo ar
ticulo principali.

quid erit de p̄dictis in rei veritate.
¶ Quantum ad tertium arti
culū quid erit de facto dico φ recollectio puluerū
erit in tēpore ⁊ fiet. quia per motū fiet ⁊ ministerio
angelorum sm auctoritatē christi superius allega
tam. ¶ Scd̄o dico φ reformatio corporis ⁊ corru
ptio pulueris fiet in instanti nō precedēte altera-
tione dispositiua: que sit vere motus sed ⁊ materia
pulueris in instāti disponetur ad formas corporis
et in eodē instanti forma pulueris corrumpetur: ⁊
forma corporis inducetur: vl' potius educet a deo.
¶ Tertio dico φ animatio erit in instanti eodem.
Vnietur em̄ anima a deo corpori ipsi in eodem in-
stanti in quo formabitur corpus. Ex quo patet φ
illa animatio nō erit vere ⁊ proprie mutatio. qz cor
pus nō preexistit sibi sm duratiōnē: sed tm̄ sm na-
turam. Sed quo tēpore vel instāti fient ista: ⁊ si re-
surrectio omniū erit in eodem tēpore vel instanti.
¶ De recollectione puluerū ipsorū mortuorū pre
cedētium dico φ fiet in tēpore satis breui precedē
De die ī stāti tp̄e resurrectiōis nō est certitudo. te instans reformationis ⁊ animationis eius. Sz
in quo instanti diei naturalis fient ista. Dicitur φ
ex scriptura nec ex auctoritatibus sanctorū certi-
tudo habetur de isto: sed sm dispositionē ⁊ sitū lo-
ci in quo fiet ista resurrectio. puta vallis iosaphat
vel q̄tum ad vallem totam vel q̄tum ad partem q̄
sufficiet ad capiendum reprobos. quia electi non
erunt in terra: sed ibunt obuiā christo in aera. Po
test dici φ vel in hora illa diei seu instanti in quo
christus surrexit vel consimili vel quando pylatus
adiudicauit eū morti. ⁊ tūc iudicabit ipse: vel quā-
do expirauit in cruce: vel quando ascendit in celū:
quando dictum est sicut vidistis eū ascendētem in
celum: ita veniet. mortui suscitabuntur. nec est di-
cēdum loquēdo probabiliter φ media nocte: sicut
aliqui dicunt: accipientes hoc ex illo. Math. xxv. Ma. 25.
Media nocte clamor factus est. Tunc surrexerunt
omnes ⁊c. Et prime ad Thessalo. v. dies dñi sicut
fur ita veniet. ⁊ multis alijs similibus que possunt
ad hoc haberi. Sed exponēdum est media nocte p
incerta hora. Nam probabile est φ ⁊ reprobi ⁊ ele
cti sint in loco illuminato: ⁊ tēpore diei artificialis
ad confusionem reproborum ⁊ gloriam electorum
quia reprobi videbuntur ⁊ ab electis ⁊ ab inuicē.
⁊ similiter electi. Sz fiet vel erit ne resurrectio om
nium in eodē instanti videtur dicere apostolus. pri
me ad thessalo. v. ⁊ August. etiam tractādo verba
sua φ non. sed resurrectio eorum qui inueniuntur
mortui in aduētu iudicis precedet duratiōe resur
rectionē illorū qui inuenientur viui: ⁊ illi viui sm
verba apostoli prius rapientur obuiam christo. et
ibi vt probabile est sm Augustinū morient. ⁊ subi
to postea resurgēt. vnde dicit Augu. sic. si sanctos
qui rapient christo veniente: viuētes eiqz obuiam
rapient: crediderimus in eodem raptu de mortali-
bus corporibus exituros: ⁊ eadē mox in immorta-
lia redituros: nullas in verbis apostoli patiemur
angustias. Hoc etiam expresse videt dicere aposto
lus. Mortui inquit qui in christo sunt: resurgēt pri
mi. Deinde nos q̄ viuimus ⁊c. vbi sm Augu. apl's
in seipso ⁊ in illis q̄ secū viuebāt: voluit exprimi: ⁊
intelligi illos qui tūc sunt victuri: ⁊ in aduētu iudi
cis inuenientur viui. Hec de tertio articulo.

ad rōnes principales.
¶ Ad primum principale ar-
gumentum patet quomodo resurrectio erit in in-
stanti in momento vel ictu oculi: si accipiatur vel
pro instanti proprio vel tempore valde breui.
¶ Ad secundum generatio q̄tum ad id quod est
in instanti est: sicut et inductio forme substantialis
Ita dico de resurrectione. sed q̄tum ad motum p̄-
uium non est in instanti: sic nec resurrectio q̄tum
ad collectionem puluerum. ¶ Ad tertium dico φ
collectio puluerum non fiet immediate a virtute
diuina: nec in instanti: sed fiet ministerio angelo-
rum. Sed plus petit argumentum. quia videt pro
bare φ collectio puluerum etiam per motum pos-
set esse in instanti. quia si tanta virtus in tanto tem
pore ⁊ cetera. ¶ Dico φ aristo. vel non accipit ibi
proprie motum vel mouere: vt motus distinguitur
contra mutationem: sed vt dicit aliquid commune
ad motum ⁊ mutationem: ⁊ tunc verum est φ vir-
tus infinita dei potest mutare in instanti ad illud:
ad quod natura non posset nisi in tempore. vel si ac
cipit proprie motum sua regula non cogit: nisi fa-
ciendo vnam ypothesim falsam: scilicet φ motui
ex parte sua non repugnet fieri in instanti. Et tūc
verum esset φ a virtute infinita posset fieri in in-
stanti: Et tunc nō plus habetur ex regula Aristo.
nisi φ ex parte virtutis infinite: vel ex aliqua pō-
tentia dei non repugnat motum fieri vel esse in in-
stanti: licet hoc repugnet ex parte ipsius motus et
nature motus: quare ⁊c.

ad argumēta principalib' opposita
¶ Ad primū in oppositum quod p̄bat re
surrectionē quātū ad refor-
mationē corporis ⁊ animationē nō posse esse in in-
stanti. dico φ in eodē instanti puluis corrumpetur
⁊ corpus reformabitur ⁊ animabitur: ⁊ in toto tē-
pore precedenti puluis habebit suum esse: sicut de-
terminatur in generatione ⁊ corruptione. viij. phi
sicorum a philosopho. Quando dicis φ esse pulue
ris est finitū ⁊ determinatum: ⁊ ita habet vltimuz
instans sibi correspondēs: sicut ⁊ primum. Dico φ
euum mensurans vel quasi mensurans esse rei per-
manētis simplex est ⁊ indiuisibile: ⁊ idem cū re ipa
⁊ ita coexistit ⁊ in instanti tēporis ⁊ tēpori ⁊ ipsi ī
stanti: in quo producit illa res vel cui coexistit res
in suo produci: ⁊ tēpori postea in quo durat: et est.
Et sicut res finita est ⁊ suum esse: ita ⁊ euum: ⁊ ces
sat cū re ipsa in instanti terminatiuo illius tempo
ris: cui coexistebat quādo erat Et ita licet tēpus
illud sit finitū ⁊ esse rei permanētis: non tamē ipsi
esse correspondet vltimū instās illud terminatiuū
predicti tēporis: sed magis correspondet suo nō es
se post esse: in quo simul instanti id quod generatur
accipit esse ⁊ sibi attribuitur illud instans: non au-
8. phisi. tē ipsi nō esse corrupti. Unde ⁊ philosophus. viij.
phisicorum dicit: φ instans est posterioris passiōis
Nam licet in eodē instanti corruptum nō sit: ⁊ ge-
neratū sit: tamē dicitur posterioris passionis. qz nō
esse proprie non mēsuratur: sed esse magis. Ex qui
bus patet φ nō oportet instans esse immediatū in-
stanti sed tēpori. Ad confirmationē dico φ maior
est falsa. Ita enim permanēs potest coexistere tem
pori: sicut instāti nec est verum φ nō habeat coexi-
stere tēpori: nisi quia instanti. et ita non oportet φ
suo esse vltimo correspondeat instans sicut magis
est declaratū in solutione precedēti: nec φ instans
sit immediatum instanti.

¶ Distinctionis. xliiij.
Questio Prima.

Circa distinctionez
xliiij. quero primo. Utrū vir
resurget idē homo qui prius
per omnia vel q̄tum ad oīa.
¶ Videt φ non primo q̄tuz
ad illud qd̄ est in ipso de veri-
tate humane nature. Non em̄
totū illud resurget in homine
tum qz de veritate humane na
ture ī Adā fuit costa illa: de qua formata fuit eua.
Et planū est etiā φ ad veritatē nature pertinet ma
teria eius in eua ⁊ nō resurget in ambobus. ⁊ ma-
xime in Adā non resurget. Tum qz idem potest es
se de veritate nature humane in vna ⁊ in alio p nu
trimētum. Caro em̄ vnius pōt esse nutrimentū al-
terius. ⁊ planū est φ in ambobus nō resurget. Tū
quia illud qd̄ fuit semen in vno p multas transmu
tatiōes potest fieri semē in alio. ⁊ sic eadē materia
radicaliter ptinere ad naturam plurimorū ⁊ equa-
liter. sed in ambobus nō resurget: g̃ ⁊c. ¶ Secūdo
arguitur q̄tum ad mēbra vel partes organicas. qz
August. sm Augustinū in enchiridion ⁊ ponitur in litera.
Non oportebit φ singula pars materie ad singulā
partem corporis reuertat in qua prefuit. sicut po-
nit exemplum de statua: que licet repararet eadez
de materia priori liquefacta nichil interesset q̄ par
ticula materie cui mēbro statue reddetur: sed si nō
redditur eidem particule corporis eadem materia
non resurgit eadē numero. igitur ⁊c. ¶ Tertio q̄
tum ad accidētia coniuncti: quia non reuertetur in
omnibus eadē figura vel etiam idem color: ⁊ sic de
multis alijs accidētibus. Et similiter de potentijs
sensitiuis si ponantur accidentia coniuncti. Nam
ad corruptionem totius corrumpuntur ⁊ interrū-
puntur in esse: vt patet. sed interruptum in esse re-
parari non potest: ergo ⁊c.

¶ Contra Iob. Credo φ redemptor me' ⁊c. ⁊ in carne mea videbo deū. Job.
Quem visurus sum ego ipse ⁊ nō alius. g̃ ⁊c.

¶ In ista questione sic p̄cedā
¶ Primo inquirā vtrum homo resurget idē tota
liter qui prius quātum ad partes essentiales eius:
puta materiam ⁊ formā substantialem eius vl' for
mas substantiales: ⁊ per cōsequēs quātum ad totū
essentiale cōstitutum ex ipsis. ¶ Secundo inquirā
an homo resurget totaliter idez quātum ad partes
totius organicas: ⁊ quātū ad potētias operatiuas
ipsius: ⁊ q̄tū ad humores ⁊ talia. ¶ Tertio inqui-
rā an homo resurget totaliter idem q̄tum ad que-
libet accidentia eius propria vel cōmunia. ¶ Ulti
mo ad rationes principales.

An hō resurget idē totalit' q̄ prius q̄tū ad partes essentiales ei'
¶ Quantum ad primum ar-
ticulū dico φ partes essentiales hominis sunt cor-
pus ⁊ anima rationalis seu intellectiua: que est ea
dem substantialiter intellectiua sensitiua ⁊ vegeta
tiua sicut dixi in. 2. partes vero essentiales corpo-
ris sm me sunt materia ipsa ⁊ forma substantialis
mixti: ex quibus cōstituitur corpus ipsum: qd̄ est p
fectibile ab anima ⁊ proprium ei' susceptiuum: ex
quo cum anima ipsa constituitur humanitas ipsa:
seu entitas vel veritas humane nature vel ipse to
tus homo. ¶ Quantum igitur ad materiam dico
primo preter missis dictis aliquorum aliorū φ non
quilibet homo resurget idem totaliter quātum ad
materiam quā prius habuit: vel que prius aliquan
do pertinuit ad naturam humanā: seu ad veritatez
nature humane in ipso. ¶ Hoc probo aliquibus
vijs. primo quia pueri vel paruuli mortui resurgēt
in quantitate viri perfecti ⁊ cū tanta materia quā
ta sufficeret ad virum pfectum: et precipue in illa
quantitate quam habuissent in etate iuuenili circa
xxx. annum sm Augusti. xxij. de ciuitate. c. xv. sed
hoc non esset nisi plus daretur eis de materia q̄ an
te: ⁊ ad materiam eorum quā prius habuerunt: ad-
deretur alia materia. quia corpus eorum non erit
sic rarū: vt tam parū de materia posset sufficere ad
tantam quātitatem quantam habebunt in resurre-
ctione: ⁊ φ posset esse materia viri perfecti. igitur
materia eorū non erit totaliter ⁊ penitus eadez q̄
prius. Sicut em̄ entitati materie addit: ita ⁊ iden
titas aliqualit' variat. ¶ Scd̄o sic planuz est sicut
probaui in scd̄o φ materia alimēti postq̄ ꝯuersuz
est in carnē vel in substātiā hoīs aliti: ptinet ad ve
ritatē hūane nature: vel aliqn̄ ptinuit sed planū est
φ tota materia talis ī resurgēte nō reuertet. Cum
em̄ hō viuēs multa alimēta in suā substantiā ꝯuer
tat: q̄ fluūt et refluunt si tota materia reuerteret in
resurgēte: resurgēs eēt nimie q̄titatis: ⁊ multo ma
ioris et excedētis q̄ exigat corpus hūanū ⁊ ī pro-

portionate simpliciter ad animam humanam vt videtur:quare ⁊ cetera. ¶ Tertio etiam hoc videtur quia ad hoc ꝙ reuertatur idem homo numero q̄tum ad identitatem materie sufficit ꝙ redeat tantum de materia:que aliquando ad ipsum pertinuit q̄tum habet:vel debet habere ad perfectionē corporis humani sed ad hoc non requiritur ꝙ precise et tota materia reuertatur:que aliquando viuente eo ad ipsum pertinuit sicut nec ad hoc maneat idē homo numero viuens ⁊ perfectus: non requiritur ꝙ maneat eadem ⁊ tota materia que prefuit. ergo et cetera. Dico igitur sicut potest haberi ex predictis non est dicendum hominem resurrecturum fore eundem totaliter s̄m materiam. ¶ Nec valet contra hoc dictum aliquorum ponentium ꝙ materia illa sola que tracta est a parentibus pertinet ad veritatem humane nature: et quia illa omnino reuertetur eadem. ideo et cetera. Similiter nō valet dictum aliorum dicentium ꝙ materia secundūꝫ se est indistincta:nec vna est numero vel plures. sed hoc habet penitus ex forma. et quia reuertetur materia sub eadem forma penitus puta sub anima rationali:ideo reuertetur penitus eadem materia. Nam primum dictum supponit vnum falsum:sicut probatum est in secundo distinctione trigesima vbi ostensum est ꝙ virtute nutritiue alimentum cōuertitur in veritatem humane nature. ita ꝙ non solum materia tracta nec caro tracta ex parentibus: que dicitur radicalis ad veritatem humane nature pertinet:verum etiam caro nutrimentalis. Similiter secundū dictum et ratio eius nichil valet. quia materia non indiuiduatur per formam nec ex forma: sed oportet sibi assignare necessario propriam differentiam indiuidualem:sicut et forme et cuilibet essentie distincte ab alio:sicut ostendi in secundo.

de forma corporeitatis.

¶ Quantum ad formam corporeitatis vel mixtionis dico idem per omnia:sicut de materia. Nam illa forma materie coextenditur:et de ipsa educitur et vniformiter fluit vel refluit:sicut materia vel partes materie:et etiam vniformiter pertinet ad veritatem nature humane. Unde dico ꝙ homo non resurget idem totaliter:qui prefuit quantum ad formam talem et omnem partem eius:que aliquando pertinuit in ipso ad veritatem humane nature. Tunc enim corpus esset nimie densitatis vel nimie quantitatis. Cum enim talis forma de materia educatur: sicut tota de tota materia educitur: ita pars de parte et sibi coextenditur per accidens et idem est omnino iudicium de vtraq;.

Nō hec omnia.

¶ Quantum ad aliam formam hominis: puta animam intellectiuam manifestum est ꝙ ipsa sit simplex et indiuisibilis et per se et per accidens: et incorruptibilis simpliciter et immortalis ꝙ homo resurget penitus idem:qui prius quantum ad animam rationalem:et in hoc nulla dubitatio vel difficultas inuenitur. ¶ Quantum vero ad naturam corporis ex materia et forma mixtiōis vel corporeitatis substantialis constitutam an homo resurget penitus idem qui prius quantum ad naturam talem corporis partis idem est omnino iudicium:sicut de partibus essentialibus corporis constituentibus naturam predictam: vt patet intuenti. Et similiter de vnione partium essentialium materie et talis forme:que vnio dicit vnum respectum extrinsecum: sicut probaui alias. quia eodem modo reuertetur eadem vel non eadem sicut partes. ¶ Quantum vero ad totam humanitatem vel substantiam compositam ex corpore ⁊ anima dicendū est ꝙ licet reuertatur penitus eadem que prius aliquando fuit:q̄tum est ex parte anime:non tamen in seipsa ⁊ in ratione totius. variabitur enim aliquo modo s̄m variationem corporis. Et idem est omnino iudicium de ista variatione sicut de variatiōe corporis: sicut iam patet ex predictis.

Sūmatō huius articuli.

¶ Quantum igitur ad presentem articulum patet ꝙ homo non resurget idē penitus:qui aliquando fuit quantum ad totam materiam vel formaꝫ corporis vel naturam corporis seu etiam substantiam humanitatis:quā aliquādo habuit:sed non obstante ꝙ ista possint variari aliquo modo:resurget tamen idem numero:qui prius aliquando fuit.

De vnione corporis ad aīam.

¶ Sed quid de vnione anime ad corpus. Dicendum ꝙ fundamētum illius vnionis puta anima reuertetur penitus idem sed terminus huius vnionis variabitur:puta corpus modo predicto. ⁊ quia non solum respectus variatur ex fundamento:sed ex termino:potest dici de variatione vel idētitate talis respectus: sicut de idētitate vel variatione corporis terminantis. Et dato ꝙ talis vnio in nullo eadeꝫ esset cum priori:sed simpliciter noua ⁊ alia sicut posset deus facere reuniēdo animam corpori:adhuc tamen non tolleretur propter hoc idētitas hominis vel vnitas. quia ista vnio accidēs est ⁊ non pertinet intrinsece ad substantiam eius. Hec de primo articulo questionis.

Quid de partibus integralibus ⁊ operatiuis ⁊ humoribus in resurrectione.

¶ Quantum ad secūdum articulum

de partibus integralibus ⁊ potētijs operatiuis ⁊ humoribus dico primo ꝙ partes integrales hominis possunt intelligi vel etherogenee ⁊ organice sicut caro ⁊ os:manus ⁊ pes:⁊ caput vl' cor ⁊ huiusmodi. vel non organice ⁊ homogenee:sicut partes carnis vel ossis. Et iam satis potest patere ex articulo precedēti ꝙ sicut non oportet totū corpus constitutū ex istis redire idem numero q̄tum ad omnia que aliquādo pertinuerunt ad ipsum. et fuerunt aliquando in vita de natura eius:ita etiaꝫ nec oportet de istis partibus nec fiet. sꝫ iste partes variabuntur ⁊ manebunt eedem suo modo:sicut ⁊ totum ipsum. ¶ Dico igitur de talibus partibus: ꝙ tales partes eedem reuertentur quantum ad illud quod sufficiet ad perfectionē corporis humani quantum ad necessitatē animationis. ⁊ hoc erit cōmune in omnibus. Sed in beatis dico ꝙ si partes fuerint prius deficientes vel superabundātes a bene esse corporis humani ꝙ aptabūtur vel supplebuntur:vt sint conuenientes ⁊ decentes partes corporis:⁊ corpus sit decenter ⁊ venuste constitutū ex ipsis. non sic autem in reprobis: qui s̄m multos resurgent in suis deformitatibus naturalibus et corporalibus quas prius habuerunt. ¶ Secundo dico ꝙ partes iste corporis humani resurgēt vt sit debite quantitatis vel magnitudinis:quante futurus esset in fine. xxx. annorum vite hominis s̄m August. de ciuitate. c. xv. quia tante quātitatis ponitur quodlibet corpus reformandum qđ intelligo si nō fuisset orbatio in subiecto impediēs ipsum pertingere ad debitam quantitatē infra. xxx. annos vl' terminū ipsorū.

De ptib⁹ homogeneis ⁊c̄.

¶ Sed que sunt ille partes homogenee de numero illarū:q̄ aliquādo ptinuerunt ad veritatē humane nature vel corporis que resurgēt vel quātum ad ipsas resurget corpus:⁊ partes organice vel etherogenee eedem que prius. Dicitur ad hoc dupliciter. vno modo ꝙ partes puriores. ⁊ quia partes priores regulariter sunt puriores:nisi occurrat impedimentum. quia quāto partibus radicalibus plus ⁊ plus apponitur:⁊ plus ⁊ plus cōuertunt:tanto impuriores partes habentur. sicut ponitur exemplum de vino ⁊ aqua primo de generatione. ideo ille partes resurgent:⁊ quantum sufficiet ad perfectionē corporis humani. Aliter dicitur ꝙ quia natura principaliter intendit perfectam quantitatem nutriti:⁊ non intendit restaurationem deperditi nisi per accidens. quia si non deperderetur aliquid:non intenderet restaurationē: et tamen intenderet perducere ad perfectam quantitatem:dicunt ꝙ cum partibus radicalibus reuertētur partes:quas natura ex intentione perfectionis augmenti fecit magis q̄ ille quas fecit ad restaurationem deperditi:que non fuerunt nisi occasionate partes. ⁊ īter primas puriores:⁊ ille quas natura magis fecit ex intentione:resurgēt vel etiā reuertentur quātum sufficiet ad perfectionem corporis humani:vt videtur.

Nō corrolariū et sequētia.

¶ Ex predictis patet ꝙ homo non habebit precise eandem carnem quā habuit in aliquo instanti vel tempore vite sue: sꝫ nec habebit totam illam quam habuit in aliquo tēpore preter illam quam contraxit a parentibus. quia si hanc totam habebit: ⁊ cum ipsa aliquas partes successiue habuit:nunc istam:nunc illam. ⁊ sic magis erit idem corpus resuscitatum corpori habito in hac vita q̄ si esset penitus ideꝫ quod iste habuit in aliquo instanti determinato vel parte vite sue quia si esset idem illi pro tali instanti: esset magis aliud a seipso pro alio instanti. ¶ De capillis ⁊ vnguibus et pillis:qui sunt ad ornatum et decentiam corporis:dico ꝙ siue sint animati ⁊ pertineant intrinsece ad naturam siue non: ꝙ reuertentur in locis conuenientibus. quantum pertinebit ad ornatum corporis:precipue saltem in electis:quare ⁊c̄. ¶ De potentijs operatiuis planum est de potentijs partis intellectiue que vel sunt consubstantiales anime intellectiue:vel sunt accidentia inseparabilia et naturaliter ipsam concomitantia:ꝙ eedem numero reuertentur in nullo variate:sicut nec anima ipsa rationalis. ¶ De sensitiuis vero ⁊ organicis idem penitus est dicendum: si sint eedem cum substantialiter ipsi anime sicut puto quantū ad potentias remotas saltem. Si vero vel omnes vel alique quantum ad potentias propinquas sint accidentia et accidentia coniuncti vel totum ipsum cōiunctum ex potētia et organo:quod potest dici potētia proxima dico ꝙ corrumpuntur ad corruptionem coniuncti ⁊ possunt reuerti eedem sicut dictū est de corpore vel coniuncto non obstante ꝙ interrumpantur in esse ⁊ variari s̄m variationem coniūcti vel compositi cuius sunt accidentia vnde et reuertentur eedem:⁊ s̄m aliquos meliorabuntur. ¶ De humoribus vero dico ꝙ quatuor humores suo modo reuertentur numero ijdem qui prius q̄tum sufficiet ad bonam consistētiam corporis. Et potest dici vniformiter de partibus humorum et identitate vel variatione ipsorum:sicut dictum est supra de partibus carnis vel ossis: licet humores non sint animati:nec pertineant intrinsece ad veritatem nature humane. Hec de secūdo articulo principali.

Quid de accidentib⁹ proprijs ⁊ cōibus in resur.

¶ Quantum ad tertium articulum

de accidente proprio dico ꝙ reuertet̄ idem sicut ⁊ subiectum quodcunq; sit illud. Idem est. n. iudicium penitus de ipso:sicut et de natura subiecti. Accidentium vero communium quoddam est separabile naturaliter a subiecto:et subiectum naturaliter potest esse sine illo. Aliud vero inseparabile vt nigredo a coruo. Separabilium vero accidentium quedam sunt naturaliter separabilia s̄m se tota. vt albedo vel nigredo in aliquo. Alia vero s̄m partem tantum ⁊ s̄m diminutionem vt q̄titas a materia s̄m commentatorem. Separabilium vero accidētium s̄m totum in homine aliqua vergūt ad decentiam et perfectionem hominis accidentalem. Alia vero ad indecentiam vel turpitudinem: sicut nigredo vel figura turpis ⁊ huiusmodi. Tūc dico ꝙ accidens separabile naturaliter s̄m partē: vt quantitas non reuertetur idem totaliter in homine sicut nec materia:sed augebitur in nimis paruis ⁊ minuetur in nimis magnis saltem in electis ¶ Secundo dico ꝙ nullum accidens vergens ad indecentiam vel turpitudinem resurget. vel reuertetur in beatis: sed accidentia decentia dabuntur eis. Econtrario in dānatis. ¶ Ultimo dico ꝙ accidens vergens in perfectionem et pulchritudinem in beatis perficietur si prius fuerit imperfectum:non tamen omnino erunt equales in pulchritudine vel figura decētia corporali sicut nec in gloria anime pulchritudo enim vel figura nec statura vel decentia corporis humani non est punctalis. Tunc enim oporteret omnes beatos esse pulchros corporaliter sicut christum. quod nō est verū. Hec de tertio articulo.

ad argu. principa.

¶ Ad primum principale argumentum

dico ꝙ homo vel mulier resurget idem numero q̄tum ad illud quod fuit de veritate nature humane in ipso:sicut superius est predictum. Ad illud de costa dicitur. vno modo ꝙ costa illa Ade de qua fuit formata Eua:non fuit in Adam de veritate vel necessitate nature humane sed fuit formata in ipso propter necessitatem speciei: vt ex ipsa formaretur Eua:et non erat de necessitate vel veritate indiuidui. Sicut nec semen quod dicitur superfluum alimenti. et ita costa illa vel materia coste non resurget:vel reuertetur in Adam:sed in Eua ad veritatem nature:cui pertinuit. Aliter dicitur ꝙ si dicatur illa costa fuisse ipsi Adam necessaria ⁊ de veritate hūane nature in ipso:sicut pars intrinseca eius:ꝙ adhuc non oportet ipsam resurgere in Adam:sed resurget in Eua. Nam subditur ibi in genesi ꝙ deus postq̄ tulit costam Ade: vt edificaret eam in mulierem: repleuit carnē pro ea. Et tunc diceretur ꝙ formauit ibi vnam aliam costā loco prioris:que resurget in Adam. Non autem illa prima: sed in Eua resurget. Contra tamen sic dicentes isto secundo modo posset argui: quia sicut si aliquid aliud pertineat ad veritatem nature humane equaliter in duobus ⁊ hoc successiue resurget in primo et non in secundo: ita videretur de illa costa ꝙ debeat resurgere in Adam et nō in Eua. Aliter igit̄ diceret̄ ꝙ vel resurget in Adam nō in Eua vel ꝙ equalit̄ nō ptinuit ad vita

tem humane nature in vtroq; sed in Eua principaliter ⁊ quasi principium radicale. ⁊ sic in Eua nō in Adam resurget. Vel sicut dicit primus modus q̄ videtur probabilior vel non pertinuit ad veritatē nature humane in Adam: sicut nec semen vel materia seminis in generante: sed in Eua tantum. ⁊ sic in ipsa resurget. Ad illud de nutrimento q̄ eadem materia potest eē successiue de veritate nature humane in pluribus: quia carovnius potest esse nutrimentum alterius. Dico q̄ patet in isto argumēto: q̄ idem non pertinet equaliter ad veritatem nature humane vtriusq; sed principaliter vnius vel primo ⁊ alterius secundario. Et dico q̄ ceteris paribus resurget in illo cuius fuit primo: ⁊ in quo p̄us fuit animata: ⁊ sm intentionem Augusti. In alio vero vel sufficient aliepartes nutrimentales cum suo radicali: vel si non sufficiant supplebitur illud quod deficit: vnde voluerit deus . ¶ Ad illud de semine dico q̄ si possibile esset idem esse semen duorum hominum: ⁊ ita de veritate vtriusq; radicaliter q̄tum ad materiam suam ⁊ omnino equaliter: nisi quia prius vnius ⁊ postea alterius: q̄ tamen nunq̄ credo fuisse nec fore de facto sm aliquos resurgeret materia illa in primo: ⁊ nichil de ipsa i secundo eadem ratione qua dictū est prius: quia anima primi primo vel prius inclinatur ad talem materiam. Sed hoc videtur aliis difficile: quia tunc alius resurgeret idem numero: ⁊ nichil haberet de sua materia radicali: quod non videtur probabile: quicquid sit de materia nutrimentali. Et tunc dicunt q̄ vel materia illa diuideretur · et sm partes equales resurgeret in vtroq; vel sm maiorem partem in primo ⁊ sm minorem in secundo. ⁊ residuus in vtroq; de partibus nutrimentalibus vel aliunde sm diuinam voluntatem suppleretur. ¶ Ad secundam rationem dico q̄ pars quedam est in toto cuius idētitas necessario requiritur ad idētitatem totius. ⁊ de illa vniformiter dicendum est sicut de toto: cuius restauratio principaliter intēditur. De toto autem dictum est supra. Alique vero sunt partes quarum idētitas non necessario requiritur ad idētitatem totius quā prius sm dictum ⁊ exemplum Augusti. ¶ Ad tertiū dico q̄ argumentū nō concludit contra illos qui ponunt q̄ aliquid corruptum vel ines se interruptum reparari non potest. Habent enim dicere q̄ potentie quas ponunt accidentia coniuncti vel corrumpi per corruptionem organi vel coniuncti nō possunt eedem numero redire Sed istud nichil valet. sicut dictum est supra. sed vato q̄ potentie sint accidentia coniuncti ⁊ interrumpantur inesse: poterunt tamen eedem numero reparari: sicut dictum est supra Nec obstat si dicas q̄ potentia generatiua frustra repararetur: quia nunq̄ haberet actum suum: ⁊ perpetuo careret propria operatione ⁊ sic esset frustra. dico q̄ nō frustra: sed ad perfectionem nature vel totius seu suppositi: cui? est si dicas de accidentibus vt puta colore ⁊ figura q̄ non omnia reparabuntur. dico q̄ omnia possent reparari. de facto autem quomodo reparabūtur dictum est supra.

¶ Distinctionis. xliij.
Questio Secunda.

Questio

Secundo q̄ro btrū

Ignis corporalis inferni affligat spiritus ⁊ corpora damnatorum ¶ Videtur q̄ nō. quia sm Augustinum. xij. cōfessionum: ⁊ super Genesim ad literam Agēs est prestantius patiente ⁊ hoc dicit Aristoteles tertio de anima. sed corpus vl ignis corporeus nō est prestantior spiritu: vt patet. ergo nō potest agere in spiritū cruciando ipsum ¶ Secundo sic. primo de generatione dicitur q̄ oportet agens et patiens se tangere: ⁊ in materia communicare. sz ista sunt impossibilia inter spiritum ⁊ corpus. patet: qz spiritus non est corpus nec aliquid quantum habens vltimum. Tangentia autem sunt: quorum vltima sunt simul. similiter etiam spiritus materiam non habet. g ⁊c. Et confirmatur: quia agens intē dit assimilare sibi passum. corpus autē in nullo potest assimilare. sibi spiritum nec sm aliquid corporale: nec sm aliquid spirituale nisi intellectualiter: et illud non affligit g ⁊c. ¶ Tertio sic de corporibus: quia omnis passio magis facta abijcit a substa tia sexto thopicorū. si igitur ignis inferni affliget corpora damnatorum: ⁊ illa patientur ab igne: illa passio magis ac magis facta ⁊ continuata abijciet a substantia. et sic tandem corpora dānatorum dissoluenf: et etiā corrūpenf. hoc autē est falsum. g ⁊c. Aristo. 6.thopi.

Contra

Mathei decio q̄nto. Ite maledicti in ignem eternum: qui paratus est dyabolo ⁊ angelis eius. Ex quo patet q̄ ignis inferni modo affligit de facto omnes spiritus malos vel dānatos siue hominum: siue angelorum: ⁊ finaliter afflidicitur de omnibus reprobis. Mat.25.

In ista questione sic pceda

¶ Primo inquirā an ignis corporalis inferni affligat spiritus separatos demonū: ⁊ per quem modū. ¶ Scdo an spiritus separatos hominū dānatorū. ¶ Tertio an finaliter corpora dānatorū ⁊ p quē modū. ¶ Vltimo ad rationes principales.

Ignis inferni an affligat spūs demonum.

Quantum ad primum ar

ticulum dicunt omnes doctores catholici q̄ ignis inferni qui est corporeus ⁊ materialis: affliget spiritus malignos demonū. Hoc probatur per illam auctoritatez adductam de Matheo. Et probatur etiā per Gregoriū. iij. dyalogorū sic dicētem. Si dyabol⁹ ciusq; angeli cū sint incorporei: corporeo igne sunt cruciādi ⁊c. Et pari rōne dicēdum q̄ iā defacto cruciāf: ⁊ q̄ ignis affligit tales malignos spiritus iā dānatos. Et est conclusio certa nobis. Gregō.

quō ignis inferni affligit demones.

Sed

de modo p quē sunt multe opiniones ⁊ modi dicēdi: ⁊ quasi tot sententie: quot sunt capita. ¶ Prima opinio est cuiusdā doctoris in quarto suo q̄ ignis affligit vel affligere pōt demonē: qz spūs vel demō apprehēdit ipm ⁊ sibi viscōuenientē ⁊ nociuū ⁊ talē apprehēsionē in intellectu sequit̄ tristicia i volūtate āgeli ⁊ afflictio spūs separati. ¶ Ad hoc adducit auctoritas Gregorij quarto dyalogorū vbi dicit q̄ eo spūs patitur quo videt: ⁊ quia cremari se respicit: vel cōspicit: ideo cruciaf. ¶ Ad hoc etiā exēplus adducit: 1.opinio. Gregō.

Auicēna et est Auicenne. tx. metha. vbi dicit q̄ ex sola imaginatione in somno aliquis frequenter vehemēti? cruciaf q̄ si illo sibi realiter appositō ipm videret exterius. Ita dicit in proposito ipsum videret exterius. Ita dicit in proposito. quia em angeli mali apprehēdunt ignē disconuenientē ⁊ nociuum sibi: ideo consequēter cruciātur per ignē: ⁊ ignis est eis tristabilis. pro tanto est discōueniens: quia est instrumētum diuine iusticie detinēs ipsum angelum: ne possit sm libertatē suam se mouere: qđ non posset ignis in virtute propria: licet in virtute p̄pria posset angelum locare: sicut ⁊ quodcūq; aliud corpus: in quo posset esse angelus vt in loco: sz nullus locus nec aliquod corpus in virtute p̄pria posit eum violenter detinere.

Secunda opinio

est: ⁊ videtur esse aliquorum tenentiū ⁊ exponētium primam q̄ ignis inq̄tum est instrumētum diuine iusticie affligit angelum. Sicut suo modo sacramētum inq̄tum est instrumentum diuine misericordie iustificat ⁊ gratificat animam suscipientis sacramētum. per istum modū scilicet q̄ ignis recepit a deo aliquam virtutē supernaturalem ⁊ formā absolutā: que potest agere puniendo vel affligēdo spiritum vt instrumentū: qđ non posset in virtute propria. ¶ Secūdo dicūt q̄ per illam vim collatā ipsi igni a deo: ignis ipse attingit ad aliquam dispositionē preuiam ipsi afflictioni. que quidē dispositio est locatio passiua angeli ab igne locante ipsum actiue ⁊ detinēte ipm. ¶ Tertio dicunt q̄ tali dispositione creata in spiritu deus immediate causat afflictionem illam vel tristiciam: nec ad ipsam attingit ignis directe: sed tantum ad dispositionē precedentē. Et ita ignis p modum instrumēti dicitur attingere vel affligere: quia attingit ad preuiam dispositionē. Et alij etiā dicunt q̄ angelo influitur vna vis passiua per quā potest pati ab igne. ⁊ q̄ ignis etiam directe attingit ad effectum afflictionis. ad huius opinionis p babilitatem possunt adduci aliqua: q̄ adducebanf in principio huius quarti ad cōsimilē opinionē de efficacia sacramentorum per modum instrumenti. 2.opinio

Tertia opinio

videtur predictis probabilior istis que dicit aliqua per ordinē. primo q̄ sm Augusti. xiij. de ciuitate dei dolor carnis vel afflictio est tantū modo offensio anime ex carne causata ex disconuenīēti carnis ipsius sibi approximato cū perceptione eiusdem. Vnde ⁊ dolor proprie dicitur tantum modo afflictio sensibilis vel etiam corporalis. Et cum angelici spiritus non sint corporales: nec habeant seu habere possint sensus carnis: non potest in eis creari dolor seu afflictio sensibilis a quocunq;. Vnde nec est querēda causa vel modus alicuius talis afflictionis in ipsis: sicut nec in lapide vel in ligno: que sentire possunt. ¶ Secundo dicit q̄ sm Augustinum tristicia magis proprie est afflictio spiritualis prouentens ex his rebus: que nobis nolentibus accidunt. vnde ad apprehensionem alicuius noliti: quod tamen ponitur ⁊ fit: vel etiam alicuius voliti poni vel esse qđ tamen non fit nec ponitur sequitur tristicia. Et habet proprie locum in spiritibus vel inde habentibus voluntatem: ⁊ afflictio spirituum vel demonum proprie dicitur tristicia ⁊ in ipsis spiritibus damnatis querēda est causa vel modus talis tristicie ⁊ afflictionis. ¶ Tertio dicunt de ista tristicia in voluntate angeli: q̄ ipsa causatur ab igne sm duas vias. Prima est ista. Ignis enim cum sit locus corporalis: locat ipsum angelum formaliter. quid est termin? habitudinis ipsius angeli ad locum habitudinis dico: que vocatur vbi diffinitiuum locat: igitur formaliter nō effectiue: sed illud quod ponit rem in loco effectiue: locat ipsam effectiue: nō autem ipse locus. Ista autez locatio formalis qua dicitur locus formaliter locare ⁊ angelum continere effectiue: est a deo sm suam iusticiam detinente effectiue ibidem angelū ipsum cōtra suam libertatem: ne possit inde se mouere. ⁊ sic illa detentio vel locatio formalis ipsius ignis q̄ a deo est effectiue: est sibi displicens: ⁊ odit ipsam: ⁊ per consequens ipsum ignem vt sic formaliter ipsum locantem vel detinentem perpetuo ex ordinatione diuine iusticie punientis. ⁊ sic ignis vt sic nolitus ⁊ apprehēsus aliquo modo causat tristiciam: sicut obiectum tristabile uel displicens concurrente tamē affectione commodi in angelo ⁊ superbia sua qua vult vti propria libertate: vt posset se mouere: ⁊ qua nunq̄ vellet deo in hoc obedire: vt ibidem detineret. vnde ⁊ si bonus angelus ibidem perpetuo detineretur vel a deo determinaretur: vt esset ibi perpetuo super hoc non tristaretur ¶ Concurrunt ergo multa ad causandum istam tristiciam. Primum est detentio passiua ipsius angeli a deo ⁊ a loco: diuersimode tamen. Secundū est nolitio vel odium talis detētionis. Tertium est apprehensio talis detentionis posite in re vel ponende: que tamen nolita est ⁊ vltimo sequitur tristicia in voluntate causata. Et sic angelus ab igne punitur vt ab obiecto nolito inq̄tum detinens angelū ex ordinatione diuine voluntatis: ⁊ per cōsequens per modum instrumenti aliquo modo. ¶ Alio modo potest dici ignis affligere angelum in ratione obiecti immutantis ⁊ contristantis. Nam intellectus angeli determinatur a volūtate diuina ad cōsiderandum intense ipsum ignem in ratione obiecti. Secundo apprehendit istam determinationez ad talem cōsiderationem. Tertio ex affectiōe proprij commodi ⁊ superbia sua odit talē determinationem ⁊ habet nolle intensum respectu eius. Nollet enim sic determinari circa tale obiectum intense considerandum etiam a deo sed libere vellet vti suo intellectū ad considerandum quecūq; vellet. quarto illam determinationem cognoscit ⁊ apprehendit sibi in esse ⁊ in futuram: quam tamen odit. quinto ex hoc sequitur tristicia in sua voluntate. Et dicūt q̄ ignis habet hic rationem detinentis effectiue ⁊ efficaciter in consideratione intensa ipsius distrahente ab intellectione aliorum: licet non in virtute propria vel sicut principale agens. Principale enim agens in hoc est deus. sed instrumentale vel secundarium est ignis ipse: qui ēt̄um est ex se non posset sic tenere angelum in consideratione sui intensa: sed concurrente diuina operatione hoc potest. et in hoc modo sequitur maior tristicia in voluntate angeli q̄ primo modo. Num magis nollitum est ⁊ oditum ab angelo q̄ sua potentia intellectua sic impediatur: q̄ q̄ sua potentia motiua: vt videtur. Plus enim diligit vsum intelligentie q̄ motiue potentie. quia vsus intelligētie est ad perfectionem simpliciter puta ad intellectionē que est

Mō hec de tristicia demonum.

perfectio absoluta.z vsus motiue potētie nō est nisi ad vnum vbi vel aliquid respectuum: quare zc.

¶ Vltimo dicunt q ignis in isto secūdo modo magis habet rationē efficiētis q̄ in primo. Nā in primo modo ignis bene est causa effectiua:inq̄tus est obiectum nolitum detinere:z apprehensum causat tristiciam:quia non sit discōueniens ex natura rei: finaliter.quia nolitus. hic autē effectiue causat primam apprehēsionem:ad quā determinatur intellectus:que est nolita. Et ita hic habet quasi duplicez actionem vnam qua causat considerationē nolitā: et aliam qua vltimate causat tristiciam vt obiectū nolitum causare talem apprehensionem vel considerationem intensam causans tamen z apprehensum causare.hec est opinio tertia.

5.1.opi. ¶ **Contra istas** opiniones arguit primo contra primaz sic. Illa apprehēsio qua angelus apprehendit ignē vt sibi disconuenientē:aut est vera aut falsa. Si est vera restat eis declarare.positus:quomodo ignis est disconueniens quia non videtur esse sibi disconueniens:nec esse contrarius nature sue. Si dicas q ī mo inq̄tum detinet. hoc non valet:quia ex hoc ipo non est discōueniens:sicut dictum est supra. Unde z si bonus angelus ibidem perpetuo detineret:nō esset sibi disconueniens. Nec videtur etiam q possit esse vera:quia ignis siue inquātum ignis siue inquātum locans non videt esse sibi nocius nec sue nature contrarius nec alicuius bone dispositionis cōtrarie corruptiuus. Si falsa:igitur falsa opinione cruciatur z nō ab ipso igne.simpliciter etiā non videtur q sit falsa.quia angelus malus habet naturalia integra z claram intelligētiam qua perpēdere pōt ignem non esse nocium:si nō est nocius Nec potest dici q talis opinio falsa causetur in ipso a deo vel ab alio angelo:vt videtur. Deus enim nō est immediata causa deceptiōis vel erroris nec etiam alius angelus sic agit in alium talē opinionē:qua sic crucietur. ¶ Secundo sic.quia sm Gregorium vbi supra . anima non solum videndo : sed experiendo incēdium patitur. igitur nō solū spiritus cruciatur ex tali apprehēsione vt videtur:licet bene ocurrat talis apprehēsio. ¶ Tertio quia vniformis videtur modus quo cruciātur anime separate in purgatorio:z quo demones in inferno:sz aie non sic cruciantur solum ex tali apprehēsione:quia si sic.aut est vera:z tunc restat declarādum quomodo est vera z quomodo ignis est eis nocuus z disconueniens. Aut est falsa z hoc nō est verum. Non enim videtur habere ille anime deo grate z glorificande talem falsam opinionē nec cruciari per ipsam:quare zc. Exemplum eorum de somniantib⁹: qui ex imaginatione cruciantur:non est ad propositū:vt patet in angelis ipsis:nec in spiritibus. Nō solum em ex apprehensione cruciātur: sed ex re:licet bene apprehensio forte concurrat:sicut sonat vl sonare videtur auctoritas Gregorii.quā inducunt.

¶ Quarto quia ponēs illam positionē dicit q angelus nō est in loco:nisi per operationē: nec per cōsequēs detinez.etur in loco nisi per operationez vel passionē.igitur prius est angelum pati in loco : q̄ detineri in loco:z ita non patitur per hoc q apprehendit se detineri in loco.sed magis econuerso.

¶ Quinto videtur imaginari illa opinio q locus per modum instrumēti sit discōueniens angelo detinēdo ipsum effectiue z locando.hoc autē est falsum:sicut dictū est supra. Nam locus effectiue non locat. Non em̄ efficit ipsum vbi vel motum ad vbi in locato:sed magis ipsum mouēs. Licet bene terminet tale vbi vel talem respectum:quare zc.

¶ **Contra** secundam opinionē quantū ad illam virtutem in igne receptā potest argui:sicut prius arguebat in principio huius quarti cōtra virtutem in sacramēto receptam. quia aut est corporalis:z sic nichil valet.aut spūalis:quod nō videtur. ¶ Secundo per nullā talem vim vel virtutē influxam videtur ignis posse locare vel detinere angelum nisi per modū loci sed modus loci est locare z detinere localiter z formaliter z nō effectiue:vt patet.ergo dato q talis vis conferretur adhuc nō habetur intentū de illa dispositione. ¶ Preterea vel illa dispositio est dispositio necessitans ad afflictionē ex natura rei vel ex ordinatione diuine voluntatis. Nō ex natura rei. quia angelus bonus posset idem perpetuo locari vel detineri z tamen non affligeretur. Si ex diuina volūtate:frustra ponitur talis vis quia tantum locatio formalis z non effectiua ita sufficere::quare zc.

5.2.opi.

¶ Quarto videtur contra alios qui dicūt igni influi illam virtutē supnaturalem collatam quasi calorem vel ardorem quēdam correspondētem calori sensibili z ipsi spiritui vim passiuā:per quā possit alterari vel immutari a tali ardore sic q ignis attingit directe ad afflictionē spiritus. qz illa vis passiua collata angelo aut est corporalis aut spiritualis. si corporalis angelus nō est ei⁹ capax: sicut nec quātitatis vel albedinis simpliciter nulla ratio est quare nō sit capax immediate afflictionis corporalis sicut illius. z ita frustra confertur sibi:si sit spiritualis ita parū per illam vim est capax afflictionis ab igne sicut per ipsum. z ita bene per seipsuz sicut per illam. z ita adhuc ponitur frustra. ¶ Preterea illa vis aut est substātia aut accidēs. non potest dici substantia nec accidēs nec quātitas nec qualitas aliqua. patet inducēdo per singulas species vel modos singulos qualitatis. nec aliquis respectus: vt patet. q̄ nichil. ¶ Ultimo quia si talis vis est in ipo angelo ratio recipiendi afflictionē:sequitur q sit aliquid absolutū. nam z illa afflictio est aliquid absolutum:sed si est absolutum potest separari ab angelo cum tali afflictione z ita poterit illud separatum absolutum puniri tali afflictione:z ita damnari:quare zc.

5.3.opi. ¶ **Contra tertiam** opinionem quantum ad primum modum ponendi afflictionem vel tristiciam angeli causari ab igne : vt ab obiecto nolito detinente formaliter contra voluntatem angeli vel spiritus detenti arguo sic. ¶ Primo vniformis videt modus:quo cruciantur anime in purgatorio et spiritus maligni in inferno ab igne corporali. sed planum est q ignis nō sic cruciat vel cruciare dicitur animas electorum in purgatorio in ratiōe obiecti noliti z oditi presentati eis contra voluntatē ipsa rū. Nec enim oduint ignem detinētem eas formaliter:nec deum detinentem eas effectiue.ergo zc.

¶ Scdo sic. In potestate sua libera maligni spūs est suū nolle vel odire talem ignē.igit in potestate sua libera est nō odire vel non nolle.sed talis ignis non est afflictiuus nisi inquātum nolitus non inq̄ tum detentiu⁹ tm̄ em̄ te. igitur in potestate demonis est non affligi ab igne sicut nō odire ignē. hoc autem est falsum.ergo z̄c.Si dicas q in potestate sua non sit non nolle vel non odire.q̄ deus ad hoc non vult sibi infligere e:vt talem actum nolendi suspendat. Contra q̄ licet ad causationem vel continuationem actus requiratur diuina influentia et cooperatio : nō tamen ad suspensionem vel priuationem actus. z ita non oportet:q deus influat sibi ad suspensionem act⁹ nolendi : sed si talis actus est ab ipso demone effectiue:licet non possit ipm̄ efficere vel causare sine diuina influentia:potest tamē ipm̄ suspendere vel non continuare et priuari tali actu sine sua influentia. Contra hoc tamen potest esse:si suspensio actus vel cessatio dicat mutationē realem deperditiuam actus z positiuam in se sicut corruptio.q̄ ad illam oporteret deum influere.sed non videtur hoc:sed videtur esse desitio actus z productionis actus. Si dicas vltra:q talis actus nolendi nō est ab ipo demone sed est a deo supplente vicem voluntatis demonis: z simul ab obiecto nolito sicut a causa partiali:contra q̄ non videtur:q deus causet tm̄ediate tale nole:cum sit nole malus z deforme.quia illo nolle odit ignē formaliter detinentem:z deum actiue vel effectiue locantē. de⁹ enim nō est imediata z totalis causa actus pcti nec etiam cum obiecto nisi cōcurrente voluntate creata.quare zc. ¶ Tertio sic si ignis est obiectum huius nolitiobis:z obiectum est causa partialis act⁹ secūdum te:quero sm̄ quam rationez ex pte ignis ipe est nolitus:z causa partialis talis actus . Non inquātum ignis patet. nec inq̄tum detinēs formaliter. q̄ sic nō est malus nec nociuus. Unde z si bonus spiritus ibidem detineretur/ nō esset sibi nocuus.cum igitur nihil aliud pcedat in igne nisi vel natura eius vel detensio formalis . videtur q non sic cruciet effectiue sicut obiectum nolitū. Preterea etiam quia hoc est cōtra te. Dicis in isto modo primo:q ignis tantum habet vnam causalitatem effectiuam. scz respectu tristicie de ipo vt obiecto nolito.quia nō minus habz ignis causalitatem super nolitionem illam tanq̄ obiectū q̄ super tristiciam cōsequentem:vt videtur.q̄ sm̄ te alibi obtectum est partialis causa saltem actus voluntatis. Similiter etiā ignis si est causa effectiua afflictionis vel tristicie ipsius aut hoc est vt ignis:aut inq̄tum detinēs:aut inq̄tum nolitus:aut inq̄tum positus in effectu detinēdi q̄tunc̄q̄ hoc sit nolituz. Non primo modo nec secūdo per te nec tertio modo.q̄ ignis vt nolitus non dicit nisi ens rationis. quia esse nolitum non dicit vltra ignem nisi respectum rationis ad nolentem. Nec inq̄tum posit⁹ in effectu.quia quātuncūq̄ poneretur: nisi esset nolitus:nō esse tristabilis per te.ergo nullo modo. Si dicas q nole ipsius ignis est causa tristicie cū ipa voluntate.z ita ignis nolitus quoquomō. contra. quia ignis non est causa nolitionis per te.ergo nec tristicie.dato q nole sit causa tristicie. Et pterea sicut velle nō est cā tristicie cū sit liberū z in ptate volentis:ita nec nole vt videt. Tm̄ de hoc nō curo

¶ Quarto sic.si ignis in ratione obiecti noliti detinentis vel detinere formaliter possibilis actualiter tamen detinētis sit cā tristicie:cum ignis equaliter omnes spiritus detineat z nole vel odire sit in potestate cuiuslibet:ī potestate cuiuslibet est equaliter nole vel odire talem ignem vel intensius vel remissius ex libertate voluntatis. Sicut z in potestate eorum est actus : ita etiam modus actus. sed hoc posito sequitur:q quilibz potest equaliter seip̄ suum alteri affligere vel magis vel minus sicut sibi placet:vel saltem quilibet seip̄m inequaliter aliqñ plus aliquādo minus.hoc autem est falsum. Nec ē hoc in eorum potestate. ¶ Quinto cōtra illud qd̄ dicitur ignis affligere spiritum separatum p modum instrumenti:z q ignis est instrumētum. quia ignis est causa partialis tristicie non recipiens aliquam motionem ab alio agente ad causandum talem tristiciam.sed tale non potest dici instrumentū ergo zc. ¶ Ultimo quia demones nō semper detinentur ab igne inferni:nec semper sunt in inferno: nec portant illum ignem materialē secum: licet pinittonem suā portent :que dicitur ignis alio modo quare zc.

3 secūdū modum 3.opinio

¶ **Contra** secundum modum etiam potest argui sicut contra primū de illa determinatione ad considerandū ignis nolita quo modo est causa tristicie.z si est causa inquātum nolita vel odita cum nole vel odire sit in potestate nolentis sicut prius sequētur eadem que prius.

¶ Similiter secūdo.q̄ si isto modo affligitur spiritus ab igne quia determinatur ad consideratione ignis cum consideratio intelligibilis ipius ignis sit delectabilis sicut perfectio quedā spiritualis:vnde z in michaele esset delectabilis: sequerez: q delectabile cruciaret:z simul delectarctur z cruciaretur. Si dicas q licet scōm se esset delectabilis in illo priori anteq̄ sit nolita:non tamen postq̄ est nolita z apprehensa in esse. Hoc non videt valere.q̄ nō est reducere ad aliquā causam ex pte sui vel ignis:quare sit nolita. Si dicas q imo.q̄ impeditvel distrahit a consideratione aliorum. Contra quia demones multa alia z perfecte intelligunt et ab vno obiecto ad aliud se transferunt. ¶ Secundo q̄ ignis nō habz vim actiuā sic determinādi intelligētiam angeli per modum alicuius cause effectiue:vt videtur quin de modo per suam voluntatē possit se libere auertere a considerationē ignis:z cōuertere ad aliud obiectum cōsiderādum. Si dicas q verum est q̄tum est ex se sed vt est instrumentuz dei hoc potest. Contra nō potest determinare intellectum angeli nisi in ratione obiecti.sed hoc nō est in ratione instrumāti.ptz.ergo zc. Similiter etiā planum est:q nihil recipit a deo quo possit attingere ad talem effectum/sicut nec prius.ergo zc.

¶ Preterea pari rōne diceretur in primo mō: q ignis vel locus licet q̄tū est ex se vel ex natura pria non possit locare effectiue sed tantum formaliter:tamē vt instrumentum est diuine iusticie:hoc potest. ¶ Quarto q̄ vniformiter videtur affligere ignis in purgatorio alas separatas : sicut ignis inferni angelos . sed per talem determinationē ad considerationem sui non affligit.ergo zc. ¶ Ultimo arguunt aliqui contra vtrūq̄ modū.quia si veri essent:eodem modo possent demones affligi per quodcūq̄ aliud elementū vel corp⁹ detinens ipos vel determinans intellectus eorū ad considerationem eorum:sicut ponūtur affligi per ignem.sz hoc non videtur verum. Nam sm̄ Grego.quarto dyalogorum incendium patiūtur. Et sm̄ August. 21. de ciuitate Ardore cruciantur.ergo zc. Sed istud

Grego. August.

argumentum non est efficax contra eos concederent enim statim illud; quod infertur q deus ita posset punire malignos spiritus si placeret sibi per aquam vel per terram & huiusmodi sicut per ignez sed punitio eorum tunc non diceretur ardor vel incendium: sicut quādo fit per ignem. sed si per aquā fieret/diceretur submersio: si per terram oppressio vel hmōi. quia nō est ymaginādum q veraciter loquendo de ardore vel incēdio ignis corporalis: ardeant. Nam talis calor vel ardor recipi non potest nisi in subiecto corporali: sicut nec albedo vl' nigredo. Sic ḡ cōtra illos tres modos dicēdi sit argutū

Modus alius. quō dēmones cruciant ab igne īferni.

¶ **Est igitur** alius modus qui rōnabiliter potest poni: vt videtur q in spiritibus dānatis est pena duplex. vna ē pena dāni. Et cōsistit in carentia diuine visionis perpetua nec dicit aliquid positiuum in ipis. Alia est pena sensus: & consistit in tristicia quadam & afflictione positiua. Et sic culpa eorum est causa demeritoria prime: sic est causa demeritoria secūde. Sz sicut deus est causa effectiua vel quasi effectiua pme subtrahendo vel nō largiendo eis beatam visionem & fruitionem pro statu illo termini vie: in quo possent eam habere vel potuissent: nisi demeruisset culpa eorum: ita deus etiaz est causa effectiua vel positiua secūde pene scz tristicie attingens immediate & sicut totalis causa effectiua talis tristicie: que est passio quedam opposita gaudio fruitionis beate saltem ḿm rationem generis: licz forte non ḿm rationem speciei vel propriam rationē. ¶ Secūdo potest dici: q ignis inferni in nullo est causa effectiua vere & realiter loquēdo respectu talis tristicie vel afflictionis spiritualis pprie loquēdo: nec sicut instrumētuz nec sicut principale agēs. Et hoc videtur rationabile: sicut etiam dictum est supra de sacramentis respectu iustificationis vel sanctificationis: licet nō sit omnino simile de gratia & tristicia. qr gratia non educit de potentia subiecti sicut tristicia. ¶ Tertio potest dici tamen q ignis ḿm modum loquēdi ꝯmuniter est causa īstrumentalis talis afflictiōis aliquo modo: sicut sacramentum est causa iustificationis: pro tāto qr igne presentato vel adhibito seu determinatio ad detinendum eos localiter nunc vel alias perpetuo finito statu vie statim ista afflictio vel tristicia causat: & habetur a deo sicut adhibito sacramento gratia infunditur a deo. Et sicut bulla presentata vel adhibita ꝯfertur prebenda. Unde & bula secundū modum loquendi dicitur instrumentum adeptionis pbende: licet non causet effectiue: nec efficiat collationem prebende. ¶ Quarto dici potest: q talis afflictio eoipo q ignis potest dici instrumentū modo predicto: licet nō secūdum rei veritatem sz magis secūdum modum loquendi cōmunem potest dici ardor vel incēdium: sicut submersio diceretur vl' oppressio si fieret in aqua vel in terra vel adhibita aqua seu terra. Non q sit pprie ardor vel incendiū igneum. ¶ Quinto potest dici: q obiectū talis tristicie vel afflictionis demonumū: que est in eis pena sensus principalis est in ipis carentia beate visionis: qua vident & cognoscunt perpetuo se priuari: non autem ignis vel detētio ignis seu huiusmodi. & talis carentia non causat in eis talem tristiciā nec causare potest. quia priuatio est & non aliquid positiuum: sed diuina voluntas causat in eis talez afflictionem & tristiciam: que est circa talem carentiam vt circa tale obiectum terminatiuum nō effectiuum: et est passio quedam recepta in voluntate demonis intensa vel magis vel minus a deo effectiue secundum exigētiam culpe maioris vel minoris. Nec est aliquod velle vel nolle seu actus elicit⁹ voluntatis. ¶ Sexto dici potest: q nec de necessitate consequitur aliquod velle vel nole in actu: licz bene demon possit habere nole odituum talis carentie ex sua voluntate. Nec oportet ad hoc q sit tristicia: q consequatur aliquod nole pcedens in actu sed q obiectum sit tristabile & nolibile disconueniens nature & bone dispositioni eius. vel non oportet hoc nisi quādo tristicia causatur a voluntate cōtristati: non autem si causetur a superiori agēte puta a voluntate diuina. Non igitur consequitur talis tristicia aliquod nolle angeli existēs in eius potestate: nec est in aliquo in angeli potestate nec q̄tum ad cessationem nec quātum ad intensionē vel remissionem nec quātum ad cōtinuationez. Et ita licet angelus possit nolle & odire talem carentiam vel etiam multa alia que concurrunt: & cessare a tali nolitione vel intendere vel remittere tale nolle: si tale nolle sit ab ipo: non tamē potest aliquid variare vel immutare circa tristiciam ipsam: sicut patet. videtur ergo sine calumnia sic posse dici. ¶ Septimo dici potest vniformiter de tristia animarum: q sunt in purgatorio circa carentiam beate visionis ad tempus ex demeritis suis: quorum penam soluunt in purgatorio apposito vl' adhibito illo igne in quo detinentur ad tempus. ¶ Ultimo potest dici: q nō oportet ignem actu presentari vel esse presentem demoni. Nec oportet q demones q̄tuncūq damnati & per illum ignem modo supradicto afflicti portent secum talem ignem per mundum discurrentes: sed sufficit q sint extra statum vie ad talem ignem deputati: sicut nec oportet semper q instrumentum semper sit presens illi: cui confert prebenda: sed sufficit q ad hoc instrumentum sit deputatum: & sit aliquis conferens prebendam: sicut patet. & sic etiam de animalib⁹ purgatorij dici potest ¶ Si modus iste dicendi placet teneatur. Uerum est tamen q est vnus alius: qui videtur probabilis secundum positionem aliquorum de sacramentis/ q ignis seu locatio in igne vel deputatio ad ignez pro statu termini vie hui⁹ est dispositio necessitās ex ordinatione diuina exigentibus demeritis sicut causa demeritoria ad talem afflictionem vel tristiciam: & est causa effectiua talis afflictionis non habens tamen actionem aliquam elicitaz respectu talis afflictionis vel tristicie: sicut nec sacramentum vel susceptio sacramēti respectu gratie. Et intenditur vel remittitur in diuersis. scilicet talis afflictio scdm exigentiam vel demeritum maioris vel minoris culpe. Et sic ignis diceretur instrumentalis causa: sicut sacramētum aliquo modo dicitur instrumentum licet non proprie. Quia tamē illā opinionem de sacramentis non tenui: nec istam etiam teneo. Et potest argui quātum ad aliqua vniformiter contra eam: sicut et & cōtra illam. Hec de primo articulo principali.

Ignis inferni an affliget spūs hominū dā.

¶ **Quantum ad secūdum ar**ticulum. an scilz ignis inferni affligat vel cruciet spiritus malos hominum separatos a carne vnibiles tamē corpori vel carni. dicūt omnes q sic & est conclusio nota ex fide & auctoritatibus sanctoruz. ¶ Prima est gregorij libro quarto dyalogorum: vbi dicit sic. quod mirum: si anime anteq recipiāt corpora corporea possint sentire tormenta scz possint a corpore affligi vel torqueri. ¶ Secunda est Augustini. xxi. de ciuitate dei capitulo. x. Cur nō dicamus q̄uis miris veris tamē modis spūs corporeos id ē corpori vnibiles posse pena corporalis ignis affligi. Et hoc probat ibidem. quia spiritus humani poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari. & pari ratione possunt ab ipo corpore cruciari. ¶ Tertia est Gregorij. quarto dyalogorum capitulo. quarto. Si spiritus merētis hominis detinetur in corpore. cur nō post mortem in corporeus spiritus corporeo igne teneatur. possūt ergo ab igne cruciari vel affligi. & qua ratione possunt cum iam pro actu culpe modo puniātur: tenēdum est: q de facto per ignem affligūtur.

Grego. August. Grego.

Quomō ignis īferni affligat spūs hoīm dānatorum .I. mod⁹.

¶ **Sed de modo** est magnum dubium per quem est hoc possibile. Et preter modos dicēdi aliorū supradictos de demonibus in precedēti articulo ponitur vnus modus talis. q ignis īferni eādem afflictionē quā faceret in aīa ꝯiuncta corpori comburēdo corpus mediante ipso corpore & sensibili dolore corporis potest causare ipe ignis immediate in anima separata a corpore sine nouo miraculo ex ordinatione diuina.

Scdsmodus.

¶ **Alius modus** ponitur: q aīa separata affligitur ab igne p tanto. qr scit & cognoscit: q ignis ille postea affliget corpus suum: & seipam cōsequēter mediāte corpore suo & super hoc affligitur vehementer & tristatur: sicut anima latronis de proximo suspendendi tristatur & affligitur: qr scit & cognoscit corpus suum suspendendum: & scit etiam seipam mediante corpore affligendam.

ʒ.1.mod.

¶ **Contra primū** modum dicēdi quia nō reputo eum verum primo arguo. quia licet obiecta sensibilia vel fantasibilia mediantibus sensibus vel fantasmatibus possint mouere intellectum coniunctum ad aliquā noticiam abstractiuam: non tamen ad eandem noticiam possunt immediate immutare: vt videtur. Nam illa media concurrūt ad talem noticiam ī ratione cause. Causa aūt creata nō potest facere immediate quicquid potest facere alia mediāte. sic in ꝓposito de dolore vel afflictione. ¶ Secūdo qr dolor ille vel pena sensus seu tristicia est multo grauior: q possit ignis causare in anima mediāte corpore vt videtur. ¶ Tertio qr dato q ignis ille presens nō esset: adhuc ita bene affligeretur & vniuoce sicut ab igne presente: vt patet in demonibus non sic autem loquēdo de afflictione: quam causaret in anima mediante corpore. ¶ Similiter etiā. Quarto & tactum est in primo argumento. qr ignis non potest dici totalis cā afflictionis spiritualis: quaz pateretur aīa cōiuncta ad cōbustionem corporis: sed dolor sensibilis vel aliquid aliud mediū: qd nō potest inueniri in anima separata ad hoc concurrit. ¶ Quinto qr vniformiter vidētur anime cruciari ab illo igne & demones: & vniformiter loquūt sancti de vtrisq. Non sic autem demones cruciantur. ergo &c.

ʒ.2.mod.

¶ **Contra secūdum** modum etiā videtur: qr appropinquat primo mō dicēdi de demonibus superius improbato q ex sola apprehēsione cruciatus futuri in corpore anima per ignem crucietur. ¶ Scdo quia vniformiter anime & spiritus demonum cruciantur. ¶ Tertio quia cruciatus ille vel tristicia est multo maior & grauior q tristicia ex apprehensione pene future possit esse & q esset tristicia inflicta mediāte corpe: dato q actu infligeret. q̄re &c.

Modus doctoris

¶ **Dico igitur:** q recte vniformis ē modus quo aīe separate ī inferno per illum ignem cruciātur: sicut dictum est supra de angelo. Et dico q illa tristicia perseuerabit in aīa cōiuncta: quādo iterum corpori vnietur cum dolore sensibili corporeo: & forte intendetur: & perficietur vel augebitur: sicut & scdm aliquos gloria beatorum resumptis corporibus intendetur et perficietur. Hec de secūdo articulo principali.

Ignis inferni an affli. corpora dānatorum Math. xxv.

¶ **Quantum ad tertium arti**culum de corporib⁹ resumptis: an scilicet in inferno corpora damnatorum ab igne affligentur. seu etiam torquebūtur. Dicūt oēs q sic. Et est hoc certum ex illa auctoritate superius adducta. Math. xxv. Discedite maledicti in ignē eternum. &c. Et per aliam etiam in Math. Exibūt angeli: & separabūt malos de medio iustoruz: & mittēt eos in caminū ignis &c. Et est apd fideles ꝯclio certa.

Nō hec.

¶ **Sed de** modo est aduertendum: q immutatio corporis aīati & sensitiui ab igne potest intelligi duplex. vna que dicitur realis. alia vero que dicitur intentionalis. Realis immutatio dicitur/que terminatur ad formā realē eo modo quo forma realis distinguitur cōtra intētionalem. sicut calor vel albedo seu color dicit forma realis: nō aūt species vel intētio caloris seu coloris in medio vel in organo. Etiam dicūtur tales forme reales nō solum qr sint aliqd extra itellectū qr isto modo intētionales dicerentur reales: sed qr sunt tales forme q possunt terminare actiōes reales in se & ḿm se: siue actiones ille sint sensuum siue sensibiliū & nō sunt rationes tendēdi in alia vel cognoscendi alia sicut similitudines vel species ipsorum: cuiusmodi sunt forme intētionales vt sic. & qr etiam plus habēt de permanētia in subiecto q intentionales. & ḿm ipas subiecta dicūtur simpliciter & realiter talia: nō autem ḿm formas intētionales: que sunt pure tales vnde medium nō dicit realiter coloratum p speciem coloris: vel realiter calefactum p speciem caloris nec etiam organuz: sicut per colorem vel calorem dicitur aliquid calidū vel coloratum. ¶ Mutationes vero intētionales dicūtur ad formas intentionales vt sunt species pure sensibilium vel actus sentiēdi & hmōi. Ignis igit circa corpus sensitiuum potest habere immutationez realem realiter calefaciendo ipsum: & imprimendo sibi calorem. Unde & realiter calefacit carnem sic etiam vt ab alio possit sentiri & in mutationem intentionalem: qua potest imutare sensum vel organum/vel totum coniunctum ex sensu et organo immutando primo ad speciem caloris & deinde ad sensationem vel actum sentiendi & ad talem immutationem excellentem et inproportionatam bone dispositioni sentientis sequitur dolor in appetitu

Realis immutatio

Intentōnalis immutatio.

Aduerte sensitiuo. ¶ Secũdo est aduertendum: ꝙ differũt iste due ĩmutatiões. quia possunt esse sine inuicem vel ꝯsimiles ipsarum. Hoc patet. quia ignis potest habere ĩmutationem realem eiusdem rationis respectu ligni calefaciẽdo ipm realiter: sicut respectu carnis. Et tamen respectu illius nõ potest habere immutationem intentionalem ⁊ similiter econuerso intentionalis potest esse sine reali. Sicut ẽm aliquos in beatis poterunt esse ĩmutationes intentionales ẽm sensum: non tamen immutationes reales quia erunt simpliciter impassibiles ⁊ imortales. Et apparet etiam ĩ nobis de visu vel oculo: qui frequenter immutãtur a colore intentionaliter ⁊ nunꝗ̃ realiter. Secundo patet ꝙ differunt iste ĩmutationes. qꝛ quãdo se concomitantur vna potest esse valde intensa ⁊ alia valde remissa vel econuerso. sicut patet si aliquis habeat manum multum infrigidatam: ⁊ ponat eam iuxta ignem licet modicum calefiat: ⁊ immutatio realis sit modica: tamen intẽse dolet: ⁊ affligitur sensibiliter. ⁊ per consequẽs immutatio intentionalis est intensa. quia secundum illam dolor sensibilis mensuratur. Aliquando ecõuerso immutatio realis est intensa. ⁊ tamen intentionalis est modica ⁊ remissa. sicut patet in manibꝰ istorum fabrorum: que licꝫ multum calefiant: tamẽ valde modicum dolent: ⁊ sentiunt. Tertio hoc patet quia immutatio realis frequẽter est vniuoca intentionalis vero vt in pluribus ⁊ quasi semper immo semper ẽequiuoca. Quarto etiam quia realis nunꝗ̃ causat dolorem sine intentionali. Patet in ligno calefacto. sed intentionalis ĩmutatio bene sine reali: sicut patet. ꝙ aliquis frequenter dolet super verbo audito vel aliquo turpi vel tristi viso licet realiter nõ immutetur ab illo. quare ⁊c.

Quõ corpora dãnatorum affligentᷣ .I. opinio

¶ **Tertio ad propositum** videretur aliquibꝰ posse dici: ꝙ corpora damnatorum solum patientur ab igne ⁊ affligentur vel ĩmutabuntur passione vel immutatione intentionali ⁊ non reali. Tum quia illa sufficit ad dolorẽ causandum in appetitu sensitiuo sine reali. Tum quia non est verisimile: ꝙ deus velit multiplicare miracula circa damnatos sine necessitate. Si autem ponatur ibi immutatio vel passio realis ponuntur plura miracula ꝗ̃ si ponatur immutatio vel passio intentionalis tantum. quia cũ passio realis sit consumptiua corporis: eo ꝙ est per se ĩductiua qualitatis incompossibilis in aliquo gradu suo complexioni ⁊ dispositioni corporis vel mixtioni requisite ad hoc vt anima maneat in corpore: videtur ꝙ miraculum esset: si talis qualitas non induceretur vel si induceretur si corpus non cõsumeretur vel corrumperetur. Non sic autem apparet necessarium miraculum ponendo tantum immutationem vel passionem intentionalem. imo nec videtur ibi esse aliquod miraculum: nisi ꝙ corpus non corrumpitur consequenter ad vehemẽtiam doloris. quod tamen non videtur nouum miraculum cum miraculo resurrectionis ꝯpertinens ad ipsum. quia status resurrectionis est status incorruptionis. ¶ Tertio etiam. qꝛ secundum scripturam in Job dãnati transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Et licet secũdum superficiem littere saluaretur alternatio afflictionum ex calore vel frigore nimio ponẽdo ĩmutationem vel alterationem realem: tamen non posset saluari quomodo paterẽtur simul ⁊ in summo a contrarijs: nisi ponẽdo immutationem intentionalem tãtum. quia ꝯtraria nõ sunt simul compossibilia in summo inesse reali: sicut species eorum inesse intentionali. ⁊ ita saltem oportet ibi ponere aliquam immutationem intentionalem sine reali: vt videtur vel si non sit hoc necessarium: saltem ꝓbabile est: ꝙ ponatur.

Ꝯ ꝑcedentem opi.

¶ **Istud non** videtur mihi sꝫ puto: ꝙ realiter ⁊ intentionaliter ĩmutabuntur ⁊ ab igne patiẽtur. Nec video in hoc plura miracula ꝗ̃ in primo. Nam ponẽdo ĩmutationem intentionalem tantum ponitur primo vnũ miraculum excludens ĩmutationem realem nam actiuo naturali sufficiente non impedito ⁊ approximato passiuo disposito miraculum est: ꝙ non agat in passiuum actione sibi cõueniente. ignis autem est huiusmodi actiuum ad immutationem realem respectũ corporis sibi presentati: vt patet. Similiter miraculum est. quia ita ad vehemẽtiam ĩmutationis intentionalis ad quam sequitur intẽsus dolor vel timor in appetitu sensitiuo: sequitur mors saltem secũdum eos. sicut ad immutationem realem. igitur sicut miraculum esset: ꝙ posita passione reali non dissolueretur corpus ⁊ armonia vel proportio eius: ita posita etiam sola ĩmutatione intẽtionali vehementi ⁊ improportionata complexioni corporis. ¶ Si dicas ꝙ dolor qui sequitur ad immutationem intentionalem: ⁊ quicquid se tenet ex parte eorum: non contrariantur formaliter illi qualitati requisite ad dispositionem corporis. sicut calor in summo: qui induceretur per immutationem realem sed tãtum virtualiter: ita ꝙ tantum effectꝰ doloris suspenditur qui est in iudicio mortis vel dissolutionis corporis. ⁊ ita suspensio reducitᷣ ad antiquum miraculum incorruptionis: quo etiam cõtraria intrinseca ab actione corruptiua suspenduntur. Ita diceretur etiam ꝙ nõ est vis: an dolor cõtrarietur formaliter: sed sufficit ꝙ virtualiter ⁊ miraculose effectus eius suspenditur: vel si non miraculose nouo miraculo sed reducto ad antiquum miraculum: pari ratione dicetur de effectu ĩmutationis realis: ꝙ suspendetur. licet ipsa ponatur. ⁊ hoc siue effectus sit per se vt forma accidentalis terminans: ita ꝙ erit talis ĩmutatio puta calefactio sine proprio termino puta sine illo calore improportionato: siue sit effectus consequẽs puta mors vel corruptio seu dissolutio corporis: dato ꝙ ꝑ se effectꝰ iudicatur. vtrũqꝫ enim absolute loquẽdo est possibile. Et diceretur etiam ꝙ quodcũqꝫ istorũ ponatur. ad antiquum miraculum reducetur. quare ⁊c. ¶ Si dicatur ab alijs: ꝙ dolor cõsequẽs ĩmutatõnem intentionalem: nec aliqua ĩmutatio intentionalis infert mortem secũdum August. 21. de ciuitate dei capitulo tertio. Ubi videtur dicere ꝙ corpora dolorem possunt inferre aĩabus non mortem: quia nõ est conueniẽs vt mortem faciat: quod dolorem facit. Et ita ad dolorẽ non necessario seqᷓtur mors Et hoc videtur ibidem probare. quia ad animam magis pertinet dolere ꝗ̃ ad corpus ꝗ̃tuncũqꝫ sint coniuncta. si igitur ad dolorẽ sequitur mori: ad animam magis pertinet mori ꝗ̃ ad corpus qꝺ est falsum. ⁊ iterum ibidem arguit. ad dolorem non seqᷓtur oppositum eius: quod dolor presupponit: ⁊ sequitur ad dolere: sed ad dolere sequitur viuere. qꝛ dolere presupponit viuere. et omne dolens viuit. August.

ergo ad dolere non sequitur mori. Dico ꝙ parum valet hoc pro eis: quicquid sit de hoc quia pari ratione nec ad aliquam ĩmutationem realem coniuncti sequeretur mors vel dissolutio corporis. qꝛ immutari presupponit esse: ⁊ infert ipm: sicut dolere presupponit viuere. ⁊ relinqt ipm vel ifert. q̃re ⁊c.

Resolu. doctoris

¶ **Videtur ergo** mihi dicendum ꝙ patiuntur duplici passione ⁊ reali scilicet ⁊ intentionali. quia ⁊ si eẽt ibi intentionalis sufficiens ad punitionem eorũ: tamẽ miraculum esset: ꝙ quãtum ad actum poneretur intentionalis sine reali in medio tactus: puta in carne. ⁊ ita eẽnt ibi ⁊ fierent plura miracula sine necessitate: vt videtur. vel saltem tot miracula hinc ⁊ inde: ⁊ modus sensus est naturalis: puta cũ reali immutatione. quare ⁊c.

Ad rões .1. opinio

¶ **Ex his patet** quid sit dicẽdũ ad primum ⁊ secũdum aliorum si secũdum eos ĩmutatio sensibilis vel intentionalis sit talis ꝙ ad ipam tãtũ positã sine reali mors sequatur naturaliter. ¶ Ad tertium dico: ꝙ nõ est impossibile corpora simul ĩmutari realiter a cõtrarijs ⁊ intense simul virtute diuina. Et puto: ꝙ ita fiet in aliquibus: licet nõ cõmuniter forte nec vt in pluribus: sed transibũt sicut dicit illa scriptura ab aquis vel a frigoribus niuium. ⁊c. Similiter etiã de ĩmutatione intẽtionali. quia fiet ibi naturaliter ⁊ ita prima immutatione reali: licet species vel immutationes seu termini earum nõ sint sic contrarij sicut immutationum realiter. ⁊ magis naturaliter possent stare simul ꝗ̃ illi: tamẽ non oportet ponere ꝙ sint simul in quolibet: vel futura sint sed in illis ĩ quibus erunt immutationes reales naturaliter ꝑuie simul: ⁊ alternatim in quibus alternatim.

Sũmatõ ꝑdictoꝝ.

¶ **Si igitur** patet quomodo corpora dãnatorum ab igne patientur vel intentionaliter tãtum scdm aliquos vel intentionaliter et realiter scdm alios. quia ad neutrum istorum est ratio cogẽs nec auctoritas: vt videtur. ⁊ licet ad vtrũqꝫ sequeretᷣ dolor in appetitu sensitiuo: ⁊ tantus dolor ꝙ sequeretur mors ⁊ dissolutio corporis. naturaliter tamen nunꝗ̃ morietur. quia suspendet deus actionem vel passionem corruptiuam ipsorum: ne vnꝗ̃ moriãtur. vel corpora eorum dissoluãtur. quia actio corruptiua vel passio est naturaliter posterior illa immutatione siue reali siue intentionali ⁊ essentialiter distincta. ⁊ sic potest prima fieri a deo siue secũda. Juxta illud Job. xx. Licet omnia quecũqꝫ fecit nec tamen cõsumetur. Et illud Ysaie Uermis eorũ nõ morietur: ⁊ ignis eorum nẽ extinguetur. Et illud Mathei. xxv. Discedite maledicti. ⁊c. Illud Apocalipsis. Desiderabunt mori: ⁊ fugiet mors ab eis. ¶ Si vero dicatᷣ ꝙ ad immutationem intẽtionalem tãtum: nõ sequitur dolor quia homo beatus si esset in illo igne posset tactus eius intẽtionaliter immutari: ⁊ tamẽ nõ deleret appetitus eius sensitiuus. ¶ Preterea qꝛ operatio cuiuslibet potentie est sibi delectabilis. ergo sensatio sine immutatione reali precipue est sibi delectabilis vel sensui. non igitur dolorosa: nec ad ipsam sequitur dolor: vt videtur. ¶ Tertio quia appetitus sensitiuus nõ est nisi propter naturam. igitur nihil est sibi disconueniens nisi quia nature: sed nature nõ est disconueniens immutatio intentionalis tãtum: sed realis. ergo nec appetitui. ergo non est dolorosa.

Job. xx. Math. xxv. Apoca. Obiectõ

¶ Ad ista dicendum: ꝙ ad dolorem sequẽtem immutationem intentionalem potest sequi mors ⁊ corruptio: sicut ad talem ĩmutationem potest sequi dolor secũdum opinionẽ aliquorum: sicut est tactum supra. Et quicquid sit de morte vel corruptione: dico ꝙ posita ĩmutatiõe intentionali excellente: sequitur naturaliter dolor in appetitu sensitiuo. Quãdo dicis de beato: ꝙ non doleret in inferno si immutaretur. sensibiliter vel intentionaliter tantum ⁊ vehemẽter. Dico: ꝙ verũ est. quia ꝓhiberetur passio doloris ex statu sue impassibilitatis vndecũqꝫ accipiatᷣ illa ĩpassibilitas. sed si suis naturalibus relinqueretur. ita doleret sicut dãnatus si vehementer ĩmutaretur. Aliter soluitur: quia sensus beati est ita ꝑfectus: ꝙ nõ oportet dare excellens sensibile respectu eius. ⁊ per cõsequẽs nõ immutaretur vehemẽter ⁊ improportionaliter ab excellẽte sensibili nec ad talem immutationem sequeretur dolor. Tertio soluitur: ꝙ cum dolor non causetur in ipo sensu sed in sensitiuo appetitu: ⁊ appetitus sensitiuus beati sit totaliter q̇etatus ⁊ completus delectione sensibili: et delectio sensibilis excludat tristiciã quãcũqꝫ octauo Ethi. Nullus dolor causari posset in appetitu sensitiuo. Non curo de istis solutionibus. sed teneo me ĩ prima. ¶ Ad scdm dicendum ꝙ operatio potẽtie circa obiectum improportionatum ⁊ disconueniens sicut in ꝓposito non est delectabilis appetitui. sed magis tristabilis: ⁊ ad ipam sequitur tristicia ĩ appetitu naturaliter. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ talis immutatio intentionalis bene est disconueniẽs nature ẽm sensum ⁊ appetitum sensitiuum. Nec oportet ꝙ omne disconueniens nature sit primo et ĩmediate sibi discõueniẽs ꝓut distinguitur a sensu vel appetitu sed magis econuerso. ¶ Si arguas ꝙ si est discõueniens nature: quia sensui ⁊ appetitui. igitur talis immutatio intẽtionalis tantum ⁊ dolor sequens potest corrumpere naturam. Respondent aliqui ꝙ verum est ad talem immutationem intentionalem terminatam ad sensationem. Et ad dolorem sequẽtem vel timorem potest sequi mors: ⁊ dolor vel timor excessiuus occidit: ⁊ nõ solum immutatio realis: sicut patuit ĩ aliquibꝰ. Alij dicunt: ꝙ hoc est impossibile: nisi concomitante immutatione reali ab excellenti sensibili: quod nõ solum immutet intentionaliter sed etiam realiter: vt patet secũdum eos: quia cum quacũqꝫ immutatione intentionali tãtum stat quelibet dispositio realis ipsius corporis ad animam. ⁊ per ꝯsequens stat animatio corporis ab anima ⁊ vita: vt videtur. Hec de tertio articulo principali.

Solutio obiecti ꝑcedẽ.

¶ **Ad primum principale ar**gumentum ⁊ ad secũdum cum sua confirmatione vnico verbo posset solui tenẽdo illum modum: quẽ posui: secũdum quem ignis dicitur affligere spiritus separatos siue hominum siue angelorum. quia ignis ibi nihil agit vere ⁊ realiter: vt dictum ẽ supra. tamẽ quia argumenta necessario concludunt: Dico ad primum ꝙ quando dicit: ꝙ agens est prestantius patiente. dico ꝙ agens totale vel principale equiuocum est nobilius passiuo vel subiecto seu materia regulariter loquendo: non accipiendo ipsum passiuum secũdum se: sed quantum ad illud quod recipitur in ipso vel causatur a tali agente:

Ad rões ꝑncipa.

quod est formalis terminus actionis. quia agens
totale ⁊ principale vel etiam nō principale equiuo
cum innobilius formali termino actiōis. sed si nō
est agens totale non oportet ꝙ sit nobilius. Quā=
do dicis: ꝙ ignis non est prestātior spiritu: dico ꝙ
non oportet: sed sufficit si causat aliquid in spiritu
sicut causa totalis equiuoca ꝙ nobilior sit illo cau
sato formali termino: nō sic autem oportꝫ de agen
te totali vniuoco: vt patet. Si vero ignis non cau=
sat aliquid in spiritu sicut causa totalis non opꝫ: ꝙ
sit nobilior in illo causato. Ex ista propositione:
nec vniuersaliter oportꝫ ex illa propositione: ꝙ sit
nobilior spiritu ipō licet causet aliquid in ipso.
¶ Aliter soluitur ꝙ agens inquātum huius ⁊ in=
quantum habens potentiam actiuam est nobilius
patiente ⁊ receptiuo secūdum huius: ⁊ inquātum
habet potentiam passiuam. quia potētia actiua ex
ratione sua et' genere suo nobilior est q̃ potentia
passiua. Unde est dare aliquam potentiam actiuaꝫ
simpliciter nobiliorem q̃ passiua scilicet potentiā
Nota. diuinam actiuam. Sed dico: ꝙ istud non est vniuer
saliter loquendo verum. quia eadem simpliciter in
distincta potentia extra intellectum potest esse po
tentia actiua ⁊ passiua: sicut dixi in secundo de vo=
luntate. Idem autem non est prestantius seipso.
Secūdo quia aliquid simpliciter ignobilius q̃tuꝫ
ad illud quod est sibi potentia actiua: potest agere
in aliud simpliciter nobilius quātuꝫ ad illud quod
est sibi potentia passiua. patꝫ nam potentia actiua
agendi aliquid in substantiam potest esse accidēs:
⁊ potentia passiua substantie est substantia. Simi=
liter etiam si obiectum sensibile quod est qualitas
sensibilis vel fantasma mouet intellectuꝫ possibile
quomodo est inuenire in eis nobiliorem potentiaꝫ
q̃ sit potentia intellectus. Unde dico: ꝙ non opor
tet potentiam passiuam semper ⁊ vniuersaliter eē
innobiliorem potentia actiua. Nec videtur valere
predicta solutio. ¶ Aliter soluitur: ꝙ agens est
prestantius patiente q̃tum ad respectum actionis
quia est nobilior q̃ respectus passionis. Cōtra qr
respectus actionis in deo ad creaturam ⁊ respectꝰ
rationis ⁊ respectus passionis potest esse realis. sꝫ
ens rationis non est prestātius ente reali: ergo nō
est adhuc vniuersaliter verum illud. ¶ Aliter sol=
uitur: ꝙ illa propositio non est vera de agente īstru
mentali sed de agente principali. Ignis autem est
agens instrumentale. Sed dico: ꝙ agens instrumē
tale vel attingit ad effectum aliquem / ⁊ vere agit
aliquid: ⁊ tunc vel sicut causa totalis vel sicut cau=
sa partialis: ⁊ tunc ideꝫ qđ prius. aut nihil attingit
nec agit effectiue: quod magis puto loquendo pro
prie de instrumēto: ⁊ tunc non tenet regula de ipō
quare ⁊c. ¶ Adhuc aliter soluitur ꝙ est duplex
potentia passiua. Una receptiua vel subiectiua: et
de illa non oportet ꝙ actiua sit semper nobilior.
Alia est obiectiua vel transmutatiua de qua ob=
iectiue vel quasi conuersiue ⁊ per transmutationē
fit actus ⁊ de illa verum est: ꝙ potentia actiua trās
mutans ⁊ ad actum reducens semper est nobilior.
Sed istam potentiam transmutatiuam non intelli
go sic ꝙ sit aliquid in re extra preter materiam vel
subiectum: ⁊ preter formam in potentia de quo fi=
at forma. Uerum est enim: ꝙ de forma in potentia
fit forma in actu. sed forma in potentia est nihil.
Et ita de illa potentia transmutatiua est sermo: si=
cut de nihilo. Nec debet dici potentia passiua: vt
accipitur ī proposito: nisi valde improprie. Et tūc
esset sensus propositionis: ꝙ actiuum est nobilius
⁊ prestantius passiuo: quia id quod est in actu ē no
biliori modo: q̃ illud quod est in potentia ⁊ perdu
cibile per illud quod est in actu. Et hoc est verum.
quia nobiliori modo est aliquid in actu q̃ in poten
tia. non solum cōparando aliquid ad aliud: sed idē
ad seipsum. Et ita non solum est prestantius passo
vel passiuo sed posset dici ꝙ idem seipō: licet minꝰ
proprie: quia idem nō est simul in actu et in poten=
tia obiectiua. sicut possibile est: ꝙ vnum sit in actu
⁊ reliquum in potentia. ¶ Ad secūdum principa= Ad secūdū pncipale
le dico: ꝙ nō oportet quodcūq; actiuuꝫ vel passiuū
communicare in materia: sed si actio sit vniuoca: et
passiuum sit materia ex qua componatur ꝑductuꝫ
sicut ex materia ⁊ forma fit vnum generatum: be=
ne oportet: ꝙ generans vel agens communicent in
materia: et ꝙ agens sit compositum ex materia et
forma. non oportet autem in actionibus equiuocis
semper: vt patꝫ secūdum Commentatorem: qui ne
gauit materiam in celo: ⁊ tamen posuit celum age
re in materiam inferiorem generando ista inferio=
ra. Sic diceretur de igne: qui agit equiuoce in an=
gelum si tamen agat aliquid. Nec oportet ꝙ ange
lus habeat materiam propter hoc. Unde proposi=
tio vera est de agente / et passo secūdum actionem
vel passionem vniuocam generationis substantia=
lis vel dispositionis ad ipām ab agēte vniuoco ipē
generato vel corrupto. De contractu vel presentia
per contractum dico: ꝙ non semper requiritur ta=
lis contractus presentie agentis ad passum ⁊ econ
uerso: sed sufficit contractus virtualis. Et patet
ꝙ non requiritur contactus corporum secundum
vltima. quia tunc angelus non posset mouere celū
similiter nec realis presentia quia tunc celum nihil
posset hic inferius generare cum nō sit realiter pre
sens hic inferius. ⁊ vbi generat aliquid puta aurū
⁊ ferrum in visceribus terre. quod non potest dici
generari a terra: que est corpus simplex: nec ab ali
quo alio corpore. Sufficit igitur ꝙ agens presens
sit virtualiter. id est ꝙ virtutem habeat producen=
di aliqđ in passiuo vel receptiuo. sed ꝙ sit presens
vel distans realiter hoc accidit. ¶ Ad confirma=
tionem de assimilatione dicitur: ꝙ angelus vniuo
ce bene assimilat sibi passum secūdum formam eius
dem rationis quam habꝫ sed non oportꝫ de agen=
te equiuoco: ꝙ assimilet isto modo sibi passum secū
dum ꝓpriam rationem: sed secūdum rōnes aliquas
entis cōmunes. in quibus cōueniūt agēs ⁊ effectꝰ
ꝓductus vel passum secūdum formam productam
Et cum dicis: ꝙ ignis non assimilat sibi spiritum
in forma corporali: conceditur. nec in forma spiri=
tuali: verum est vniuoce sed equiuoce: si tamen in
spiritu causet talem formam. Aliter dicitur: ꝙ ꝓ=
positio illa vera est de agente principali. ⁊ sic deꝰ
assimilat sibi angelum. quia tristiciam quam habet
deus in conceptu: ponit in ipō in effectu. sicut arti
fex assimilat sibi materiam suo modo. ignis autem
non: cum sit agens non principale sed potius īstru
mentale ponendo: ꝙ agat in spiritū non oportꝫ: ꝙ
assimilet. Si dicas: ꝙ secūdum August. xij. super
Genesim: non sunt corporalia sed corporalibus si=
milia: quibus anime exuste afficiūtur. Potest Au
gust. exponi de illis quibus anime afficiuntur ime

diate ⁊ per modum subiecti: cuiusmodi est tristicia
ipsa: que non est corporalis sed similis corporali:
eo modo quo effectus est similis sue cause equiuo=
ce saltem similitudine remota et longinqua. veruꝫ
est ergo illud de afficiente formaliter animam: nō
oportet aūt: ꝙ eēt de afficiēte effectiue. ¶ Ad ter
tiū quod occurrit de corporibꝰ: ꝙ passio magis fa
cta abijcit a substātia sexto. thopi. dico ꝙ talis pas
sio realis qualis est illa: qua patientur corpora dā
natorum ab igne: abijcit a substantia saltem dispo
sitiue: et tandem dico: ꝙ corpora dānatorum cur
sui naturali relicta cum sint mortalia et passibilia
corrūperenť. consequenter ad talē passionē magis
factā: nisi virtute diuiā suspēderet actio vel passio
corruptiua ipsoꝝ ab extrinseco sicut etiā ab intrīse
co modo supradicto. quia licet velit influere ad ta
lem passionem vel immutationem realem ⁊ inten=
tionalem ab igne: nō tū vult influere ad corruptio
nē substātie: sed vult ipāꝫ perpetuari in tormētis.

¶ Distinctionis. xlv.
Questio Prima.

CIrca istam distin
ctioneꝫ quia in fine tractatur
vel queritur: an anime separa
te beatorum cognoscant ora=
tiones que dirigūtur ad ipos
¶ Quero de cognitione ani
me separate. primo vtrū ani=
ma hūana separata possit ali=
3. de aīa. quid intelligere. ¶ Uidetur ꝙ non. tertio de aniā
dicitur: ꝙ sic se habent fantasmata ad intellectum
sicut sensibilia ad sensum. sed sensus nullam sensa=
tionem vel cognitionem potest habere: nisi mouea
tur a sensibili ergo nec intellectus nisi moueatur
a fantasmate. sed intellectus separatus non mo=
ueretur a fantasmate. quia nō est vnitus fantasma
ti. Non mouetur autem nisi a fantasmate: cui vni=
tur: alioquin posset moueri a quolibet fantasmate
ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. si intellectus separatꝰ pos=
set aliquid ītelligere: posset noticiam aliquam a re
bus acquirere: quia a cognito gignitur noticia. ix.
9. de tri. de trini. sed hoc est falsum. quia tunc frustra vnire
tur corpori. Non enim vnitur corpori nisi propter
perfectionem propriam acquirendam scilicet ītel=
lectionem mediantibus sensibus. ergo ⁊c.
¶ Tertio sic. operatio propria totius essentialis
nō potest cōuenire parti: sicut nec esse totiꝰ potest
conuenire parti patet. Sed ītelligere est operatio
propria totius hominis. Patet primo de anima ⁊
primo Ethicorum. ⁊. 10. quia in hoc consistit feli=
citas hominis. Similiter etiam propria est alicu=
ius speciei. ⁊ non nisi hominis. quia ab ipō accipiť
differentia specifica hominis. ergo ⁊c.
Auicen. ¶ Contra Auicen. sexto naturalium ani=
ma separata clarius videbit ve
Sapi. 9. ritatem q̃ coniuncta. Et concordat cum illo Sa=
pien. nono. Corpus quod corrumpitur: aggrauat
animam. Igitur videtur ꝙ perfectius ītelligat se
parata q̃ coniuncta.

¶ In ista questione sic predā

¶ Primo inquiram vtrum anima separata a cor=
pore possit naturaliter aliquid intelligere. ¶ Se=
cundo vtrum possit noticiam nouam aliquā ex re=
bus corporalibus precipue acquirere. ¶ Tertio
vtrum possit separata existens intelligere quidita
tes sibi habitualiter notas ⁊ recordari eorum que
nouit coniuncta. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quantum ad primum ar= aīa sepa=ta an pos
ticulum videretur alicui: ꝙ anima separata nō pos sit aliqđ
sit naturaliter aliquid intelligere. Amoto eo quod nālit in=
est essentialiter prius: amouetur id quod est poste= telligere
rius. sed esse formam vel informare corpus est eēn 1. opinio.
tialiter prius in anima q̃ intelligere. probatio. qr
informare vel esse formam corporis conuenit ani=
me ex sua diffinitione ⁊ per essentiam suam. intelli
gere autem conuenit anime per aliquid posterius:
puta per potentiam. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. opera
tio intelligendi naturaliter aliquid in anima depē
det necessario ex fantasmate ꝓbatio. quia alias exi
stente anima cōiuncta cum nō habeat minus per=
fectum esse immo magis perfectum ⁊ ita perfectā
speciem obiecti sicut separata: nō esset necessarius 3. de aīa.
recursus ad fantasmata. quod est cōtra Aristo. iij.
de anima. Intelligētem enim necesse est fantasma
ta speculari. sed planum est: ꝙ nihil in anima sepa=
rata essentialiter depēdet ex fantasmate. ergo ⁊c.
¶ Tertio sic. si anima separata intelligit aliquid:
intelligit sine fantasmate. sed intelligere sine fan=
tasmate est simpliciter nobilius q̃ intelligere cum
fantasmate. patꝫ in angelo ⁊ in nobis. cum igitur
anima coniuncta intelligat cū fantasmate: nobiliꝰ
intelliget separata q̃ cōiuncta. et per consequens
nobilius esse habebit ꝯiuncta q̃ separata: sicut no=
bilius operari. ⁊ sic ad malum suum ⁊ imꝑfectio=
nem reunietur corpori in resurrectiōe: qđ ē falsuꝫ.
¶ Quarto sic. q̃to forma est nobilior ⁊ perfectior
tanto minus videtur esse limitata ⁊ determiāta ad
modum operandi: ⁊ sibi vidētur posse ꝯuenire plu
res modi. ⁊ ꝑ cōsequēs si ipā limitata est determiā
ta ad vnum: multo fortius forma que est minus no=
bilis ⁊ perfecta. sed angelus est forma subsistens
multo nobilior ⁊ perfectior q̃ anima ⁊ tamen limi
tatus ⁊ determinatus ad vnum modum intelligen
di precise. quia ad intelligendum sine fantasmate.
⁊ nō potest intelligere cum fantasmate. igitur ani
ma ad vnum modum etiam puta ad intelligenduꝫ
cum fantasmate ⁊ nō potest sine fantasmate. igitur
anima separata nihil potest omnino intelligere.
¶ Quinto sic. sicut intellectiua hominis est natu=
raliter sepabilis secūdum esse: ita ⁊ sensitiua secū=
dum illa que dicta sunt supra in secūdo. scꝫ ꝙ sensi
tiua vegetatiua ⁊ intellectiua sunt vna substantia
in homine ⁊ vna forma essentialiter. sed illo nō ob
stante sensitiua nihil potest sentire separata. ergo 3. de aīa.
nec intellectiua potest aliquid intelligere. ¶ Sex
to sic ⁊ vltimo. obiectum ꝑmum ⁊ simpliciter ade=
quatum intellectus nostri possibilis ē quiditas rei
materialis ⁊ sensibilis vt videtur Arist. dicere. iij.
de anima. sed quiditas rei materialis nō immutat
nec mouet intellectum nisi mediante sensu ⁊ imagi
natione. Ista autem nō conueniunt anime sepate.
ergo ⁊c. Uideretur igitur per istas ratiōes: ꝙ ani
ma rationalis separata nihil posset omnino intelli
gere saltem naturaliter.

¶ Sed videretur omnino dicendum: opinio.
ꝙ anima sepata ꝑt doctoris
intelligere aliquid naturaliter. Hoc autem potest

probari multipliciter. ¶ Primo sic. memoria pfecta est parens verbi. sed anima separata pōt haberi memoria perfecta. pbatio. Memoria perfecta ē potentia ipa cum obiecto. sed ambo possunt haberi sufficiēter approximata ꝙ̄ tuncūq aīa sit separata. ergo potest haberi verbum pfectum: quod est intellectio actualis: sicut dictum est in primo. q̄re ⁊c. ¶ Scḋo sic. manēte specie intelligibili apud ītellectum representāte obiectū potest haberi ītellectio illius obiecti: vt videtur: sꝫ anima separata potest haberi ⁊ manere apud ipsam species intelligibilis vt videtur. quia species intelligibilis est aliquod permanens receptuꝫ in subiecto spirituali ⁊ incorruptibili non dependens a corpore vel fantasmate nisi in suo fieri: ꝙ̄ tuncūq a fantasmate hauriatur. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. non magis dependet intellectus a fantasmate vel fantasia in intelligendo ꝙ̄ fantasia a sensu in fantasiādo: vt videtur. sꝫ fantasia potest exire in actum ⁊ conseruare speciē obiecto nō existēte nec manēte in sensu: vt patꝫ. ergo intellectus sine fantasia vel fantasmate. ⁊ per consequēs intellectus sepatus: vt videtur. ¶ Quarto sic. forma subsistēs naturaliter separabilis pōt habere opationem ppriam sine illo a quo est separabilis ⁊ quo nō existēte potest manere ī eē: sicut Aristo. dicit primo de aīa: sed anima rationalis est huiusmodi. (.i. de aīa.) igitur pōt habere operationem scḋm potentiam suam: que est prima ad talem operationē: cuius est intellect⁹ respectu intellectionis. ¶ Quito sic. intellectio quelibet vel est obiecti spiritualis ⁊ immaterialis. vl' obiecti materialis ⁊ corporalis sed anima separata vtrūq pōt intelligere: de materiali vel spirituali patet. Nam nulla causa ibidem inuenitur: quare hoc possit impediri. nec eñ ex pte obiecti intellectionis requiritur corpus. qꝛ est immateriale ⁊ spirituale ⁊ ens actu intelligibile. nec ex parte obiecti corporalis. qꝛ ⁊ obiectum corporale ad hoc vt intelligatur oportet transferri de ordine ad ordinem secundum Commentatorem. iij. de anima. (Cōmen.) de ordine. s. materialium vel corporaliū ad ordinem materialium ⁊ spiritualium. nec ex parte subiecti: quia planum est: ꝙ cum species vel intellectio sint aliqua spiritualia ꝙ nō requirunt aliquid corporale ex parte subiecti: nec aliquid corporale est ratio recipiendi ista: sicut patet. licet enim substantia vel forma spiritualis recipiatur in corpore non tamē accidentalis forma spiritualis: sed tantū in spiritu immediate. ergo ⁊c. ¶ Ultimo arguitur sic. obiectum nō est minus in se intelligibile immediate: ꝙ̄ in suo representatiuo vel in sua specie fantastica seu in fantasmate: loquendo de aliqua intellectione ⁊ pro aliquo statu saltem. sed obiectum intelligibile est ab anima coniuncta in suo fantasmate. igitur pro aliquo statu et aliqua intellectione intelligibile est ab anima immediate: ⁊ per consequens sine fantasmate: et ita ab anima sepata: vt videtur ¶ Aliter arguitur. qꝛ cum aīa sit separabilis naturaliter: si nō haberet opationem sepatam: frustra esset ⁊ careret ppetuo vel posset carere propria opatione. hoc autem est incōueniēs. quare ⁊c. ¶ Sed de ista ratiōe parum curo. tenēdo ergo mecum aliis dico: ꝙ anima separata potest aliquid intelligere: sicut ⁊ angelus: ⁊ hoc siue intuitiue ⁊ immediate sine specie vel non per speciem siue abstractiue per speciem vel mediante specie sicut declaratum est in secundo de cognitione angelorum. ¶ Si vero dicatur: ꝙ anima separata non est naturaliter. quia forma vnibilis naturaliter: non est separabilis naturaliter. igitur non opatur naturaliter. (Obiectō) Dico: ꝙ aīa separabilis est naturaliter: ⁊ separatur naturaliter a corpore indisposito non obstāte ꝙ sit vnibilis naturaliter corpi disposito. (Solutio) Et possibile est hoc de forma subsistente: ꝙ sit sic separabilis naturaliter. Secundo dico: ꝙ consequentia non valet. quia licet accidentia non sint separata naturaliter sicut dictum est supra: tamen agunt vel operantur naturaliter: vt dicebatur in tractatu de eucharistia. ¶ Si dicatur etiam vltra: ꝙ anima separata propter carentiam vel appetitum corporis non potest perfecte beatificari nec intelligere supernaturaliter: sed impeditur: ne tota intentione feratur in illud summū celum trinitatis sm August. xij. super Gene. ad litteram capitulo. vij. (August.) Ergo videtur totaliter impediri: ne intelligat aliquid naturaliter. ¶ Dico ꝙ nō video quare aīa retardetur a sua beatitudine: ⁊ quare nō possit esse ita perfecte beata intensiue loquēdo sicut cōiūcta. Primo quia ad illam opationem beatam nihil oīno facit corpus nec habet pfectius esse anima sm seipam ⁊ in esse anime quādo est coniuncta: ꝙ̄ separata. coniunctio enim illa nō est nisi vnus respect⁹ qui nō facit animam pfectiorem ineē anime. vnde corpus adueniēs qualecūq nihil iuuat nisi ad intellectionem in fantasmate: que nō est beatifica: sicut nec pes iuuat ad operationem oculi. Similiter etiam quia tunc anima christi pari ratione cū aliis quia non erat vnita corpori: nec habebat esse completum secūdum alios: fuisset imperfecte beata in triduo. quod nō est verum. Similiter qꝛ siue anima habeat se actiue siue passiue ad beatitudinem: ita perfecte potest pati vel agere separata sicut coniūcta. sicut etiam accidētia separata: que nō min⁹ inclinātur ad subiectum: ꝙ̄ anima ad corp⁹: sine quo potest naturaliter subsistere: non aūt accidētia sine subiecto. Similiter illa inclinatio sepate anime ad corpus est sibi naturalis: sicut etiam grauis ad centrum: vel ignis ad sursum vel etiā accidētis ad subiectum. ergo nō impedit opationem eius: que non dependet ex corpore nec sicut ex obiecto nec sicut ex subiecto: cuiusmodi est operatio beatifica. nec illa inclinatio vltra animam dicit nisi respectū rationis in actu. ¶ Ad August. dico: ꝙ vel nō dicit hoc assertiue sed inquisitiue sicut multa alia illius libri: vel intellexit de tota intentione totalitate extensionis: vel intellexit hoc scḋm ordinationem diuinam in aliis a Christo non ex necessitate rei vel imperfectione principij.

¶ Ad primam in contrarium dico: ꝙ informare actualiter nō ē essentialiter ⁊ necesario prius in anima ꝙ̄ intelligere actualiter: nec oportet si pmum nō insit: ꝙ secundum nō possit inesse. (Adrōes I. opinio.) Sed dico bene: ꝙ pus nata est anima informare p suam eētiam immediate ꝙ̄ ītelligere qꝛ hoc nō ꝯuenit sibi nisi p potētiā: que ē posterior eētia sua. Nō aūt talis ordo est inter informare ⁊ intelligere actualr': sicut inf aptitudines ad ista: vt ptꝫ. ergo ⁊c. ¶ Ad scḋm dico: ꝙ opatio ītelligēdi aliqd ab aīa vel in aīa nō necessario depēdet ex fantasmate: nec naturaliter pexigit fantasma absolute loqndo: sꝫ tm̄ p statu pñtis cōiunctionis: siue ex ordine potentiarū: siue ex pena inflicta: quod magis credo: sicut etiam videtur sentire Augu. oportet nunc recurrere ad fantasmata non propter imperfectionē potentie vel speciei intelligibilis sm se. qꝛ non est minus perfecta anima coniuncta ꝙ̄ separata: nec species in ipsa. sꝫ anima non sit etiam in se magis perfecta ꝯiuncta ꝙ̄ separata ꝯiuncta enim non habet plusꝙ̄ separata: nisi vnum respectum vnionis ad corpus: qui nō est magne perfectionis in ipsa. Uel si sit alicui⁹ perfectionis: non est ratio intelligendi in ipsa: nec per ꝯñs priuatio eius est impedimētum intelligendi ex natura rei vt videtur. ¶ Ad tertium dico: ꝙ intelligere sine fantasmate vel non cum fantasmate vt in pluribus perfectius est ꝙ̄ cum fantasmate: eo modo quo experimur: vel habemus nūc intelligere cū fantasmate. Et dico: ꝙ anima separata perfectius intelligit sine fantasmate ꝙ̄ cōiuncta nunc cū fantasmate. Qñ dicis vltra: ꝙ tunc anima ad sui miseriam ⁊ imperfectionem reuniretur corpori in resurrectione. Dico: ꝙ non saltem in electis. Nā aīa poterit intelligere plurib⁹ modis. qꝛ ⁊ cum fantasmate ⁊ sine fantasmate. ⁊ ideo ad sui perfectionē ⁊ bonum: vel si nō ad sui perfectionē saltē ad bonum et perfectionē toti⁹ cōpositi vel coniuncti: cui⁹ est pars. ¶ Ad quartum dico: ꝙ sicut nō est maioris perfectionis in anima: ꝙ sit vnibilis corpori ⁊ separabilis ab ipso ⁊ ita ꝙ possit esse plurib⁹ modis: ꝙ̄ sit in angelo: qui est separat⁹ a corpore: ⁊ nō est sibi vnibilis: sꝫ attestatur hoc nature perfectiori in angelo ꝙ̄ in anima: sic non est maioris nobilitatis in anima: ꝙ possit intelligere illis plurib⁹ modis scꝫ cū fantasmate vel sine fantasmate. angelus vero solum sine fantasmate. Quando dicis: ꝙ natura vel forma magis perfecta est magis illimitata ad plures modos agendi dicendum ꝙ verum est de modis intelligendi: qui sūnt perfectionis: ⁊ conueniūt ex perfectione. non sic autem in proposito de intelligere in fantasmate. Tunc eñ deus intelligeret in fantasmate: quod non est verum. Uel dicendum ꝙ ad naturam perfectiorem sufficit vnus modus intelligendi perfectior et quasi perfectionaliter ⁊ vnitiue continens vtrunq: sicut est in proposito de modo intelligendi vel intellectione naturali angeli vel dei: que simpliciter est nobilior ꝙ̄ intellectio naturalis quecunq ipsius anime siue in fantasmate siue sine fantasmate quasi perfectionaliter vel vnitiue continens vtrunq: quod disperse est in anima.

¶ Ad quintum dico: ꝙ licet anima sensitiua hominis sit naturaliter separabilis sicut intellectiua nō tamen potentia proxima sensitiua vel sentiendi est separabilis. illa enim vel dicit coniunctum: vel est coniuncti primo. sed potentia proxima intellectiua separatur. ideo dico: ꝙ potest exire in operationem non autem anima sensitiua sm suam potentiam remotam. ¶ Ad sextum et vltimum dico ad maiorem propositionem: ꝙ quiditas materialis non est obietum primum intellectus nostri simpliciter et absolute loquendo nec primitate originis nec primitate adequatiōis nec primitate perfectionis. Qꝫ non primitate originis pꝫ. Nā tunc in aliquo statu seu pro quocunq non posset intelligere immediate aliquod obiectum immateriale vel spirituale. sed oporteret: ꝙ pro quocūq statu suo act⁹ intelligendi suus prius origine terminaret̄ ad obiectum materiale siue ad quiditatem materialem. et tūc impossibile esset ꝙ in statu sue separationis vel pro statu coniunctionis siue post resurrectionē beatificaretur in essentia diuina sicut ī obiecto primo cognito. quod est falsum. beatificatur enim intellectus creatus formaliter per visionem beatam: que immediate terminatur ad essentiam diuinam: vt in se est et vt ad obiectum primo cognitum: quod est sibi ratio cognoscendi omnia alia noticia que habetur in verbo. sicut etiam intellectus diuinus suo modo beatificatur sic in sua essentia immediate attingendo ipsam: ⁊ prius origine etiam ꝙ̄ aliquod aliud obiectum. De primitate etiam adequationis patet: ꝙ quiditas materialis non est obiectum adequatum simpliciter intellectui. tunc enim impossibile esset: ꝙ pro quocunq statu per quācunq virtutem cognosceret nisi aliquid materiale habens quiditatem materialem. sicut si visus per quamcunq potentiam eleuari non potest ad vidēdum aliquid: quod non contineatur sub suo obiecto adequato: vel quod non sit coloratum vel lucidum seu lux vel color. De primitate perfectionis patet quia planū est: ꝙ quiditas materialis non est obiectum perfectissimum vel perfectius: quod possit ab intellectu nostro intelligi. ¶ Dico igitur: ꝙ quiditas materialis vel sensibilis si est obiectum primum intellectus nostri: non est obiectum primum nisi primitate originis pro statu presentis ꝯiunctionis: in quo oportet intellectum recurrere ad fantasmata accepta ex sensatis. Non habet autem locum pro statu separatiōis anime: vt videtur ex predictis. Ad minorem vero cum dicitur: ꝙ quiditas materialis nō mouet intellectum: vel non intelligitur nisi mediāte imaginatione et sensu: nec est in intellectu: nisi prius fuerit in sensu. Dico: ꝙ non est verum absolute loquendo. quia tunc deus nec angelus possent intelligere talem quiditatem. et ideo verum est hoc pro statu presentis cōiunctionis intellectus ad animam vel ad corpus: ⁊ loquendo de modo intelligēdi naturali qui habetur de lege communi. Hec de primo articulo principali.

¶ Quantum ad secundū articulū dicitur: ꝙ anima separata non potest acquirere noticiam aliquam nouam nec habitualem nec actualem a rebus vel ex rebus materialib⁹ vel corporalibus seu ab inferiori: sed tantum a supiori potest talem notitiam accipere vel acquirere puta a deo vel ab angelo: a quo vel a quibus sibi influentibus noticiam habitualem obiecti prius ignoti puta speciem eius potest recipere noticiam talis obiecti. (Aīa sepata an noticiam aliquā ex reb⁹ corporalib⁹ possit pcipere. I. opinio.) Non autem potest eam accipere a rebus immediate. ¶ Primum probatur primo. quia si anima posset immediate acquirere noticiam alicuius obiecti materialis ⁊ sensibilis prius ignoti ab ipo obiecto frustra vniretur corpori quia cum non vniatur corpori propter perfectionē corporis: eo ꝙ forma non est propter materiam sed magis ecōuerso: nec vniretur pter perfectionē ppriā acquirendā in corpe: qꝛ sine corpe pōt eā acquirere frustra vniretur. ¶ Scḋo. qꝛ nō est transit⁹ ab extremo in extremū nisi per mediū: sed esse sensibile vel sensatuꝫ rei sensibilis et esse intelligibile vel intellectū sunt duo extrema: quorum medium est esse imaginatū. vel si primum extremum accipiatur esse in re extra

tunc pro medio potest accipi esse sensatum et imaginatum. Cum igitur res materialis apud animā separatam non possit habere esse medium: non potest etiā habere esse extremum: qḋ est esse intellectū. ¶ Tertio. q̄ obiecti ad potentiā debet esse aliqua conuenientia. sed obiecti materialis ad potentiam totaliter separatam actualiter a materia nulla est proportio nec conuenientia. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. quia si sic posset anima separata accipere noticiam alicuius ignoti prius pari ratione ꝛ cuiuslibet alterius q̄tumcunq; distantis. sed hoc est falsum. distantia enim bene impedit cognitionē sicut et operationem. quare ꝛc. ¶ Secundum probatur ꝙ a superiori per influxum specierum potest haberi vel acquiri talis noticia in anima separata. quia intellectus noster medius est inter res intellectuales vel substātias immateriales et res corporales. Unde ꝛ creatus est in orizonte eternitatis: sicut dr̄ in de causis. Unūquodq; aūt medium q̄tomagis accidit ad vnum extremorum: tāto plus recedit ab alio. igitur qñ anima nostra vel intellectus noster accedit ad corporalia: puta qñ est actus corporis: et informat ipsum: recedit a spiritualibus et nihil recipit naturaliter a superiori: sed tantum a corporalibus mediante sensu ꝛ imaginatione: sed qñ accedit ad aliud extremū: ꝛ separatur a corpore: tūc a superiori recipit puta a deo ꝛ intelligentijs: ꝛ nihil ab inferiori puta a corporalibus. hec est opinio cum suis motiuis.

Opinio doctoris

¶ Sed quantum ad hoc videtur mihi dicēdum sicut dixi de angelo in secūdo distinctione. iij. questiōe. iiij. ꝙ anima separata potest acquirere naturaliter noticiam alicuius obiecti prius ignoti: ꝛ hoc loquendo siue de noticia habituali in specie siue de noticia actuali: que est est actus: siue sit noticia abstractiua siue intuitiua. Nec est aliqua difficultas hic plusq̄ ibi. ¶ Et potest hoc probari aliquib⁹ vijs: quib⁹ ibidē probatur de angelo. ꝛ etiam hoc pz: ꝛ probari pōt per rationes precedentis articuli applicando eas ꝛ deducendo de acquisitione noticie: sicut deducebātur ibi de vsu noticie quantū ad aliquas ipsarum. Non enim video: quare plus dependeat acquisitio noticie a fantasmate q̄ vsus noticie Et ita sicut anima sine fantasmate existēs separata potest intelligere materialia ꝛ naturaliter: nō video quare nō possit acquirere noticiā eorū ꝛ ex ipsis īmediate independēter ex fantasmate. ¶ Secūdo etiam q̄ non apparet necessitas ista recurrendi ad deum vel ad alias intelligentias: vt influāt talem noticiam naturalem: cum ad hoc videat̄ sufficere perfectio anime naturalis: que non est neganda ab ipsa: nisi ratio cogens appareat. Ad hoc eñ videntur sufficere potentia disposita ꝛ obiectū sufficienter presens per seipsum ꝛ actu presens. Nam sicut ista sufficiunt in ratione memorie respectu verbi: ita etiam ad acquisitionem noticie vel verbi et impressionem speciei. ¶ Tertio quia videtur vilificari anima per positionē aliorum. Nam sicut simpliciter est vilior natura que non potest in aliquam operationem naturaliter: vel si in aliquam: non tamen nisi in viliorem: q̄ illa que potest in aliquā vel nobiliorem: ita vilior est natura que ex suis intrinsecis appositis alijs extrinsecis conuenientibus et concurrentibus naturaliter: cuiusmodi est obiectū in proposito: non potest in operationem suam sine aliquo speciali influxu a deo: cuiusmodi est anima per se: q̄ illa que potest in suam operationem sine tali influxu speciali: cuiusmodi est natura lapidis: qui non prohibitus si sit sursum: statim potest descendere deorsum. ¶ Quarto. quia dicit ille doctor: qui ponit illam positionem alibi: ꝙ duo accidentia eiusdem rationis non possunt stare simul in eodem subiecto. possibile est autem: ꝙ anima separata acquisierit coniuncta existens prius speciem lapidis: ꝛ per illam non potest intelligere separata scd̄m istum doctorē. Si igitur anima separata debeat intelligere lapidem: oportet ꝙ hoc sit per vnā nouam sibi influxam a deo vel ab angelo. sed iste sunt eiusdem rationis quia eiusdem potentie et respectu eiusdem obiecti. species autem scd̄m eos vel etiam actus non diuersificatur aliter q̄ ex subiecto vel obiecto. Ex hoc etiam sequitur: ꝙ si potest acquirere vnam ita ꝛ aliam: si non haberet. ergo ꝛc.

¶ Ad primum eorum dico: ꝙ ita concludit contra eos: si naturaliter potest accipere anima talem noticiam a superiori: frustra vnietur corpori: vt accipiat ab inferiori vel a corpore. *Ad rōes 1. opi.* Tunc dico: ꝙ non frustra vnit̄ corpori: vt dictum est supra: licet non propter perfectionem corporis: sic ꝙ ipsum corpus sit finis eius. Nec propter perfectionem sui: nisi forte vt alio modo intelligat q̄ separata: modo quo predictum est. sz dico: ꝙ propter perfectionē totius compositi: cuius est pars. ¶ Ad secundum dico: ꝙ nihil valet de transitu intellectuali. potest enim aliquid transire intellectualiter ab extremo in extremū sine medio. patet intelligendo romam: et postea immediate intelligendo parisium. Similiter de transitu reali. Nam scd̄m istum eundem doctorem angelus potest moueri ab extremo in extremum sine medio. ita diceretur ꝙ res apud intellectum potest sic transire ab extremo illo ad aliud sine medio illo: quod tu imaginaris. Preterea dico: ꝙ esse imaginatū: vel sensatum non est medium simpliciter nec necessarium: sed tantum respectu intellectus coniuncti ꝓ statu presentis coniunctionis. non autem pro statu cuiuscunq; coniunctionis: sed erunt homines et intelligent sicut angeli dei in celo: et poterunt intelligere sine fantasmate. ¶ Ad tertium dico: ꝙ obiecti ad potentiam non debet esse conuenientia similitudinis vel proportio commensurationis. Alioquin deus non posset intelligere ista materialia: sed sufficit proportio imitationis vel habitudinis: ꝙ hoc sit intelligibile et illud intellectiuum.

¶ Ad quartum dico: ꝙ non ex quacunq; distantia potest anima separata cognoscere aliquid intuitiue. naturaliter dico: nec per consequens speciem eius representatiuam acquirere: licet quodlibet ens actu existens sibi sufficiēter presentatum vel propinquum possit cognoscere naturaliter: precipue si est proportionatum sed dico: ꝙ habita specie potest a quacunq; distantia illud cuius est species naturaliter intelligere abstractiue: dato etiam ꝙ illud non esset. ¶ Ad illud quod adducitur pro secundo dicto. Dico: ꝙ anima media est aliquo modo inter spiritualia et corporalia: sed dico ꝙ non sic est media: quin ipsa separata existens possit naturaliter intelligere et noticiam accipere ex corporibus sicut etiam et angeli ipsi qui sunt superiores. Quādo dicis: ꝙ cōiuncta existēs non potest recipere naturaliter nisi ex corporibus. Dico: ꝙ hoc non est ex natura sua: sed ex illa causa ex qua oportet eam recurrere ad fantasmata: que magis est pena. vnde ꝛ post resurrectionem non habebit hoc locum. quare ꝛc.

Aia sepata an possit cognoscere qditates sibi notas ꝛc.

¶ Quantum ad tertium articulum videtur prima fronte ex primo ꝛ scd̄o articulo ꝙ anima separata potest cognoscere quiditates habitualiter sibi notas prius: quaruz scilicz habet species repñsentatiuas apud se: quas retinet: ꝛ conseruat post mortem ꝑ predictas species: loquendo de noticia abstractiua. Nam intellectus ꝛ species sufficiēter integrāt memoriā respectu talis noticie abstractiue: sicut in p̄mo articulo dicebat̄. Et si talem speciē vel tales pōt acquirere sepata existens et noticias mediātibus ipsis. noticias dico actuales: multofortius talibus speciebus iam habitis apud se potest per illas ꝑdictas quiditates abstractiue intelligere: vt videtur. Predicte enim species quātūcunq; a fantasmate vel sensib⁹ hauriantur: nō dependent tñ a fantasmate nisi in suo fieri: nec ipsum necessario preexigunt in esse ꝛ manere: sicut superius dicebat̄. Et sicut in essendo ita nec in representādo: sicut patet. Et facit talis species sufficiētem presentiā obiecti ad potentiā in ratione intelligibilis abstractiue. nec oportet: ꝙ habita et ꝯseruata tali specie: ꝯferatur sibi vna alia respectu eiusdem obiecti a supiori puta ab intelligētia quacūq;. Similiter etiam dico: ꝙ anima sepata potest naturaliter cognoscere intuitiue quiditates sibi habitualiter prius notas: si actualiter existant in re: et sibi sufficienter approximentur: vel presententur in suis indiuiduis vel suppositis: sicut etiam potest haberi ex primo articulo ꝛ secūdo. ita ꝙ dupliciter tunc potest eas cognoscere saltem successiue. vno modo intuitiue ꝛ immediate non per speciem: licet habeat speciem. Alio modo abstractiue mediante specie. quare ꝛc.

Aia sepata an possit recordari ꝑteritoꝝ. Phūs.

¶ Sed vtrum anima separata possit recordari preteritorum: que nouit cōiuncta: dubium est. ¶ Primo quia in anima separata non videtur esse memoria vel saltem non posse exire in actum. quia memoria solum pertinet ad partem sensitiuam: sicut videtur Aristoteles dicere de memoria. dicit enim de fantasia ibidez: cuius inquit habitum dicimus esse memoriam. *damascenus.* Et Damascenus etiam dicit libro secundo capitulo de rememoratiuo cum Aristotele: ꝙ est vis sensitiua. q̄ memoria est imaginatio derelicta a sensu s̄m actū. hoc autem est fantasia vel fantasma. ergo ꝛc.

¶ Secundo quia memoria est preteriti: vt preteritum est. sicut prouidentia per se est respectu futuri. sed potentia intellectiua non est preteriti vt preteritum est. quia tale non est nisi singulare: quod non intelligitur per se ab intellectu nostro et directe. igitur in parte intellectiua non est memoria.

¶ Tertio. quia obiectum intellectus est vniuersale. patet in multis locis. vniuersalium vero et eorum que semper sunt non est memoria: sed preteritorum. ¶ Quarto. quia tunc beati qui aliquando peccauerunt: recordarentur: vel possent recordari suorum peccatorum. Aut ergo recordarentur complacendo: et sic essent mali. aut detestando ꝛ dolendo et sic essent miseri. quare ꝛc.

In aīa sepata an sit memoria.

¶ Ad euidentiam ergo articuli videndum est primo: si in parte intellectiua ꝛ per ꝯn̄s in anima separata sit memoria. scd̄o ad ꝓpositum. Quātum ad primum dico primo procedendo ex his q̄ apparent de actu recordandi vel memorandi: ꝙ habet duo obiecta vel respicit vnū per se ꝛ immediate. aliud vero mediate. quia mediante primo. Illud obiectum immediatum super qḋ īmediate cadit actus recordandi: dico ꝙ est aliquis actus preteritus recordantis et per se preteritus respectu recordationis. q̄ de actu presente s̄m ꝙ hmōi non est recordatio nec actus recordandi. Et debet talis actus esse ipsi⁹ recordātis. quia de actu alterius non recordatur quis: nisi pro quāto habuit aliquē actū circa ipsum: cui⁹ immediate recordatur. vnde nō recordatur de actu alteri⁹ sicut de obiecto īmediato: sed sicut de obiecto mediato ꝛ secundario. nō eñ recordor te cucurrisse: nisi q̄ recordor ꝙ vidi te currere vel huiusmodi Oportet etiā: ꝙ sit actus human⁹ perceptibilis et non subitaneus vel imperceptibilis. Alioquin nō posset esse recordatio eius. ¶ Ex quib⁹ patet ꝙ licet de preterito sit recordatio: nō tamen de quolibet preterito sicut de obiecto immediato. *No. correlarium* licet eñ intelligā me natum fuisse vel mūdum creatū fuisse: nō tamen recordor istorū nec sicut de obiecto īmediato nec sicut de obiecto mediato: qḋ est īmediatum obiectū respectu actus qui est obiectū īmediatum recordādi. Nō eñ recordor aliquē actum: quē habuerim circa meū nasci vel circa creationē mundi: quādo ista ponebātur in re ꝛ in effectu: sicut patet manifeste. Sic ergo actus recordandi respicit pro obiecto īmediato actum preteritum modo dicto pro obiecto vero mediato ꝛ remoto pōt indifferenter respicere presens in se vel preteritū licet nō respiciat ip̄m nisi pro q̄to cecidit sub actu illo preterito: vt videtur. ¶ Scd̄o dico: ꝛ sequit̄ ex p̄mo ꝙ act⁹ recordādi in nobis est nouus ꝛ post tēpus. q̄ respicit actū ꝑteritū in nobis ꝓ īmediato obiecto. Et hoc etiā dicit phūs in de memoria: ꝙ post tp̄s omnis memoria fit. *Phūs.* Et patet. q̄ presupponit actū preteritū: qḋ est defferētia tēporis. Similiter etiā sequit̄ ex ꝑmissis: ꝙ īmediatū obiectū recordationis diuersificatur sicut ꝛ recordās vel actus recordātis. vnde plures recordātes nō possunt recordari eiusdē obiecti īmediati. sicut nec pluriū ꝑt eē idē actus possunt tñ recordari eiusdē obiecti mediati. Patet etiā ꝙ potētia cui⁹ est act⁹ recordādi percipit ꝛ discernit tēpus preteritū a ꝑsenti: ꝛ discernit fluxum tēporis preteriti ꝛ aduentū futuri vel presentis. vnde ꝛ nō discernentes temp⁹ preteritum a presenti nec tempus intermedium: sed tēpora accipientes quasi vnum ꝛ quasi vno instanti copulantes: sicut dormientes: totum tempus preteritū cuz presenti nō recordantur vt videt̄. ¶ Tertio dico: ꝙ obiectū actus recordādi īmediatum nō est in se presens realiter: per se loquēdo dico. quia preteritum est. alioq̄n nō esset recordatio ei⁹ vt preteriti. Sed tñ cū oporteat obiectū positiuum alicui⁹ act⁹ esse aliquo modo presens saltem in aliquo representatiuo oportꝫ necessario: ꝙ actus ille sit presens in sua specie: si tamen obiectū sit causa effectiua ipsi⁹ actus in se vel in specie. Et tunc sequitur: ꝙ potentia recordatiua sit cōseruatiua speciei. Et hoc siue dicat vnam simplicem potētiam: que est retentiua

speciei ⁊ elicitiua actus: quod magis puto siue includat duas potentias: quarum vna sit conseruatiua speciei: ⁊ alia recordetur. Et illam speciem necesse est imprimi ab obiecto puta ab actu quãq͂ in re quia imprimi non potest ab eo: quando transijt: et iam non est. quia quod non est causa esse nõ potest. ¶ Quarto patet ꝙ qui non põt recordari de actu proprio supradicto: non potest recordari de aliquo obiecto. Nam per illum actum tanq͂ per obiectũ primo cognitum de quolibet alio recordatur quis tanq͂ de obiecto remoto. Similiter etiam patet: ꝙ non possit species actus humani preteriti imprimi nisi in potentiam: cuius obiectum est talis act⁹. q2 ad eandem potẽtiam pertinet obiectum ⁊ species eius: oportet ꝙ actus ille preteritus sit obiectũ potentie recordatiue: sicut et in ipsa imprimitur species eiusdem actus.

[Dubiũ.] ¶ **Ex hoc** mouetur vnum dubiũ. An sc3 potentia recordatiua cognoscat illũ actum dum est: cuius species sibi imprimitur. Et videtur: ꝙ non. q2 dum est: non est preteritus. Recordatiua aũt potentia non est nisi preteriti nec recordatio. Econtra videtur: ꝙ ĩmo. q2 alie potẽtie percipiunt actualiter sua obiecta: quãdo eis imprimuntur species eorum. ergo ⁊ ista. sed tunc imprimitur species: dum est actus presens. quare ⁊c̃. Et similiter si non cognoscit ipsum: dum est: quõ recordabitur ipsius: postq͂ preterijt ⁊ iam non est? sicut nec prius dormiens recordatur alicuius: quod sibi insuit tunc quãdo dormiebat: ⁊ quod nõ cognouit. ¶ Et potest dici probabile esse ꝙ potẽtia recordatiua ipsum cognoscit sed nõ per actum recordãdi: sed per vnũ aliũ: qui põt esse respectu presentis nõdum preteriti. Videtur eñ multum probabile: ꝙ cuicunq͂ potentie non repunat cognoscere aliquod obiectum quãdo non est: ꝙ sibi etiam nõ repugnet illud cognoscere: quando est: licet non econuerso. quare ⁊c̃.

[Obiectõnes ꝯ p̃dicta.] ¶ **Si obijciatur** contra predicta: ꝙ ex predictis seq̃tur non esse memoriam nec actum recordandi vel memorãdi in parte sensitiua. Tum quia sensitiua nõ cognoscit: nec discernit tempus ⁊ precipue preteritũ. q2 non est. Tempus enim non est de numero sensibilium nec propriorũ nec cõmuniũ patet secundo de anima. *[2. de aĩa.]* ¶ Tum q2 si in parte sensitiua esset recordatio cuiuslibet actus potẽtie sensitiue: cuiuslibet posset esse recordatio sensitiua. qđ est falsum q2 supreme potẽtie actus alicui⁹ nõ põt esse recordatio. probatio. q2 actus ille nõ põt esse cognitus a potẽtia sensitiua aliqua. quia nõ ab aliqua inferiori: nec a seipsa. q2 nõ est reflexiua supra seipsam: sicut nec aliqua sensitiua: vt videt. ⁊ tñ oportet potentiã recordatiuã esse cognitiuã actus: de quo recordatur. ¶ Tum q2 nulla sensitiua receptiua est speciei: nisi alicuius qualitatis sensibilis. nec etiã perceptiua actus circa aliquã qualitatẽ sensibilẽ nisi sit aliquo modo talis. *[2. de aĩa.]* vnde ⁊ philosoph⁹ scđo de aĩa ad hoc vt cõcedat visionẽ aliquo modo videri: cõcedit eã aliquo modo coloratã. modo act⁹ recordabilis non põt esse qualitas sensibilis aliqua. q2 de actu circa quãlibet qualitatẽ cõtingit recordari: siue illa qualitas sit color siue sonus ⁊ hmõi. Et ita illa species actus recordabilis nõ est alicui⁹ potentie sensitiue: vt potẽtie receptiue. ¶ Tum q2 in animalib⁹ brutis perfectis cõueniũt omnes sensitiue. ⁊ non est dare aliquã operationem: vnde posset argui in ipsis recordatio vel memoria. nec de formica congregãte grana: nec de aranea faciente telam: nec de nidificatione vel disciplinatione. omnia eñ ista possũt attribui fantasmatibus presentib⁹ de tristabili vel delectabili sic mouẽtibus animalia ad sic agẽdum aliquid: si sit eis cõueniẽs ⁊ bonum: vel fugiẽdum si discõueniẽs ⁊ malum: vel si occurrat fãtasma alicui⁹ tristabilis. Nec oportet: ꝙ imputet memorie seu recordationi eorũ. vnde ⁊ formica modo nata ita congregat grana in estate: sicut si vixisset per quattuor annos vel per quinq͂: et sic de alijs suo modo. Videtur igitur: ꝙ in parte sensitiua non sit memoria.

¶ Rationes igitur ꝓs adducte non sūt demōstrationes sed sunt solubiles ꝛ faciliter possunt euadi: ꝛ euadarentur ab illis: qui: negarent possibilitatem future beatitudinis: quam expectamus. ¶ Ad primam ergo diceretur q licet beatitudo sit vltimata perfectio creature beatificabilis: non tamen ꝓbatum est q talis beatitudo sed aliqua creature possibilis quecunq̄ vel qualiscunq̄ sit illa: puta qualis poneretur a philosophis. vnde ꝛ licet sit verum de tali beatitudine: non tamē est ꝓbatum sed creditum tantum.

¶ Ad secundum eodem modo diceretur q non est ꝓbata talis beatitudo possibilis. ꝛ per consequens nec q sit perfectiua creature rationalis. Si dicis q de anima intellectiua ꝓbatum est q sit forma corporis non obstante q sit ab extra etiam secundum Aristotelem. dico: q licet primum sit probatum nō tamen secundum silicet q ab extrinseco: licet sit ꝓbabiliter dictum. ¶ Ad tertium diceretur q posito q ens sit obiectum per se primo adequatum itellectui creato: ꝛ per consequens q intellectus creatus possit intelligere deum: qui cōtinetur sub ente: non tamen est ꝓbatum: q istomodo puta visiue ꝛ nude in particulari possit ipsum intelligere sed abstractiue ꝛ imꝑfecte: Quando dicis: q potentia nō quietatur nisi in optimo sibi possibili. concedo ꝛ dico retur: q talis conceptus visiuus de deo nō est intellectui humano possibilis: licet sit in natura possibilis puta ipsi deo: qui seipsum perfecte comprehēdit. Aliter diceretur q nō est demonstratū ens esse obiectum sic adequatum intellectui: sic q possit immediate ferri in quodlibet ens: sed tantum mediante quiditate rei sensibilis: que est primum obiectus intellectus humani loquendo de primitate origīnis. Et diceretur q pro omni statu saltem oppositum non est demonstratum. ¶ Ad quartum qđ est confirmatio huius: si illud argumentum est bonum sequitur q fantasia: que est superior ꝛ nobilior potētia q̄ visus possit intuitiē cognoscere quodcūq̄ obiectum suum sicut visus. hoc autem patet falsū. Et ideo dico: q illud qđ est nobilitatum ꝛ perfectius in inferiori: non semper debet attribui superiori vel nobiliori. qz aliunde potest inueniri maior nobilitas in superiori frequenter. vnde ꝛ si sit nobilitatum in sensu visus: q intuitiue cognoscat obiectus suus. maioris tamen nobilitatis est in intellectu q abstractiue intelligat q̄ sit aliud in sensu. sed q intuitiue intelligat aliquod obiectum non est demonstratum. ¶ De tertio dicto sum expeditus per illa que dixi in tertio distinctiōe. xiij. de anima christi: vbi probaui q non oportuit ponere aliquos habitus. nec aliquam formam primam ad actus beatitudinis: nec in voluntate: nec in intellectu siue speciē siue lumen: siue charitatem. Et vide ibi: quia non est repetendum.

Vide. 3. distī. 14.

¶ Ad rationes aliorum dico

ad rōnes i. opinio

Ad primam q ad notitiam aliquam ꝛ precipue ad notitiā intuitiuā nō req̄rit q obiectū ipsomet potētiaz: ꝛ fiat vnū ex obiecto ꝛ potētia: sicut ex materia et forma vel potentia ꝛ actu informante: licet bene ad aliquam notitiam abstractiuam intellectus req̄ratur q similitudo obiecti informet intellectus: puta species ipsa vel saltē licet ita sit de facto quicqđ sit necessarium. Notitia autem beatifica intuitiua est. Quando dicitur vltra q essentia diuina est forma intellectus beati: ꝛ non potest esse forma nisi intellectus dispositi per formam supernaturalem. Pi

to ꝙ essentia diuina nō potest esse forma informās cum sit prius actus. nec forma inherens intellectui quia tunc esset accidens. Et tunc dico vltra ꝙ non requirit dispositionem in subiecto: que sit ratio receptiui: sicut anima rationalis reqrit: q̄ est forma informans vel aliqua alia forma naturalis. Et dato ꝙ aliquam dispositionem requireret: non tamen oportet ꝙ supernaturalem. Si enim forma supernaturalis requireret formam supernaturalem pro dispositione esset ꝓcessus in infinitum necessario. quia et ipsa dispositio quedā forma est. vnde falsum est simpliciter ꝙ dispositio ad formam supernaturalē est forma supernaturalis. Et patet de dispositionibus corporis ad animam. Qn̄ dicitur ꝙ potentia ⁊ actus sunt eiusdem generis. dico ꝙ falsum est loquendo de potentia receptiua ⁊ actu eius. Et patꝫ quia potentia receptiua primi accidētis est substātia: et non de genere accidentis. vnde turpiter decipiuntur de potentia ⁊ actu ꝓut dicunt differētias entis: ⁊ de potētia ⁊ actu ꝓut dicunt partes entis Nam primo modo sunt eiusdem generis ⁊ diuidūt quodlibet genus. Secundo modo nō: nec sic diuidunt quodlibet genus. ❡ Ad secundum diceretur ꝙ cognitum est in cognoscente secundum modum cognoscentis. quia secundum cognitionem q̄ cōpetit cognoscenti et modum cognoscendi naturalem si sit notitia naturalis. Quando dicis vltra ꝙ essentia diuina non potest esse in intellectu creato scd̄m modum cognoscentis. diceretur ꝙ falsum est. Qn̄ dicis ꝙ non: quia essentia diuina est esse. non autē creatura aliqua. Dico ꝙ si istud aliquid valet concludit ꝙ nullomodo deus potest cognosci ab intellectu creato: nec naturaliter nec supnaturaliter qꝛ nullomodo fit: vt intellectus creatus sit suum esse: nec ꝑ consequens vt essentia diuina sit in eo secundum suum modum essendi in intellectu creato: qui non est suum esse. Et ita apparet manifeste ꝙ frustra sic arguere. Non enim oportet ꝙ istomodo obiectum sit in potentia sicut est in seipso. sed sufficit ꝙ notitia que est in potentia attingat obiectum ⁊ terminetur ad ipsum: licet ipsa notitia sit accidens. et obiectum sit substantia licet obiectum sit suum esse et notitia vel intellectus non sit suum esse. obiectuꝫ tamen est in potentia ꝑ notitiam ipsā scd̄m moduꝫ potentie. quia secundum modum notitie cōpetentis potentie scilicet intelligibiliter si in intellectu et sic de alijs. Similiter etiam immaterialiter: si in potentia immateriali ⁊ huiusmodi. ❡ Ad tertium diceretur: ꝙ modus cognoscēdi qui competit vniuersaliter intellectui creato: non oportet ꝙ sit per speciē scd̄m aliquos negantes speciē in patria. sed bene est hoc necessarium in modo intelligendi abstractiue. Secundum ponentes vero speciem in prima diceretur: ꝙ non demonstrant alij quin sit ibi dare speciem diuine essentie. Quando dicis: ꝙ essentia diuina est infinita dico: ꝙ verum est. ⁊ ideo nō ꝑfecte potest representari vel intelligi a creatura vel per creaturam q̄tum est representabilis vel intelligibilis: sed tamen sufficienter vel competēter q̄tū sufficit creature nec oportet ꝙ species sit similitudo vniuoca diuine essentie: sicut nec oportet ꝙ species substantie create sit substantia. ❡ Ad quartū diceretur: ꝙ obiectum potentie abstracte vt intellectus non habet ad potentiam ꝓportionem geometricam vel arithmethicam que est secundum aliq̄d determinatum in quantitate virtutis vel molis: nisi loquendo de obiecto limitato: non de obiecto in cōmuni ⁊ simpliciter ⁊ absolute: sed sufficit ꝙ obiectum habeat ad potentiaꝫ proportionem habitudinis cuiusdam: vt hoc sit intelligibile et illud sit itellectum. sic est autem de obiecto diuino ⁊ intellectu creato. vnde ⁊ si argumentum valet aliquid: cōcludit ꝙ nullo modo potest deus cognosci ab intellectū creato: qꝛ nun̄q̄ est possibile per quodcunqꝫ etiam additūꝫ: quin intellectus creatus cum quocūqꝫ addito distet in infinitum a deo īfinito: sicut patet. Et ideo patet ꝙ nihil omnino valēt talia argumēta. Ad probationem de decima millesima milij diceretur ꝙ nullum est simile de potentia artata ⁊ limitata ad sensibile certum ⁊ determinate quantitatis que est potentia corporalis: ⁊ de potētia abstracta que versatur circa totum genus entis: cuiusmodi ē intellectus. vnde si accipis ꝙ ens infinitum nullam habet ꝓportionem intelligibilis ad intellectum finitum ⁊ minorem q̄ decima millesima milij ad visū dico ꝙ petis: ⁊ tua ratio non concludit. ⁊ si concludat: concludit etiā cōtra te. ꝙ nullomodo tale obiectum cognosci potest nec naturaliter: nec supernaturaliter sicut superius est reductum. Hec de primo articulo principali.

Creatura rōna. an ex puris nālib⁹ cū generali cōcursu dī sit capax beatitudinis ⁊c̄.

❡ **Quātum ad secūdum arti.** videtur dicendum aliquibus ꝙ obiecto beatifico presentato intellectus ⁊ voluntas cōcurrente generali influentia dei actiue eliciunt: ⁊ efficiunt in seipsis actus suos beatificos: quibus formaliter beatificantur: vel saltē concurrēte speciali influentia dei et si non sufficiat generalis influentia sicut dicerēt alij. Intellectus tamen ⁊ voluntas ex suis naturalibus tales actus eliciunt. ⁊ hoc siue ex suis naturalibus pure ⁊ immediate: sic ꝙ mera naturalia sufficiant: siue nō mere nec immediate: sic ꝙ naturalia non sufficiant: sed requirantur cum ipsis aliqui habitus supernaturales in ratione principiorum actiuorum: sicut ponunt aliqui de specie in intellectu: vel de lumine ⁊ de habitu charitatis in voluntate. *1. opinio.*

rōnes. 1. opinio.

❡ Ad hoc adducuntur alique rationes. Prima ē talis. actiones immanentes suis agentibus causantur effectiue ab illis quibus immanent. secundum potentias illas quibus immanent. Hec est enim differentia inter immanentes ⁊ transeuntes. ꝙ trāseuntes non immanent agentibus: vel si immanent: non tamen secundum easdem potētias quibus causantur: nec secundum eandem partem in qua viget talis potentia. sed visio beata ⁊ fruitio sunt actiones immanentes beato scd̄m intellectum ⁊ voluntatem. ix. Metha. *9. meth.* Igitur causātur effectiue ab eo secundm intellectum ⁊ voluntatem. ❡ Secūda ratio non minus libere ⁊ spontanee diligit voluntas deum in patria q̄ in via: vt videtur. immo magis. quia status patrie est status summe libertatis. sed hoc non potest esse si sit pure passiua: ⁊ nullo modo actiua in actu fruitionis: vt videtur. ergo ⁊c̄. *August.* ❡ Tertio sic. Actus beatifice visionis est verbum perfectum secūdum Augustinm decimoquinto de trinitate. Sed verbum perfectum gignitur effectiue ex cognoscente et cognito vel a memoria secundum eundem Augusti. ix. de trini. ergo ⁊c̄. Et confirmatur. quia ad cognitionem verbi creati requirē tur necessario voluntas copulans potentiam cum obiecto per imperium suum: sicut etiam dicit Augu. ix. de trinitate. ergo ⁊c̄. ❡ Quarta ratio. potētia informata habitu actiuo vel operatiuo actiua ē respectu talis operationis. sed intellectus ⁊ voluntas habitibus informātur ad suas operatiōes beatificas. habit⁹ autem est forma actiūa saltem partialis. *comēta.* secundum enim comētatorem tertio de anima habitus est quo quis operatur cum vult ergo. ⁊c̄. Videtur ergo istis ꝙ iste potentie respectu talium actuum vel operationum sunt actiue. ita ꝙ creatura ex suis naturalibus potentijs effectiue attingit ad beatitudinem.

opi. alia. ❡ **Dicit** tamen vnus doctor: ꝙ hoc non est sufficienter sine speciali influentia dei. sed oportet concurrere specialem influentiam. cuius rationem assignat quasi duplicem. prima ratio est qꝛ potētie iste create intelllectus scilicet ⁊ voluntas non habent deum obiectum beatificum in seipsis nec formaliter. patet. quia non sunt deus nec eminenter. quia non sunt aliquid nobilius vel perfectius deo. et ideo non sufficienter ad causalitatem effectiuam talium actuum. ❡ Secunda ratio. quia visio vel fruitio beatifica est obiecti diuini in seipso. Nulla autem creatura habet vel continet deum vt in seipso: sed ipsemet sic habet seipsum. ergo et cetera.

opi. doc. ❡ **Sed quantum** ad presentem articulum mihi videtur dicendum probabilius: sicut alias tetigi: ꝙ creatura rationalis vel itellectualis nullomodo effectiue attingit ad beatitudinem suam nec secūdum aliq̄d receptum in ipsa: sed tantum in potētia passiua ad ipsam. itaqꝫ intellectus nullo modo est causa effectiua beatifice visionis: nec aliquid receptum in ipso. Similiter etiam nec voluntas respectu fruitionis: sed potentie iste tantum modo sunt passiue ⁊ receptiue respectu talium actuum: sicut dictum est in articulo precedenti. Similiter etiam nec habitus vel aliquid receptum in talibus potentijs est causa effectiua: sicut probaui in tertio distinctiōe. xiiij. de habitibus in anima christi. ❡ Quod autem ita sit de intellectu ⁊ voluntate probo sic primo. Illud qd̄ nullo modo est principium actiuum nec esse potest forme innobilioris accidentalis perficientis ipsuꝫ nec etiam forme nobilioris ⁊ ꝑfectioris: per locum a maiori. Magis enim videretur actiuum innobilioris q̄ nobilioris ⁊ continere in sua virtute innobiliorem perfectionem suam q̄ nobiliorē: precipue de formis subordinatis et eidem supposito conuenientibus. sed nec intellectus nec voluntas potest esse principium alicuius habitus vel forme infuse habitualis: sicut fidei vel charitatis: que tamen sūt forme simpliciter innobiliores q̄ actus beatifici vt patet quia faciunt hominem formaliter ⁊ actu verum ⁊ ipsum vniunt perfecte ipsi fini non sic ille ergo ⁊c̄. ❡ Secundo sic. Non minus mirabiliter deus creaturam beatificat quam gratificet ipsam vł iustificet: nec minus apparet sua potentia in beatificando q̄ in gratificando vel iustificando: sed sic gratificat vel iustificat ꝙ immediate per seipsum. ⁊ impossibile est ꝙ cum eo concurrat aliqua creatura. ergo similiter sic beatificat creaturā: vt sicut ipe solus creat ⁊ producit craturam primo beatificabilem: puta angelum ⁊ animam rationalem. sicut ipe solus immediate beatificat ipsam. ❡ Tertio sic. Sicut se habet vltima forma ⁊ ꝑfectio substantialis in generabilibus ⁊ corruptibilibus ad agēs naturale vel creatum sic vt videtur suo modo in spiritualibus vel intelligibilibus: sed vltimata forma ⁊ perfectio substantialis generabium ⁊ corruptibilium non est in potentia actiua alicuius agentis creati: sicut patet de anima humana: sꝫ est totaliter ab extrinseco. ergo nec vltimata perfectio creature intellectualis: cuiusmodi est beatitudo: est in potētia actiua alicuius agentis creati: sed solius dei: vt videtur. Ita ꝙ ad ipsam nec operatur: nec cooperatur creatura per se attingendo: sicut nec ad perfectiōes aliquas: que tamen non sunt vltimate.

❡ Quarto sic. ⁊ est difficilius argumentum quod ego reputem istam conclusionem supponendo aliqua: que alij supponunt. Si voluntas est actiua ad actum fruitionis: ⁊ ad ipsum obligetur ꝓ statu patrie obiecto presentato per visionem intellectus: sicut alij dicunt: ⁊ probabile est ꝙ ad ipsum sit obligata ex precepto etiam si tamen sit actiua respectu eius: ⁊ actiuitate libera libertate contradictionis: sicut etiam ipsi dicunt: sequitur ꝙ voluntas beata sit in potentia immediata ⁊ proxima peccabilis. qꝛ immediate q̄tum est ex parte sua potest suspendere actionē suam: qua cooperabatur ad talem actuꝫ debitum. nec potest prohiberi siue per influentiam dei specialem vel generalem. quia ad cessādum ab actione nulla influentia requiritur. Et nun̄q̄ per q̄cunqꝫ influentiam fieri potest quin voluntas libere q̄tum est ex se possit cessare a tali actu. Alioqn cogeretur: ⁊ non coageret libere: ⁊ sic ad huc peccaret. Ner per substractionem inflnentie cuiuscunqꝫ. quia ad cessandum ab actione nulla inflentia requiritur. Eo ꝙ cessare ab actione nullus est actus positiuus. Sed consequens est falsum ⁊ impossibile: scilicet ꝙ volūtas beata sit peccabilis immediate ⁊ secundum potentiam proximam. quia tunc non est confirmata. ergo ⁊c̄. ❡ Confirmatur quinto. quia capacitas voluntatis passiua excedit actiuitatem eius respectu habit⁹ charitatis. patet igitur respectu actus beatifici multo fortius. quia talis est aliquid simpliciter nobilius q̄ sic habit⁹ ⁊ aliquomō finis eius. beatitudo enim formalis ⁊ actualis est suprema perfectio hominis q̄tum ad potentiam in qua ponitur: sicut patet. Si dicas: ꝙ nobilissima ⁊ maxima perfectio hominis vel anime cui⁹ est beatitudo debet sibi conuenire modo nobilissimo scilicet actiue ⁊ non tantum passiue. Dico ꝙ non oportet: sed sequitur oppositū eoipso qd̄ est suprema ꝑfectio ad ipsam se habet potentia passiue: ⁊ transcendit actiuitateꝫ eius multofortius q̄ habitus charitatis: qui non potest haberi nisi per solam creationem.

❡ Sic igitur dico etiam de intellectu ꝙ nec intellectus nec voluntas sunt cause effectiue nec totales nec partiales actuum suorum beatificorū: *resolutio doctoris* sed sunt in potentia passiua tantum ⁊ receptiua ꝑfectibiles naturaliter per tales actus ⁊ in potentia naturali respectu ipsorum: licet in potentia obediētiali tantum respectu dei. Nam sicut dicebatur in prima secunda questione primi: potentia naturalis vno modo accipitur in ordine susceptiui ad formā potentia vero obedientialis accipitur in ordine ad agēs diuinum quod agit ꝑ imperium ⁊ cui creatura sic obedit: quod potest facere in ipsa vel de ipsa quicquid non implicat contradictionem secunduꝫ

imperium voluntatis sue.

ad rōnes pme opi.

¶ Ad primum aliorum dico/
q accipiēdo proprie τ methaphorice actiones im
manētes τ operationes q̄ sunt termini ipsarum eo
modo quo dixi in septima distinctione primi libri.
questione quarta articulo primo: τ sicut accipitur ī
argumento: visio beatifica vel fruitio non sunt acti
ones vel operationes immanentes: sed magis trās
euntes. Verum est tamen q grammatice loquendo
significantur per modum actionum vel opationuz
immanentium. quia ita denomināt subiecta sua ac
si efficerentur ab eis. vnde τ passiua sua denomināt
quasi actiua: τ actiua quasi passiua. Intellectus em
dicitur videre τ voluntas diligere: τ deus dicitur
videri τ diligi. Si dicas q ita dici potest de quali=
bet operatione intellectus vel voluntatis: q nullo
modo sunt effectiue ab istis potentijs. Dico q non
nec est similis ratio de quolibet actu volūtatis: pu=
ta de actu meritorio τ de actu beatifico siue fruitio
nis: similiter nec de actibus naturalibus de quibus
loquitur philosophus. ix. metha. ¶ Ad secundum

Nota.

dico q libere vel spontanee aliquid velle potest ac
cipi dupliciter. vnomodo prout opponitur ei quod
est violenter velle. τ sic planum est q non minus li
bere vel spontanee diligit volūtas deum in patria
q̄ in via quia non plus violentatur in patria q̄ in
via. Non enim violentatur: licet sit pure passiua in
patria. quia non patitur contra inclinationem pro
priam naturalem immo sm ipsam. quia recipit suā
perfectionem ad quā naturaliter inclinatur. Alio
modo potest accipi velle libere vel spontanee. put
principium liberū τ spontaneum habet suum actū
in sua potestate. τ distinguitur a velle quod non est
in potestate volentis. Et isto modo dico q volun=
tas ī via τ p statu meriti diligit deum libere τ spō
tanee. Et hoc est necessarium sicut probaui in secū
do distinctione. xxv. in patria vero non diligit deū
libere nec spontanee istomodo nec est necessarium.
quia ī tali actu nec meretur nec demeretur: sicut pa
tet τ ideo non est necessarium ipsum esse in eius po
testate: sed solum in potestate dei beatificantis.
¶ Ad tertium dico q illud non cogit. Nā potest
dici q verbum gignitur ex cognoscente τ cognito
sicut ex actiuo τ passiuo: non sicut ex actiuo τ acti=
uo saltem loquendo de verbo isto in proposito. s. de
verbo vel actu supernaturali quicquid sit de verbo
naturali: τ vt communius τ in pluribus accepto. τ
ita recognoscens vel intellectus se habet pure passi
ue in isto verbo. Ad confirmationem potest dici: q
difficile est capere illam copulationem. tamē τ si in
tellectionibus naturalibus habet locum: in hac nō
habet locum nec oportet q voluntas creata intro=
mittat se de copulādo obiectum beatificum ipi po
tentie intellectiue. quia deus ipse sufficienter copu
lat seipsum: τ presentat intellectui causando actuz
visionis in ipso. ¶ Ad quartum dico: q quicquid
sit de maiore q minor non est vera de aliquo habi=
tu vel aliqua forma: que sic sunt in intellectu vel vo
luntate q nō sunt aliquomodo causa effectiua actu
um beatificorum nec totalis nec partialis: nec etiā
in ratiōe receptiui: sed in ratione receptiui sufficit
nuda potentia. In ratione vero effectiui totalis cā
τ immediata est deus. Quando dicis: q habitus ē
quo quis operatur cū vult. Dico: q quicquid sit de
habitibus aquisitis: q facilitant potentias non q̄a
faciant aliquid ad substantiam actus nec ad aliquē
modum intrinsecum actus se tenentē ex parte actus
sed ipsis habitis potentia faciliter τ prompte exit
in actum: ita q facilitas magis se tenet ex parte po
tentie q̄ ex parte actus. tamen de habitibus infu=
sis non valet. quia nec isti facilitant nec actum cau
sant. τ si non in via multo minus in patria: vt vide
Qr autem non in via satis dixi in tertio in questiōe
illa. vtrum creatura rationalis vel intellectualis ex
puris naturalibus potest diligere deum super se τ
super omnia. vbi dictum fuit q sic. τ multominus
in patria: vbi actus non educitur de potentia intel
lectus vel voluntatis: sed a deo immediate creatur
qui non indiget habitu cooperante ad hoc nec faci
litante: immo impossibile est breuiter q habitus alī
quo modo sibi cooperetur: sicut q possit cooperarī
ad creationem. Hec de secundo articulo principali
questionis.

Homo s sit p statu huius vite mortalis capax beatitudinis opinio. i.

¶ Quātum ad tertium arti.
dicit vnus doctor q accipiēdo beatitudinem p acti
bus illis beatificis quos expectamus circa obiectū
diuinum in patria vel similibus actibus τ eiusdem
rationis: possibile est q̄tum est ex parte agentis di
uini loquendo de potentia absoluta: hominem esse
beatum sm animam in hac vita mortali τ corrupti=
bili sm corpus: τ hoc siue homo careat aliqua dispo
sitione preuia ad beatitudinem necessaria: puta lu=
mine vel specie vel aliquo tali: siue non careat: sed
sm animam sit immediate in potentiam ad recipiē
dum beatitudinem ex puris naturalibus: sicut in p̄
cedētibus dicebatur. Nam deus nulla cōtradictio
ne repugnante potest conferre homini beatitudinē
anime non obstante mortalitate corporis siue cum
dispositione: si aliqua sit necessaria: siue sine dispos
tione si non sit necessaria vel necessario preuia. Et
in hoc teneo me cum ipso. Et tota ratio est τ moti=
uum. quia nō implicat hoc aliquam cōtradictionē.
Et ideo est absolute deo possibile. imo dico q hoc
fuit aliquando factum in aliquibus: puta in christo
qui fuit beatus sm animam: tamen mortalis τ passi
bilis sm corpus. Similiter ī Moyse de quo dicitur
Numeri xij. in persona domini: ore ad os loquor ei — Numeri. 12.
et palam non per enignata et figuras deum videt
sm Augusti. xij. super Genesim ad literam τ de vi
dendo deum. Similiter etiam Paulus in raptu il
lo vidit deū: sicut sancti vident in patria sicut Au=
gust. dicit ante penultimam questionem ad Oros= — August.
um: τ. xij. super Genesim dicit q factum est: vt idē
priuilegium cōsequeretur magister gentium τ do=
ctor iudeorum. Similiter etiam hocdicit Hierony
mus ad marcellam de quibusdā nōdum defunctis
nec humandis. Nec est presumendum q Paulus
vel Moyses fuerint mortui: τ anime eorum fuerīt
separate a carne vel corpore mortali: licet Paulus
bn̄ dicat q nesciret vtrum in corpore vel etiā extra
corpus. potuit enim virtute diuina videre deū: da=
to q nō videret vel nesciret se esse cum corpore: pu
ta viuum vel mortuum. Patet enim τ non est du=
bium de christo qui fuit beatus secundum animam
in carne passibili τ mortali. ¶ Secūdo dicit iste do
ctor q loquendo de potentia dei ordinata saltē sm
legem communem non est possibile hominē esse be
atum sm animā in vita presenti corruptibili τ mor

tali secundum corpus. q deus sic ordinauit sm ta=
lem potentiam: q non beatificetur quis: nec habe
at stolaz anime sine stola τ immortalitate corporis
licet de priuilegio special fuerit factum aliquando
oppositum. Ordinauit enim deus non perficere re=
gulariter vel cōmuniter animam beatitudine: ani=
mam dico corpori vnitam τ coniunctam: nisi simul
pficiendo corpus τ ornando: sicut sibi competit: vt
totum hominem simul pficiat sm vtranq3 ptem ip=
sius. ¶ Tertio dicit: q ex parte passi vel receptiui
ipsius hominis scilicet non est absolute loquendo
impossibile hominem beatificari sm animam p sta
tu corruptibili. quia nihil est ī homine sm q huius
modi: q repugnet simpliciter tanq̄ īcōpossibile et
absolute ipsi beatitudini anime sicut dicimus: q la
pidi repugnat simpliciter: τ absolute sapiētia: nec
potest sibi inesse. Iam enim oppositum est probatū
supra de aliquibus: qui viderunt deum per essenti=
am: τ per cōsequens fuerunt beati in statu mortali
tatis. Et ratio est quia natura anime secundū quā
homo est receptiuus beatitudinis vel dispositionis
ad ipsam eadem est p statu mortalitatis vel immor
talitatis hominis: sicut patet. ¶ Quarto dicit q si
est aliqua impossibilitas saltem sm quid licet non
simpliciter: ne homo p statu mortalitatis sit beatus:
illa querenda est ex parte passi vel receptiui: τ hoc
ratione alicuius forme quam habet. que licet nō re
pugnet simpliciter: nec opponatur formaliter bea=
titudini nec econuerso tamen beatitudo sibi repu=
gnat aliquomodo secundum quid vel virtualiter ra
tione. s. effectus beatitudinis sicut virtualiter cali=
dum repugnat formaliter frigido. Et tunc dicit q
effectus beatitudinis anime in corpore ipso est im
mortalitas corporis. ita q immortalitas corporis
redundat quasi effectus quidā ex beatitudine aīe.
Et planum est q immortalitas repugnat mortali=
tati. Ex hoc concludit vltimū dictum q nullus vi=
uens in carne mortali: potest esse beatus sm animā
sine miraculo quo supenditur immortalitas corpo
ris: q̄ est effectus beatitudinis anime: τ immortali
tas corporis toleratur Et ideo dicit q in christo fu
it miraculum continuum ab instanti sue conceptio
nis: quo fuit beatus τ mortalis cū hoc vsq3 ad instās
sue mortis: quo anima fuit separata a corpore pas
sibili τ mortali. Similiter etiam dicit de Paulo in
illo raptu: si tamen in corpore passibili τ mortali vi
exodi 23. — dit deum. Unde τ ad hoc posset adduci illud Exo
di. xxiij. Non videbit me homo: τ viuet. verum est
nisi miraculose de vita mortali: et corruptibili lo=
quendo.

q̄ duo dicta vltia .I. opini.

¶ Sed in duobus dictis vltimis q̄tum ad
omnia non videtur mihi q ipē di
cat bene. Dico enim q īmortalitas corporis nō est
effectus beatitudinis anime. vnde non intelligo il=
lam redundantiam immortalitatis corporis ex ani
ma vel beatitudine anime sicut effectus ex causa vł
per causalitatem: sed magis per concomitantiam
ex ordinatione diuina: sicut ex totali et immediata
causa: quemadmodum inferius apparebit. Et ideo
nec est aliqua repugnantia beatitudinis anime ad
mortalitatem corporis nec simpliciter: nec sm quid
nec formaliter. patet. nec virtualiter. ¶ Ex quo se
quitur contra vltimum dictum per modum conclu
sionis vel correlarij. Respondēdo tamen ad questi=
onem q homo non potest esse beatus pro statu vite
corruptibilis sine miraculo. Dico q verum est pre
supposita ordinatione diuina sm legem communē
que est modo. quia de lege communi non fit hoc: sz
de priuilegio speciali: τ a deo tantum immediate.
Et ita miraculosum est. quia non sm legem vel cur
sum communem. sed non ex illa causa quam alij assi
gnabāt propter suspentionem effectus beatitudi=
nis anime quia immortalitas corporis non est effe
ctus beatitudinis anime sicut dictum est supra. — resolutio
¶ Sic ergo patet q absolute loquendo homo pōt
attingere ad beatitudinem in vita mortali: τ posset
perpetuo conseruari a deo beatus sm animam τ in
vita mortali vel corruptibili sm corpus.
¶ Si dicatur q Augustinus probat de immorta — obiectio August.
litate anime. τ. xiij. de trinitate: q impossibile est eē
aliquem beatum τ nō immortalem: τ per conseqēs
q in vita mortali non potest esse beatus. q si sic: tūc
per mortē amitteret habitudinez. Aut igitur amit
teret illam volens aut nolens: aut nec volēs nec no
lens. non potest dici q volens. quia q̄libet uult bea
titudinem sicut summum bonum eius. Nec nolens
quia tunc non esset beatus: sed miser. Non enim ha
beret quicquid vellet. quia non haberet beatitudi=
nem perpetue: quā tamē vult habere. Beatus aūt
est: qui habet quicquid vult: τ nihil male vult: sicut
dicit Augu. ī eodē. xiij. de trinitate nec potest dici:
q nec volens nec nolens. quia respectu summi bo=
ni quod est beatitudo: nullus potest esse nec volens
nec nolēs. ergo τc. ¶ Diceretur enim ad hoc argu
mentum Augustini: q aliquis potest absolute lo= — ad augu.
quendo esse beatus in vita mortali. Et quando mo
reretur. non oporteret: q amitteret beatitudiem sz
posset beatitudo anime in ipso continuari: sicut in
christo fuit continuata de facto nec fuit interrupta
per mortem. τ ideo nō valet: quod vltra deducitur
¶ Similiter posset dici q beatus nunc in vita mor
tali posset amittere beatitudinem in morte immo
etiam ante mortē. sicut Moyses vel Paulus: qui
quasi pro instanti fuerunt beati: τ postea vixerunt.
Quando dicis: aut igitur volens amittit beatitu=
dinem aut nolens. potest dici: q nec volens nec no=
lēs actu elicito. quando dicis: q respectu beatitudi
nis non est aliquis nec volens nec nolens. Dico q
non est verum loquendo de actu elicito. sed bene q̄=
libet vult naturaliter id est naturaliter inclinatur ī
beatitudinē. τ ista inclinatio naturalis non est actus
elicitus: sicut magis patebit in seqnenti q̄stione.
¶ Potest etiam dici: q ammitteret beatitudinem
volens ipsam amittere actu elicito volendo confor
miter voluntati diuine. nec oportet: q beatus actu
elicito velit suam beatitudinē perpetuari: nisi forte
sub conditione si placet voluntati diuine: quare τc.
Unde dico: q argumentum Augustini non conclu
dit necessario: quin aliquis possit esse beatus in vita
mortali. Nec concludit perpetuitatē beatitudinis
absolute. Hec de tertio articulo principali.

ad rōnes pricips.

¶ Ad primum principale argu
mentum dico: q bene concludit q creatura rōnalis
vel intellectualis immediate ex suis naturalibus pu
ris est capax dei τ beatificabilis: τ potest passiue at
tingere ad beatitudinem. Nec requirit aliquem ha
bitum vel formam aliquam in ratione receptiui. q
tunc habitus vel forma illa esset primo τ immedia
te beatificabilis. sicut superficies que est immedia=

sum receptiuum coloris: est primo ꝛ immediate colorata. sed non cõcludit argumentum. ꝙ actiue possit attingere ad beatitudinẽ. Nec hoc ꝯcludit rati- imaginis. ¶ Ad secundum dico: ꝙ non omnipotẽtie passiue naturali correspondet potẽtia actiua naturalis vel creata: nisi secundum ꝙ potentia naturalis in passiuo accipitur per cõparationẽ ad agẽs naturale. sed ꝓut potentia naturalis in passiuo accipitur in habitudine ad formam naturaliter perficientem: non oportet: ꝙ sibi correspondeat semper potẽtia actiua naturalis vl' creata. Nec ꝓpter hoc est frustra. quia est dare bene potentiam actiuã dei per quam reducitur talis potentia ad actum. sicut patet de anima rationali ĩ corpore. Sic dico de potentia naturali ꝛ de beatitudine in mente. ¶ Ad tertium dico: ꝙ sensus ex imperfectiõe sua limitatus ꝛ artatus est ad certum genus entis ꝛ ad opationem in quam potest agens naturale. Nec potest amplius eleuari. sic autem non est de intellectu: qui versatur circa totum genus entis. ꝛ ex perfectione sua maiori eleuari potest ad aliquem actum: in quẽ tota natura creata non potest: sicut nec in animam rationalem. ¶ Ad cõfirmationẽ de stellis: ꝙ natura dedisset eis organum ad motum: si possẽt moueri: Dico: ꝙ si moueri possent organice natura dedisset eis organa ad motum. Et similiter etiam dico: ꝙ nature beatificabili dedit natura vel actor nature potentias: secundum quas beatificabilis est passiue. Nec oportet ꝙ actiue ꝓpter causam dictã in solutione precedente. Immo dico: ꝙ hoc est impossibile: sicut superius est ostensum. ¶ Ad quartum dico breuiter: ꝙ natura non est beatificabilis passiue per aliquid additum nec per habitum nec per aliquid aliud: sed per se ipsam vel ex puris naturalibus potest attingere passiue ad beatitudinẽ ꝛ nullo modo actiue nec per se nec per habitum seu aliquid aliud: sed deus tantum efficit beatitudinẽ.

¶ Distinctionis. xlix.
Questio Sexta.

Sexto ꝛ vltimo quantum ad beatitudinem anime quero. Utrum quelibet creatura rationalis vel intellectualis sũme velit ꝛ appetit beatitudinem. ¶ Videtur ꝙ nõ quelibet talis creatura appetat beatitudinem. quia ignotum non potest appeti. sꝫ apud multas creaturas puta apud multos homines beatitudo est ignota puta apud omnes ĩfideles. Similiter etiaꝫ apud fideles de ipsa sunt opiniões. ergo ꝛc. Et confirmatur. quia dãnati non appetunt beatitudinem sciunt enim eam sibi esse possibilem.

¶ Secundo videtur: ꝙ non summe appetat beatitudinem. quia summe appetitum est propter quod omnia alia appetuntur. summe enim calidum est ꝑ quod omnia alia sunt calida. 2. Metha. sed creatura rationalis q̃libet non omnia appetit ꝓpter beatitudinem. sed aliqua que abducunt a beatitudine. sicut patet in peccatoribus: qui aduertuntur a beatitudine ergo. ꝛc. ¶ Tertio videtur: ꝙ nõ de necessitate appetatur beatitudo: quia creatura meretur appetendo beatitudinem: sicut etiam appetẽdo ea (2. metha.) que sunt ad finem: quorum volitio est bona ex volitione finis. sed hoc esset impossibile: si creatur a necessario appeteret beatitudinem. quia nullus meretur in eo quod vitare non potest. ergo ꝛc. Et confirmatur quia quod libere appetit. nõ appetit necessario nec naturaliter. sed voluntas creata libere appetit quia se tota libera est. ergo ꝛc.

¶ Contra Augustinus. xiij. de Trinitate. viij. dicit: ꝙ beati omnes eẽ volunt: vt veritas clamat. (August.) Et in eodem libro dicit ꝙ omnes hoc ardentissime appetunt. igitur creatura rationalis appetit beatitudinem ꝛ summe appetit. sed videtur: ꝙ naturaliter ꝛ necessario. quia ẜm philosophum. 2. phisicorum sic se habet finis ad volũtatem (2. phisic.) in agibilibus: sicut principium ad intellectũ in speculabilibus. sed intellectus naturaliter fert ĩ principium. igitur voluntas in finem: cuiusmodi ẽ beatitudo. Et Anselmus de concordia ꝓdestinationis ꝛ gratie cum libero arbitrio dicit: ꝙ voluntas (anselm⁹.) non potest non velle summum cõmodum: ꝛ ita necessario vult summum commodum. sed beatitudo est summum commodum. ergo ꝛc.

¶ In ista questione sic ꝓcedã

¶ Primo premittam aliqua necessaria ad ꝓsequendum questionem. ¶ Secundo ostendam quomodo voluntas creata vel creatura rationalis necessario ꝛ naturaliter ꝛ summe appetit beatitudinẽ: ꝛ quomodo non. ¶ Tertio quomodo appetit omnia ꝓpter beatitudinem: ꝛ quomodo non. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quãtum ad primum arti.

(btitudis acceptiones) distinguitur Primo de beatitudine. Secundo de appetitu vl' appetere. Beatitudo igitur vnomodo accipitur obiectiue pro obiecto ipso beatitudinis. Et istomodo deus dicitur beatitudo nostra. Secũdomodo accipitur formaliter. s. ꝓ formali perfectione beati: cuiusmodi est actus ipse beatificus formaliter perficiens beatum. ¶ Secundo distinguitur de beatitudine q̃a beatitudo siue formalis siue obiectiua potest accipi dupliciter: sicut ꝛ finis quo vel cuius. vnomodo in particulari in tali ente vel tali: sicut accipitur beatitudo obiectiua a fidelib⁹ ĩ essentia diuina ꝛ beatitudo formalis ĩ actu vel opatione intellect⁹ seu volũtatis supradicto. Aliomõ accipitur beatitudo vel finis in communi ꝛ in vniuersali non determinando ad hoc ens vel illud ad hanc naturam vel illam: sed stando in ratione sũmi boni vel finis in communi siue vt obiecti siue vt forme ꝛ actus perficiẽtis: eomodo quo beatitudo formalis dicitur bene viuere: ꝛ beatitudo obiectiua dicitur summum bonum nõ determinando in qua natura vel in quo ente consistat tale summum bonum.

¶ Tertio distinguitur de appetitu creature intellectualis vel de appetere: quod duplex est: vnũ naturale ꝛ aliud liberum. (appetit⁹ creature duplex.) Naturale appetere dicitur inclinatio naturalis potentie sic appetentis: quam quidẽ inclinationem habet ad aliquam sui perfectionem. Et istomodo etiam dicimus: ꝙ materia naturaliter appetit formam: ꝛ sensus naturaliter appetit sentire: ꝛ intellectus intelligere ꝛ volũtas velle tanq̃ propriam perfectionem ꝛ tale appetere nõ est aliquis actus elicitus potentie appetentis nec est aliquid distinctũ ab ipsa ex natura rei. sꝫ inq̃tũ dicit aliquid reale: non dicit nisi nudam potentiam q̃ est apta nata suscipere suam perfectionem: in quã inclinatur: ꝛ quam dicitur appetere. Qꝫ autem tale appetere non sit actus aliquis elicitus potẽtie: appetentis differens ab ipsa realiter: hoc patet multipliciter. Tum quia tale appetere conuenit materie respectu forme. Et planum est: ꝙ in materia nõ est actus elicitus Tum quia tale appetere cõpetit potentijs cognitiuis. tales autẽ potentie non habent appetere actu elicito: sed sole appetitiue ꝓut distĩguntur contra cognitiuas. Tum quia si esset aliq̃s actus elicitus: possem⁹ talem actum experiri in nobis. Et difficile esset: ꝙ lateret nos. Tum quia si esset aliquis elicitus in voluntate. sequeretur: ꝙ possent esse duo actus contrarij vel oppositi simul ĩ voluntate. quia voluntas pro q̃to libera potest inoppositum illius actus vel appetere naturalis. ergo ꝛc.

¶ Aliud dicitur appetere liberum. ꝛ istud proprie dicitur velle actus elicitus voluntatis soli volũtati conueniens tanq̃ actus eius liber. sicut intelligere soli intellectui conuenit vt actus eius elicitus ꝛ est semper distinctus a voluntate creata realiter ꝛ essẽtialiter: sicut patet. Primum appetere semper manet necessario natura ipsa vel potentia que appetit manente. secundum vero non: sed aliquando (Nota.) in est aliquando non: sicut patet. ¶ Circa hoc tamẽ est aduertendum: ꝙ nõ intelligitur. per predicta distingi voluntas in voluntatem vt natura ꝛ voluntatem vt libera quasi in aliqua distincta ex natura rei siue vt vires siue vt potentias: ẜm quarum vnã voluntas actu elicito feratur naturaliter ꝛ necessario in finem: sicut dicunt aliqui: ꝛ ẜm aliam feratur libere ꝛ contingenter in id quod est ad finẽ. Hoc enĩ fictum est ꝛ falsum: sicut probaui in primo. x. distinctione in prima questione. sed intelligi debet: ꝙ voluntas naturaliter appetens ꝛ libere appetens eo modo quo accipitur in ꝓposito: sit simpliciter ꝛ totaliter vna potentia simplex: q̃ naturaliter appetit suam perfectionem per seipsam totam: sicut ꝛ receptiua est eius ꝛ libere elicit actum suum: qui est velle ita ꝙ eodẽ totaliter in distincto ꝛ naturaliter appetit: ꝛ libere actum suũ elicit sicut intellect⁹ eodẽ totaliter indistincto ꝛ naturaliter appetit suum intelligere: ꝛ ipsum elicit supposito ꝙ sit actiuus idẽ est de recipere sicut de elicere: quia eadem materia appetit: et recipit. ꝛ sic de alijs suomodo. quare. ꝛc.

¶ Ex quo etiam patet esse minus benedictum: q̃d dicit vnus doctor subtilis: ꝙ licet eadem potentia voluntatis sit naturalis ꝛ libera: sicut eadem est potentia naturalis ꝛ non libera in alijs puta in intellectu vel in sensu: tamen aliquid intelligitur positiue addi voluntati: per hoc quod est libera super id quo est naturalis. Et hoc probat. quia tam intellectus q̃ volũtas ꝛ breuiter omnis natura habet naturalem appetitum ad suum actum. sed preter hoc voluntas habet actum suum liberum alium a velle naturali ꝛ hoc nõ nisi per esse liberum superadditũ esse naturali. ¶ Dico enim: ꝙ volũtas se tota in ratione potentie est potentia libera: (ꝙ voluntas ẽ potentia libera.) cui conuenit naturaliter appetere actum suum: ꝛ libere elicere ipm omnino per idem indistictum. Ita ꝙ imaginari nõ debet: ꝙ per aliquid in quo conueniat cum alijs potentijs: appetat naturaliter actum suum: ꝛ ꝑ aliq̃d superadditum: in quo differat ab alijs eliciat libere actum suum: sicut imaginatur illud argumentum adductum immediate supra. Non enim appetit velle per aliquid in quo conueniat cum alijs potentijs. quia tunc alie potentie naturaliter appeterent velle. sed appetit velle inq̃tum voluntas est: ꝛ se tota inq̃tum voluntas est: sicut et ipsum elicit: ꝛ sicut intellectus. vnde intellectus appetit intelligere. Est igitur eadem simplex potentia penitus re ꝛ ratione reali naturaliter appetens ꝛ libere eliciens Nec debet intelligi ꝙ aliquid addatur sibi per hoc ꝙ libere elicit sup id quo naturaliter appetit vt videtur. Hec de primo articulo principali.

¶ Quãtum ad secũdum arti.

(quõ creatura rõnalis necessario appetit btitudinem ꝛc.) dicitur primo absolute loquendo: ꝙ loquendo siue de appetitu vel appetere naturali siue de appetere: quod est actus voluntatis elicit⁹: ꝛ similiter de beatitudine siue obiectiua siue formali saltem in cõmuni accepta: omnis creatura ratiõalis vel intellectualis appetit beatitudinem ꝛ necessario sic ꝙ nõ potest non appetere ipsam etiam actu elicito: si sibi ꝑ intellectum presentetur sic in communi ꝛ absolute. Et ratio est. quia in ipsa beatitudine sic in communi ꝛ absolute accepta: nulla apparet ratio mali: quare possit non appeti. sed in ipsa reseruatur ratio boni perfecti nature appetenti siue modo perfectiõis intrĩsece ꝛ formalis: vt est beatitudo formalis siue modo perfectionis extrinsece: vt beatitudo obiectiua. ¶ Secundo dicitur ꝙ loquendo de beatitudĩe obiectiua vel de fine vltimo in particulari viso vel cognito non clare sicut in via: qui est deus similiter etiam de beatitudine formali que est actus vel operatio anime supradicta: ꝛ de appetere quod est act⁹ elicitus in particulari per fidem cognito etiam nõ quilibet appetit beatitudineꝫ necessario: sed potest non appetere eam vel non velle. Nã in eis vt sic cognitis potest apparere aliqua ratio mali: quare nõ appetatur. ¶ Tertio dicitur: ꝙ loquendo de beatitudine obiectiua seu fine vltimo qui est deus: viso in particulari ꝛ clare: sicut videtur ĩ prima: ꝛ loquẽdo de appetere quod est velle ꝛ actus elicitus volũtatis: ꝙ voluntas creata stante tali visione ꝛ perfecta cognitione appetit ꝛ vult finem vltimum necessario: ꝛ non potest ipsum non velle. Et de istis dictis cum motiuis eorum satis dixi in prima distinctione primi libri: ꝙ rationes eorum non cõcludũt sicut patet ibidem in vltima questione. Et ideo de hoc supersedeo gratia breuitatis.

¶ Et q̃tum ad presens dico

(quõ creatura rõalis appetit btitu. ẜm doct.) aliqua per ordinem. Primo dico ꝙ loquẽdo de appetere naturali ꝛ de beatitudine obiectiua vel formali siue in communi siue in particulari q̃libet creatura vel natura rationalis vel intellectualis appetit beatitudinẽ naturaliter necessario ꝛ summe. ꝛ ꝑ consequens semper q̃diu manet talis natura in eẽ. Et ad hoc nescio ponere meliorem rationeꝫ: nisi ꝙ vnumquodq̃ ꝑfectibile naturaliter appetit suã ꝑfectionem formalem intrinsecam: ꝛ etiam illud circa quod obiectiue versatur sua perfectio: ꝛ etiam illud cuius ratio in sua perfectione siue intrinseca siue extrinseca continetur. sicut patet de graui: quod naturaliter appetit̃ esse in centro: ꝛ centrum ipsum per consequens Nec intelligo: quando loquor hic de beatitudine in communi vel vniuersali accipiendo commune vel vniuersale ꝑ intentione secũ

da vel aliquo operato per actum rationis. sed pro
re subiecta: q̄ est bonum vel perfectio ipsa quācūqʒ
vnitatem habeant res subiecte sub tali intentione
¶ Secūdo dico: ꝙ eoipso ꝙ natura sic appetit na
turaliter beatitudineʒ: sequitur ꝙ necessario q̄diu
manet. quia hec est natura sua sic inclinari ad suam
perfectionē. ⁊ sicut nō potest carere natura sua: ita
nec tali appetitu. ⁊ ita semper sic appetit: alioquin
non necessario. ¶ Tertio patet ex hoc ꝙ summe ap
petit.. q2 ex quo determinatur Ad hoc naturaliter
in summo determinatur. ita ꝙ ex toto visu ⁊ cona
tu appetit beatitudinē nec est in potestate plus vel
minus appetere sicut nec appetere tale nec natura,
sed hoc est sibi inditum ab instituente naturam.
¶ Quarto tamen dicit vnus doctor: ꝙ magis di
cendum est naturam appetere beatitudinem in par
ticulari q̄ in vniuersali. Nam appetit beatitudinē
vt suam perfectionem. sua autem perfectio magis
consistit in ꝑticulari bono q̄ in vniuersali. Vniuer
sale enim nō perficit sed particulare. Potest tamē
dici: ꝙ equali appetitu ⁊ eodem appetit vniuersale
bonum ⁊ particulare: non ꝓut vniuersale vel com
mune distinguitur a particulari quasi seorsum acce
ptum sed ꝓut includitur ⁊ continetur in particula
ri. Et hoc modo intelligendum est illud: quod supi
us dicebatur. ¶ Et de tali appetere naturali dico
ꝙ possunt multe auctoritates intelligi: que vidētur
sonare: ꝙ creatura rationalis vel intellectualis ne
cessario appetit beatitudinem. ⁊ refugit miseriam:
sic ꝙ beatitudinem non potest non appetere vel nō
velle large accipiendo velle nec miseriā ipsam pōt
August. velle vel non nolle: sicut ponit Augustinus in En
cheridion ⁊ in. xiij. de Trinitate ƀm illas auctorita
tes allegatas ad oppositam partem in principio q̄
stionis: in quibus dicitur: ꝙ omnes ardētissime vo
lunt: vel apetunt esse beati. Et sicut etiam Boeti9
Boeti9. dicit tertio de consolatione ⁊ Anselmus de cōcor
dia predestinatorum sicut superius est allegatum.
Sic dictum sit de appetitu naturali. ¶ De actu eli
De actu elicito. cito qui dicitur velle: et est actus liber: dico aliqua
dicta. Primo: ꝙ non experior quin voluntas crea
ta possit non velle beatitudinem siue in particulari
siue in vniuersali ab intellectu presentatam pro sta
tu vie. sicut ⁊ de fine siue quo siue cuius potest dici.
ita ⁊ de beatitudine siue formali siue obiectiua. sed
magis mihi videor experiri: ꝙ beatitudinē quōcūqʒ
acceptam siue formalem siue obiectiuam siue in vni
uersali siue in particulari presentatā per intellectū
voluntas creata possit nō velle nō eliciendo aliquē
actum volendi circa ipsam vel cessando etiam a ta
li actu: si habuit ipsum prius. ¶ Igitur de beatitu
dine in particulari ostensa conuenio cum alijs q2 ⁊
alij hoc ponunt. De beatitudine etiā vel fine in cō
muni videtur hoc ꝓbabiliter posse dici. Tum quia
in ea vt per fidem cognita etiam vel ꝑ naturam seu
ex naturalibus non apparet magis ratio boni q̄ in
beatitudine in ꝑticulari cognita per fidem. In ipa
enim nulla apparet ratio mali. sicut nec in beatitu
dine in vniuersali. ⁊tamen voluntas potest eam nō
velle in particulari ⁊ in via. ergo etiam in vniuersa
li. Secundo quia nihil est perfectionis in vniuersa
li: quod non sit in particulari ⁊ amplius. ⁊ per con
sequens si beatitudo in particulari potest non ap
peti ⁊ in vniuersali. Tertio quia secundū appetitū
naturalem non minus appetitur, beatitudo in par
ticulari q̄ in vniuersali: ⁊ tamē appetitu libero po
test beatitudo in particulari non appeti. ergo ⁊ in
vniuersali. Alique istarum rationum sunt ad homi
nem contra ponentes: ꝙ potest non appeti in parti
culari non in vniuersali. Sed ratio videtur ad hoc
ꝑcipua libertas ingenita volūtatis. q̄ potest nō eli
cere actum suum circa quodcunqʒ obiectum suum:
et est libera libertate cotradictionis saltem ꝓ statu
vie peccabili: vt videretur. ⁊ etiam pro statu prime
si esset elicitiua vel effectiua act9 quem habet in pa
tria quod tamen non est verum: sicut patuit in q̄stio
ne precedenti. Nec videtur mihi demonstrabile op
positum: immo magis hoc videtur esse verum: licet
non sit vsqʒquaqʒ certū. ¶ Secundo dico: ꝙ nō ob
stat dictum Augu. 3. de libero arbitrio dicentis: ꝙ
de necessitate nolumus miseriam: nec possumus eā August.
velle. igiᵱ pari ratione de necessitate volumus bea
titudinem: ⁊ non possumus eam nolle vel non velle
Dico enim: ꝙ dictū Augustiui verum est ⁊ de nol
le miseriam ⁊ a simili de velle beatitudinem pro tā
to q2 loquendo de actu libero vniformiter se haben
te ad necessitatem appetitus naturalis: planum est
ꝙ quilibet habet nolle respectu miserie: nec potest
eam velle. et habet velle respectu beatitudinis:
⁊ non potest eam nolle. vnde vt in pluribus ita est:
quādo eis miseria vel beatitudo per intellectū ꝑsē
tatur: immo forte bene ponitur ibi forte. quia sic vi
deretur alicui respectu boni potest eē nolle: ⁊ respe
ctu mali potest esse velle. nec apparet demonstratio
quare nō. nec vllomodo absolute potest haberi vel
le respectu miserie: nec nolle respectu beatitudis.
quia velle nō est per se visi respectu boni. ⁊ nolle ni
si respectu mali. Sed nō intelligit Augustinus q̄n
voluntas possit absolute loquendo vtendo liberta
te sua ⁊ experiendo eam non velle miseriam vel nō
velle beatitudinem cessando ab oī actu elicito cir
ca ista. ¶ Potest igitur dici ꝓbabiliter: licet non
sit efficaciter ꝓbatum: ꝙ voluntas non naturaliter
nec necessario nec summe nec semper appetit beati
tudinem vel vult beatitudinem quācūqʒ ⁊ quōcūqʒ
per intellectum presentatam loquendo de appete
re libero vel de velle cuius est causa effectiua. Iʒ po
test eam absolute loquendo non velle vel magis vel
minus intense velle: sicut placet sibi. Nam in cuius
potestate est actus ⁊ motus etiam actus: vt videᵱ.
Hec de secundo articulo principali.

¶ Quātum ad tertium arti.

quō creatura rōalis appetit oīa ꝑpter beatitudinē: ⁊ quō nō ⁊c.

dico ꝑmo de appettere naturali: ꝙ eomodo quo na
tura creata appetit naturaliter beatitudinem siue
vt finem quo siue vt finē cui9: eomodo appetit oīa
per se ordinabilia in talem finem propter ipsum. fi
nem. Eomodo enim quo in re sunt appetibilia: eo
modo ⁊ ordine ab appetitu naturali appetūtur: vt
videtur. ¶ Sed loquendo de appetere libero non
oportet. ꝙ omnia appetat voluntas propter beati
tudinem actu elicito. Tuʒ quia voluntas potest ali
quid appetere: quod non ordinatur ad beatitudinē
immo aduertit a beatitudine. Tum quia potest sta
tuere fineʒ suum in aliquo alio a beatitudine fruen
do vtendis. Tū quia potest aliquid appeti actu eli
cito non cogitando de beatitudine: ⁊ ita nō ꝓpter
beatitudinem. Tum quia etiam intellectu ⁊ ratio
ne dictante aliquid appetendum ꝓpter beatitudi
nem voluntas potest contrarium velle sicut ostensū
est in secundo. et ita non oportet: ꝙ omnia que ap
petit: appetat propter beatitudinem referendo in
beatitudinem. verum est tamen: ꝙ loquendo de ap
petere libero non absolute. sed inquantum est re
ctum. Dico ꝙ omnia alia appetitu recto appetit
propter beatitudinem vel formalem vel saltem ob
iectiuam: secundum ꝙ quelibet habet rationem fi
nis suo modo.
¶ Quod autem dicit Augustinus decimotertio
de trinitate: ꝙ quicquid aliud a beatitudine appe
titur: vel latenter vult aliquis: non recedit ab ap
petitu beatitudinis. Dico ꝙ verum est loquendo
de appetitu naturali vel de appetitu libero recto
sibi conformi. quare ⁊c. Hec de tertio articulo prin
cipali.

Ad arg. principalia.

¶ Ad primum principale ar

gumentum dico: ꝙ ignotum penitus potest appeti
appetitu naturali: sicut materia suo modo appetit
formam. Et sic beatitudo dato ꝙ esset totaliter
ignota posset tamen naturaliter appeti talis enim
appetitus precedit quamlibet actualem noticiam
in appetente. Similiter etiam de appetitu vel vel
le elicito loquendo dico: ꝙ potest aliquid quod nō
est certitudinaliter cognitum sed tantum opina
tum appeti. Secundo dico: ꝙ apud fideles aliquo
modo quantum sufficit ad salutem notum est per
fidem in quo consistat beatitudo obiectiue: et ita
potest appeti: et in quo consistat beatitudo forma
lis: licet non sit determinate et ita etiam potest ap
peti suo modo.
¶ Ad secundum dico: ꝙ beatitudo appetitu natu
rali summe appetitur quelibet ƀm modum suum.
quia beatitudo que est deus summe loquendo sim
pliciter: sed beatitudo formalis in genere perfe
ctionum formalium. Et dico etiam: ꝙ sic suo mo
do omnia alia propter beatitudinem naturaliter
appetuntur: sed non oportet ꝙ sic appetitu libero
absolute loquendo: nisi loquendo de appetitu re
cto. licet enim beatitudo sit primum et summum
appetibile quantum est ex se: ex libertate tamen po
tentie potest non appeti aliquid propter beatitu
dinem: et potest voluntas sibi statuere finem ali
um vel non ordinare in beatitudinem: sicut sibi
placet.
¶ Ad tertium dico breuiter: ꝙ in actu necessario
nichil meremur. Appetimus autem necessario bea
titudinem loquendo de appetitu naturali: et ideo
appetitu illo nichil meremur. sed appetere libero
quod est in potestate nostra: meremur et illo appe
timus vel appetere possumus beatitudinem: et sic
mereri. Ad confirmationem dico ꝙ volūtas quic
quid actu elicito appetit: libere appetit: si tamen sit
primum effectiuum talis actus. Et de tali actu di
ctum est supra: ꝙ voluntas non necessario appetit
beatitudinem. sed non oportet ꝙ appetat libere il
lud: quod naturaliter appetit: prout libertas oppo
nitur necessitati. beatitudinem vero appetit natu
raliter. quare ⁊c.

¶ Eiusdē distinctionis. xlix.
De beatitudine corporis.
Questio Prima.

Quātum ad beati

tudinē corporis q̄ nō est ꝓpe
et simpliciter dicēda beatitu
do: sed tātū ƀm quid ⁊ impro
prie. Quero ꝑmo: vtrū corpo
ra beatorꝝ erunt impassibilia.
¶ Videtur ꝙ non. Illud qđ
ƀm se est passibile ⁊ mortale:
non potest fieri per quodcūqʒ aliud impassibile et
īmortale nec pōt ab alio perpetuari. sicut aristote
les dicit ꝯtra platonē primo de celo: ⁊ cōmentator Phūs.
ibidē: ⁊ similiter. xij. methaphisice: vbi ab hac regu
la excipit motum tantum: qui licet sit ex se possibi
lis non esse: tn̄ potest perpetuari ab alio sicut ibidē
dicit. sed impossibile est hoc de aliquo permanenti
scđm eum. sed corpus humanum ƀm se ⁊ ex natura
sua est passibile ⁊ mortale. quia compositum ex con
trarijs ⁊ quattuor elementis. Et similiter palpabi
le est: licet gloriosum. Omne autem palpabile cor
ruptibile est ƀm Gregorium. ergo ⁊c. ¶ Scđo sic Grego.
corruptibile ⁊ incorrubtibile passibile ⁊ impassibi
le differunt plusq̄ genere. x. metha. sed corpus bea
tum ⁊ non beatum sunt eiusdem rationis ⁊ eiusdē
speciei: nec differunt genere vel specie: immo nec
numero. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic si corp9 beati sit im
passibile: sequitur ꝙ beatus nō poterit aliquid sen
tire. q2 sentire est quoddam pati. sed hoc est falsuʒ.
ergo ⁊c. ¶ Quarto sic violētum nō potest esse per
petuum. primo de celo. sed elementa in corpore hu I. celi.
mano existente sursum puta in celo violenter deti
nentur. quia vnumquodqʒ eorum naturaliter tēdit
ad locum proprium: ⁊ sic ad diuersa loca. ⁊ per con
sequens corpus est dissolubile ⁊ corruptibile: ⁊ per
consequens passibile. ergo ⁊c.
¶ Cōtra prime ad chorintios. xv. oportet I. ad cho. 15.
corruptibile hoc induere incorru
ptionē ⁊ mortale hoc īmortalem: ⁊ per ꝯn̄s impas
sibilitatem. passibilitas em̄ non stat cum īmortali.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo ponā qđ est certū de cōclusiōe q̄stiōis. s.
ꝙ corpa bonorꝝ erūt impassibilia. ¶ Scđo ponam
aliquas opiniones vel modos dicēdi: per quē mo
dum hoc erit: ⁊ arguā ꝯtra eas. ¶ Tertio dicā illđ
qđ mihi videᵱ magis dicēdū. ¶ Vltimo ad rōnes.

¶ Quātum igitur ad primū

Impassibilitas duplex.

articulum đr: ꝙ impassibile sicut immortale đr duo
bus modis. ¶ Vno modo đr impassibile potēs nō
pati: sicut īmortale potēs nō mori. ⁊ isto mō dicim9
ꝙ primus homo in statu innocentie fuit īmortalis
potens scilicet non mori. si enim deo obediuisset: et
non peccasset: potuisset nunq̄ mori: immo nūq̄ de
facto mortuus fuisset: sed viuens ad diuinam visio
nem aliqn̄ raptus vel assumptus fuisset vnde ⁊ pro
illo statu immortalis erat aliquo modo. q2 poterat
nō mori. ¶ Alio modo đr impassibile nō potēs pa
ti. Aliud est em̄ nō posse pati. Aliud posse nō pati.
sicut etiā īmortale đr nō potēs mori. ⁊ isto mō non
cōcediᵱ: ꝙ homo in statu īnocētie fuerit īmortalis.
potuit em̄ peccare absolute loquēdo: sicu patuit de
facto. ¶ Secunda distinctio potest poni de passio
ne: que est corruptiua vel abiectiua: ⁊ de passiōe im
proprie: q̄ est salus ⁊ ꝑfectio: vt đr scđo de anima,

Quõ corpora bonoꝝ erūt ĩpassibilia.

¶ Ad propositum dico: qđ ab omnibus cõcedit̃: ꝙ corpora beatorũ vel beati ipsi scđm corpora erūt impassibilia: non solum primo modo sicut homo in statu innocentie: sed etiã secũdo modo ita ꝙ nõ poterũt pati loquẽdo de passione abiectiua contrarij vel dispositionis sibi cõuenientis. ⁊ per ꝯñs nõ poterunt ad corruptionẽ disponi: nec corrumpi. et sic erunt immortales vel incorruptibiles. ¶ Ad hoc autem probãdum adducũtur alique cõgruitates: q̃ propositum nõ demõstrant: sed colorãt. ¶ Prima est. qꝛ pro aliquo statu saltem ꝓ statu perfectissimo hominis cuiusmodi est status beatitudinis ꝯgruit: vt corpus beati sic ꝓportionetur ⁊ conformet̃ aĩe: ꝙ sicut anima cõtristari nõ potest sic nec corp⁹ ledi vel contristari possit. Anima em̃ nata est cõpati ⁊ cõtristari corpori leso vel etiã cõtristato. ⁊ p ꝯñs ꝙ corpus sit impassibile passione abiectiua vel etiã corruptiua. ¶ Scđa cõgruentia est qꝛ pro aliquo statu puta perfectissimo hominis statu anima vult et appetit habere corpus tante durationis quante est ipsa. qꝛ appetit ⁊ vult etiã forte actu elicito nũq̃ a corpore separari. ⁊ per cõsequens congruit ꝙ corpus sit impassibile ⁊ etiã immortale. ¶ Tertia cõgruentia est. quia corpus per modum organi seu etiam instrumenti fuit ⁊ est aliquo modo particeps meriti in via: licet scđm quid ⁊ minus proprie. Et ita congruum est ꝙ sit aliquo modo particeps premij puta beate vite ⁊ ĩmortalis. ¶ Quarta congruentia. quia sicut corpus humanum in hoc excedit corpora aliorum aĩalium ꝙ vnitur rõni perpetue ⁊ immortali: ⁊ ita magis eam e ꝓpinquo participat quoquomodo: ita etiã in hoc debet excedere vt sit vel debeat esse immortale ⁊ impassibile: vt videtur. ¶ Ad hoc sunt multe auctoritates scripture: quaꝝ vna est adducta supra ab apostolo ⁊ sanctorum precipue Augustini qui probat. xiij. de trinitate: sicut superius dictum est: ꝙ beata vita est ĩmortalis vel potius beatus ipse. licet ratio sua non demõstret: sicut superius ostẽsum est.

August.

Quõ corpora bonoꝝ non erunt impassibi.

¶ Scđo dr̃ q̃tum ad presentẽ articulũ: ꝙ corpora beatorum nõ erũt impassibilia loquẽdo de passione scđo mõ dicta: que est salus ⁊ perfectio: cuiusmodi est sensatio vt visio vel auditio ⁊ huiusmodi. Tum quia nec aĩa ipsa erit impassibilis: loquẽdo de tali passione in gñe suo puta intellectiõe volitione delectatione et hmõi: eo modo quo dicit phũs: ꝙ intelligere est pati. Scđo quia cũ illa sit status perfectionis: ⁊ talis passio sit salus ⁊ perfectio: nõ debet corpus esse impassibile tali passione. Tertio quia decens est: vt corpus sm̃ quid beatificetur in aliquib⁹ opationibus organicis et sensitiuus. Et hoc nõ põt esse nisi scđm tales opationes aliquo modo patiatur. quare ⁊c. ¶ Ad hoc etiam possent adduci multe auctoritates: sed non est vis. et dimitto gratia breuitatis. Hec de primo articulo principali.

De mõ ĩpassibilitatis bonorum. 1. opinio.

¶ Quantum ad secundũ articulũ de mõ sc3 ⁊ causa talis impassibilitatis vel incorruptiõis sunt multe opiones. Aliq̃ em̃ assignãt causam ei⁹ ꝓuatiuã vel negatiuã tantũ. Alij causã positiuã. Alij vtrãq̃. Est igit̃ vna opinio: ꝙ corpa bonoꝝ erũt impassibilia ꝓpter cessationẽ mot⁹ celi: sicut etiã supra dicebãt: ꝙ corpa dãnatoꝝ erunt incorruptibilia propter cessationem motus celi. qꝛ motus celi est essentialiter primus motus ⁊ ab alio quocũq̃ presuppositus. ¶ Sed de hoc satis dictũ est supra in quadam alia questiõe: ꝙ ista opinio est simpliciter falsa. Et similiter etiam pari rõne possent ⁊ deberent dicere ꝙ corpora damnatorũ erunt impassibilia passione naturali vel reali. quod est falsum. Nec istud potest dici similiter de quibuscunq̃ alijs corporibus.

2. opinio

¶ Alia opinio est: ꝙ corpa bonoꝝ erunt impassibilia non per aliquid positiuum eis collatum: sed per solam substractionem diuine influentie generalis. qꝛ de⁹ nõ coaget secundis agẽtibus ad hoc vt corpora bonoꝝ possint pati ab eis: sicut suo modo subtraxit suam influentiã ab igne in camino babylonis: ne pueri ab igne paterentur non cooperando vel coagendo ipsi igni. Hoc autem deus ordinauit perpetuo facere in corporibus pro statu beatorum. Nec est miraculum perpetuũ: sicut dicunt. qꝛ sicut nõ est miraculũ: ꝙ influat secũdis agentibus coagẽdo eis pro statu corruptionis vel mortalitatis: ita nõ est miraculum: ꝙ nõ influat predictis agentibus ad corruptionem vel passionẽ corporũ beatorum pro statu beatitudinis. ¶ Similiter etiã dicũt: ꝙ hoc nõ obstante impassibilitas potest dici dos corporũ beatorũ: nõ autem corporum damnatorum vel immortalitas: q̃ magis cõuenit corporib⁹ dãnatorũ qꝛ licet nõ dicat aliquid positiuum in corpore beati: sicut nec oportet ꝙ dos dicat aliquid positiuũ in existens vel inherens dotato dicit tñ preseruationem beati a passione vel corruptione: in qua habet ius beatus ex vi meriti sui vel per modum meriti. quia hoc meruit ⁊ ad suum bonum vel perfectionem. nõ sic est autẽ de damnatis: sed magis hoc exigit sua iusticia: vt perpetuo puniantur. Nec etiam de elemẽtis: licet ista nunq̃ corrũpãtur. ⁊ hoc per substractionem diuine influentie non cooperando eis: vt adinuicem patiantur ⁊ agant: ⁊ mutuo se corrũpant. sic igitur beati erunt impassibiles: sicut dicũt per substractionem diuine influentie: non per aliquid positiuum eis collatum.

Ↄ. 2. opi.

¶ Sed contra istam opinionẽ videt̃ posse argui: l3 sit subtilior ⁊ probabilior omnibus alijs quas non intendo tenere. Primo sic. Nam alio mõ sm̃ Augustinũ ⁊ sanctos erit beatus ĩmortalis: q̃ fuerit adam in statu innocentie. Nam nõ solum beatus poterit non mori: sed etiam non poterit mori vel pati passione corruptiua vel abiectiua disconuenienti. sed hoc non videtur nisi per aliquid positiuum collatũ corpori beato plusq̃ corpori ꝓ statu innocẽtie. Et nõ videtur sufficere substractio diuine influentie qꝛ illa cõmunis est vtriq̃ statui. ꝗ ⁊c. ¶ Scđo sic. alie dotes dicũt in corpore beato aliquas formas positiuas: vt videtur. Similiter etiã dotes aĩe. ergo similiter dos impassibilitatis. ¶ Tertio sic. corp⁹ qđ est in potentia passiua propinqua transmutabile substantialiter vel corruptibile: non est impassibile. sed si nulla forma positiua cõfertur corpori plusq̃ in via ita q̃tum est ex se: est in potentia propinqua et disposita vel saltem non repugnante ad corruptionem sicut prius: ⁊ ita potentia sue materie est annexa priuationi alterius forme: etiam vt est principium transmutationis et ab agente naturali: sicut prius igitur est ita corruptibile et passibile et corruptibile in se sicut prius, et non est impassibile: licet aliquãdo nõ patiatur ꝓpter substractionẽ diuine influentie. ¶ Quarto sic. qꝛ hoc videtur de mente Augustini ad dyoscorum: qui vocat impassibilitatẽ vel incorruptionẽ plenitudinẽ sanitatis seu vigorẽ: sed hoc dicit aliqđ positiuum. ꝗ ⁊c.

3. opinio

¶ Tertia opinio est: ꝙ hoc erit per amotionẽ qualitatum cõtrariarũ a corporibus gloriosis. amouebũtur em̃ qualitates cõtrarie vel saltem vt cõtrarie a corporibus ipsis: ⁊ ita cessabit actio ⁊ passio mutua ipsorum: ⁊ per consequens non poterunt corrumpi.

Ↄ. 3. opi.

¶ Sed ista opinio nõ est vera sc3 ꝙ a corporibus beatoꝝ aufferãtur qualitates contrarie. primo quia talia corpora nõ essẽt phisica et per ꝯñs nõ essent informabilia naturalit̃ ab aĩa. ¶ Scđo quia dato per istam viã: ꝙ nõ corrumperentur vel paterentur ab intrinseco: possent tñ corrumpi vel pati aliquo mõ ab extrinseco: vt videtur ¶ Si dicatur ad primum: ꝙ qualitates nõ amouebuntur totaliter q̃tum ad suam essentiã: sed q̃tum ad cõtrarietatem. quia mouebunt qualitates: s3 nõ contrarietates: sicut dicũt aliqui. qꝛ qualitates quecũq̃ non sunt contrarie: sed qualitates opposite in eodem susceptiuo succedentes. mõ ille qualitates nõ erunt in eadem parte susceptiui. vel si dicatur: ꝙ manebunt qualitates: sed reducent̃ ad mediũ: sic ꝙ nõ agẽt mutuo nec patiẽtur ista nihil valet. ¶ Primũ nõ qꝛ manentibus qualitatib⁹ actiuis ⁊ passiuis impossibile est nõ manere cõtrarietates ipsaꝝ. qꝛ ex naturis suis specificis habẽt cõtrarietatẽ siue in diuersis subiectis siue in vno. ⁊ nihil facit ad hoc subiectũ: vt p3. siue em̃ calor succedat frigori in eodem subiecto siue nõ: semper ꝯtrariatur frigori sm̃ speciem ⁊ indiuiduum. Alioquin em̃ nichil esset alteri cõtrarium nisi circa idẽ subiectum: ⁊ nichil posset agere nisi in seipsum: qđ est falsum. impossibile est ergo tolli oppositionẽ contrariam seu cõtrarietatem manẽtibus formis vel naturis qualitatum actiuarũ ⁊ passiuarum vt videtur. sicut manentib⁹ naturis duarũ relationum vt puta paternitatis ⁊ filiationis nõ potest tolli oppositio relatiua ipsarum. Similiter etiã per illud nõ excludit̃ corruptio vel passibilitas corpis ab extrinseco. ¶ Secũdum dictum nihil valet. Nõ em̃ est intelligendum: ꝙ sic redigãtur qualitates ad meritũ in corpore humano sicut in auro vel argẽto: vt nõ plus agant vel patiãtur q̃tum ex se mutuo q̃ in auro vel argento. Tunc em̃ totũ eẽt ibi cõfusum: nec esset tale corp⁹ sic mixtum aĩe cõueniẽter proportionatum. secũdo qꝛ hoc nõ excludit corruptibilitatẽ vel passibilitatem ab extrinseco: vt patet. quare ⁊c. Nõ ergo valet dicere: ꝙ virtute diuina amouebũtur qualitates actiue ⁊ passiue siue q̃tum ad essentias siue q̃tum ad contrarietates: siue ꝙ sic reducuntur ad mediũ: ꝙ non fuit mutuo actiue ⁊ passiue.

4. opio.

¶ Quarta opinio est: ꝙ virtute diuina amouebitur a materia corpis beati vel a corpore ipso priuatio: quã habet respectu cuiuscũq̃ alteri⁹ forme susceptibilis in ipo ⁊ p ꝯñs nõ poterit pati passione inductiua alicui⁹ alterius forme vel etiã abiectiua forme precedentis.

Ↄ 4. opi.

¶ Sed istud nihil est etiam. qꝛ priuatio tolli nõ potest a susceptiuo manẽte: nisi inducatur forma opposita illi priuationi: Alioq̃n em̃ possent verificari ꝯtradictoria de eodem sed planũ est: ꝙ deus in corporib⁹ beatis nõ inducit formas oppositas illis priuationibus: sicut pat3 etiam sm̃ eos. Nec inducit formã aliquã: in qua eminẽter cõtineãtur. Et dato ꝙ illam induceret: si esset aliqua talis: adhuc nõ tollerẽtur singule priuationes opposite singulis formis. Non em̃ tollitur priuatio: nisi per formã sibi precise ⁊ adequate oppositã: cui⁹ subiectum priuationis est receptiuum. ¶ Scđo qꝛ quero per quã actionẽ tollitur de nouo talis priuatio: q̃ inerat. Aut em̃ talis actio habet terminũ positiuum a quo vel ad quẽ vel vtrũq̃. qꝛ a negatione ad negationẽ nõ est mutatio. v. phisicoꝝ. si terminũ positiuũ ad quẽ vel vtrũq̃: tunc in corpore beato sit aliquid positiuũ: ꝑ qđ est impassibile: quod est contra eos. Nõ potest dici ꝙ habeat tantum positiuũ a quo. qꝛ terminus eius a quo est priuatio: q̃ auffertur. ⁊ sic vel nullũ terminũ positiuũ h3: ⁊ sic nulla est. vel si h3 terminũ positiuum hoc est contra eos.

5. phisic.

De causis positiuis. 1. op.

¶ Alie sunt opiniones assignãtes causas positiuas: quarũ prima est: ꝙ nihil patitur vel debilitatur loquẽdo de passione proprie dicta: nisi q̃tum diuinum ꝓprie forme patientis sup suam materiã minuitur. qꝛ materia nõ potest subici alteri cõtrarioꝝ peragens trahens ipsam ad limites suos: nisi tollatur ab ea diuinum alterius cõtrarij: vel saltẽ diminuatur. s3 corpus humanum est quicquid erit in eo pro statu beatitudinis erit perfecte subiectum diuinum anime rationalis: sicut et ipsa perfecte erit subiecta deo. ⁊ sic anima perfecte dñabitur corpori. ⁊ per ꝯñs corpus non poterit debilitari vel pati ab aliquo inducente formam incõpossibilem vel cõtrariã anime vel etiam cuicunq̃ forme existenti in corpore glorioso nec in corpe tali poterit esse aliqua mutatio contra dispositionem illam: sub qua perficitur ab anima perfecte dominante sibi. hec est igitur causa positiua impassibilitatis scilicet perfectum diuinum anime super corpus ⁊ super quicquid est in ipso.

Ↄ hãc. 1. opi.

¶ Contra istam positionẽ que nõ est intelligibilis: vt videtur: arguo sic primo. nulla virtute creata nec aliquo diuino vel ĩperio volũtatis create vel creature ẽ possibile: ꝙ actiuo naturali sufficiẽti ⁊ passiuo disposito nõ impeditis: sed debito mõ ad actionẽ approximatis non sequatur actio. Hoc em̃ est solius diuine ptãtis sicut patuit de igne fornacis babylonis respectu trium puerorũ ⁊ de consimilibus. sed actiua ⁊ passiua puta qualitates actiue sufficiẽter ⁊ naturaliter ⁊ passiue sunt sufficienter approximate in corpore glorioso: vel possunt esse. igitur nullo diuino creato stãte tali approximatione potest impediri: quin sequatur vel possit sequi actio vel passio. ⁊ sic nihil valet illud diuinum anime super corpus. ¶ Secũdo sic quero quid intelligis per illud diuinum. Aut em̃ intelligis prestantiam naturalem anime ad corpus. Aut intelligis aliquem actum liberum elicitum vt imperium: quo regit ⁊ continet corpus. Aut intelligis potentiam ipsam voluntatis: qua vult corp⁹ sic manere ⁊ contineri. non potest intelligere primo mõ: qꝛ fortiori rõne viator eẽt impassibilis q̃ beatus. qꝛ nõ min⁹ est prestantior naturaliter ⁊ melior vel nobilior ipsa aĩa corpore nõ glorioso q̃ glorioso. Nec sm̃ potest intelligere. Tũ qꝛ aĩa per suum imperium in hoc potestatẽ nõ habet: sicut deductũ est in prima ratione: ꝙ cesset actio vel passio acti-

uorum ⁊ passiuorũ approximatorum. Tum q2 hoc posito adhuc sequeretur ꝙ corpus esset passibile et corruptibile: ⁊ ꝙ posset pati ⁊ corrumpi permittente aĩa ⁊ nõ impediẽte hoc per suum actum imperãdi. Tum q2 etiam. Actus volendi vel imperãdi est immanẽs nõ transiens nec factiuus seu actiuus vel impeditiuus alicuius extrinseci: nisi aliquid plus apponatur: vel addatur. Similiter nec potes dicere tertio modo. q2 voluntas ipsa in ratione potẽtie inde nihil faceret ad hoc nisi mediante actu. Alioquin ita bene faceret hoc in via sicut ĩ patria: ⁊ semper ꝙdiu esset cõiuncta faceret hoc. ergo cum mediante actu illo impꝫ dñatum nõ possit hoc. sequiꝛ ꝙ diuinũ illud ad propositum nihil valet. ¶ Tertio sic arguo. Anima nõ est incompossibilis: nec repugnat talibus qualitatib9 actiuis ⁊ passiuis. quia vel eas presupponit in corpore vel eas coexigit: sicut ⁊ corpus dispositum ⁊ pari ratiõe nõ est aĩa repugnãs nec incõpossibilis effectib9 vniuocis istarum qualitatũ saltem in aliquo gradu: ⁊ per ꝯñs ꝑ aĩam nõ tollitur actio vel passio taliũ qualitatum. Si dicas: ꝙ repugnat effectib9 talium qualitatum nõ naturaliter sed per imperiũ. q2 imperat qualitatibus: ne corpus agat vel patiatur ẽm eas vel corpori ipsi imperat hoc. istud nihil valet: sicut ostensum est supra. ¶ Quarto de illo diuino forme patientis super propriam materiã non intelligo. Est eñ quoddã dictum parabolicũ: ⁊ melius esset dicere talia in predicatione ꝙ in determinatõe. Et preterea ad propositum semper tolli põt diuinũ forme passiue sup materiã ipsam: qñ adest forma actiua prestantior: que põt talẽ formã expellere. sic aũt est in proposito. Nec põt hoc ab anima impediri: sicut dictum est supra. ideo nõ videtur valere iste mod9.

2. opinio ¶ Secunda opinio est: que ponit impedimentum positiuũ: per hoc ꝙ anima pro statu resurrectionis beatorũ cõplet totã capacitatẽ materie sue: ita ꝙ materia vlteri9 nõ est imposita ad aliquã aliã formã. ⁊ sic totũ cõpositũ est incorruptibile ⁊ impassibile ꝯsequẽter. Et est hoc multo cõueniẽti9 ⁊ ponere ꝙ de celo: de quo tñ hoc ponit sꝫ ꝙ forma sua cõplet totũ appetitũ materie: ⁊ ideo est incorruptibile. aĩa eñ rõnalis est multo perfectior ⁊ nobilior ꝙ forma celi. Et iõ saltem pro aliquo statu terminat totã capacitatẽ materie: ⁊ sic homo est incorruptilis.

ꝯ. 2. opi. ¶ Cõtra hoc pmo sic. impossibile est: ꝙ aliqua forma satiet appetitum materie: q̃ ẽm se est in potẽtia ad plures formas q2 ĩpossibile est ꝙ tollat ꝑuationẽ alteri9 forme ab alia materia: sicut ostẽsum est supra. sed materia corpis humani est in potẽtia ad plures formas. pꝫ: cũ sit vniuoca cum materia aliorũ corruptibiliũ ꝫ ⁊c̃. ¶ Secũdo sic. si aĩa ex sua ꝑfectiõe nãli: habet hoc ꝙ saciet totũ appetitũ materie sue: seq̃tur ꝙ hõ sit naturaliter ĩmortalis ⁊ pro quocũꝗ statu suo nõ minus ꝙ celũ: de quo ponũt exẽplum. ¶ Tertio cõtra exemplũ. q2 est falsum sicut dictum est pluries supra.

3. opinio ¶ Tertia opĩo est min9 ꝓbabilis: ꝙ ad ꝯstitutionẽ corpis humani cõcurrit natura celestis ad conciliandum elementa in quandam armoniam: per quam possunt esse conueniens et proportionata materia corporis humani. modo pro statu btĩtudinis natura celestis dominabiꝛ in corpe hũano. Et q2 talis nã ẽ ĩcorruptibilis, iõ ⁊c̃

¶ Ista opinio est falsa manifeste. pmo. q2 natura corpis q̃nti cũ sit corp9 ingñabile ⁊ incorruptibile ⁊ ĩmiscibile: nõ ꝯcurrit ad ꝯstitutionẽ alicui9 mixti. ¶ Scdo. q2 ꝑ istũ modũ corpus humanũ esset nãliter incorruptibile vel ĩpassibile. q2 ex suis nãlib9 intrĩsecis. ⁊ tũc nõ appet rõ: quare nõ ꝓ quocũꝗ statu suo. hoc aũt ẽ falsum. q̃re ⁊c̃. iste sunt opiones ꝑtinẽtes ad scdm arti. q̃stiõis. ꝯ. 3. opi.

¶ Quantum ad tertium articulum restat ponere opinionẽ: q̃ magis videꝛ ad ꝑsens cõcors ⁊ cõformis dictis sctõrum. ⁊ est ꝙ corpus humanũ gloriosum est impassibile ⁊ incorruptibile nõ potẽs pati vel corrumpi potẽtia ꝓxima saltem per dotẽ impassibilitatis. ¶ Ad cui9 euidẽtiã dr: ꝙ per dotẽ impassibilitatis intelligitur aliqua qualitas supnaturalis nõ educta de potentia corpis humani: sed creata in corpe humano vel creabilis a deo tantũ ⁊ immediate. qua quidẽ causata vel creata in corpe corp9 ipsum nõ est ampli9 in potẽtia naturali transmutabili ab agente naturali ad aliã formã aliquã. q2 talẽ qualitatẽ supnaturalem nec attingere nec expellere põt. Ita ꝙ lꝫ remaneãt in corpe vel materia corpis priuationes aliarũ formarũ: ⁊ sit in potẽtia ad ipsas: nõ tñ ab agẽte naturali põt ad illas trãsmutari impediente tali forma supnaturali cõcomitãte ⁊ ꝓhibente vel impediẽte ne expellãtur forme ꝯueniẽtes tali corpi humano. Et ita homo vel corp9 gloriosum est simpliciꝛ ĩcorruptibile supnaturaliꝛ tñ sicut celũ nãliter suo mõ dato ꝙ haberet materiã. q2 a nullo nãli agẽte pati vel corrũpi põt: lꝫ a deo posset corrũpi et materia ei9 ad formã aliã trãsmutari: si tñ hꝫ materiã vniuocã cũ materia istoꝝ inferioꝝ. sic ꝫ corp9 beati est incorruptibile. q2 manẽte tali qualitate ⁊ posita ĩ corpore nõ manet aptitudo naturalis reducibilis ad actũ alteri9 forme per agẽs naturale qd nec põt talẽ formã supnaturalem expellere: nec ipsa stãte potest aliquã aliã sibi incõpossibilẽ inducere ꝙtumcunꝗ naturalem. ¶ Et potest dici talis qualitas pertinere ad pmã speciẽ qualitatis. Est eñ q̃dã qualitas habitualis ⁊ dispositiua ad incorruptionẽ vel forte ad aliquã aliã speciẽ: sicut duricies vel hmõi. ⁊ est quedã qualitas mixtionis vel mixti nõ simplicis corporis alicui9 ⁊ supnaturalis nõ naturalis. ⁊ ideo põt prohibere a passiõe vel corruptione licet nõ alie naturales. Et videꝛ cõueniẽs ponere talẽ qualitatẽ in corpe correspõdẽter ad dotẽ securitatis in anima: que poniꝛ qualitas quedã affectiua in mẽte ẽm impugnãtes talem qualitatẽ in corpe saltẽ. Et talis qualitas est causa dispositiua incorruptiõis vel impassibilitatis licet diuina manutenentia sit causa effectiua principalis causando ⁊ cõseruando talem qualitatem: ⁊ similiter subtrahendo influentiam suã a secundis agentib9: ne possint agere in tale corpus ⁊ ne possit pati ab eis. hoc videtur fuisse mens Augusti. ad dyoscorum: vbi dicit: ꝙ ex gloria aĩe redundat in corp9 nõ beatitudo. sed sanitas ⁊ incorruptionis vigor. per que videtur intelligi: ꝙ ista qualitas supernaturalis redundans in corpore ex gloria anime non causaliter sed potius concomitanter vel cõsequẽter ad ipsam Et est ista qualitas in corpore quasi duricies vel infrangibilitas in lapide: sicut dos impassibilitatis suo modo.

1. opinio. Quõ corp9 hũanũ est gloriosum ⁊ impassibile.

Dos impassibilitatis.

ꝯ ꝑceden tem opi. ¶ Sed contra istam positionẽ sunt multa dubia etiã ⁊ non pauciora forte ꝙ cõtra alias ⁊ ideo multipliciꝛ arguiꝛ cõtra eã. Primo q2 illa qualitas nõ videꝛ esse possibilis. q2 corpus humanũ nõ videtur esse capax alicui9 forme supernaturalis simpliciter nisi ipsi9 aĩe. cuiuscunꝗ enim forme accidẽtalis est capax: ipsa videtur posse educi de eo. sꝫ illa qualitas nõ est aĩa. ꝫ ⁊c̃. ¶ Scdo sic. illa q̃litas aut est spiritualis aut corpalis. nõ potest dici spiritualis: cum sit ꝑfectio corpis ⁊ coextendatur sibi ita bene sicut ⁊ claritas corporis. Nec potest dici corpalis. q2 omnis qualitas corpalis est educibilis de potentia corporis et ab agẽte naturali põt educi: vt videtur ista autem nõ: vt dicis. ꝫ ⁊c̃. ¶ Tertio sic. ista qualitas si debetur esse corpalis: sicut ꝓbabilius videꝛ: aut est qualitas celestis: aut elemẽtaris aut mixtionis vel mixti. Non celestis. pꝫ q2 nec est perspicuitas. nec luciditas vel claritas. similiter etiã corpus celeste nõ venit ad cõstitutionem corporis humani. Nec potest dici qualitas elementi vel mixti. quia nulla talis potest dare subiecto suo incorruptibile. cũ elementum ipm sit simpliciter corruptibile: ⁊ per ꝯñs mixtum ex ipso: ⁊ qualitas magis sequaꝛ naturam subiecti ꝙ ecõuerso. ꝫ ⁊c̃. ¶ Quarto sic. q2 (sicut argutũ est supra) nulla virtus creata põt impedire actionẽ ⁊ passionẽ stantib9 actiuis ⁊ passiuis dispositis sufficiẽter approximatis. sed ista qualitas est virtus creata. ꝫ ⁊c̃. ¶ Quinto sic. ista qualitas est qualitas mixtiõis: sicut dicis: ⁊ ꝑ ꝯñs est vnigenea cũ alijs: ⁊ sic est alicui alteri ꝯtraria vel media ꝯtrariarũ. sicut pꝫ. x. metha. ⁊ per ꝯñs põt abyci ⁊ corrumpi ꝑ cõtrariã suã. Et ita nõ est ratio impassibilitatis. ¶ Sexto sic. sicut q̃litas ista nõ repugnat alijs qualitatib9 corpis humani: ita nec effectibus earum: vt videtur. ⁊ per ꝯñs non repugnat mutue actioni ⁊ passioni. ¶ Septimo sic. non min9 aĩa est forma supernaturalis ꝙ illa qualitas. ⁊ ꝑ ꝯñs non est magis aĩa in potestate naturalis agẽtis ꝙ illa qualitas. ⁊ tñ hoc nõ obstãte aĩa nõ dat homini ꝙ sit impassibilis ⁊ immortalis: sed est naturaliꝛ passibilis ⁊ mortalis. ꝫ ⁊c. ¶ Octauo sic. quero: an per illam qualitatẽ sufficiẽter ⁊ cõpletiue ⁊ formaliter sit homo impassibilis ⁊ ĩmortalis aut non. si sic. igitur cũ tali qualitate posita sufficit generalis influẽtia dei cõseruans hominem sicut cõseruãs celũ. nec est tantum dispositiua ad incorruptionẽ: sicut tu dicis. Nec requiritur aliqua manutenentia specialis vel aliqua substractio influentie ab agentibus secũdis: sicut dicis. Si aũt nõ est sufficiens ratio impassibilitatis vel incorruptiõis: sed requiritur substractio diuine influentie: tunc ista qualitate posita nõ ꝓpter hoc est homo impassibilis vel ĩmortalis: sed ipsa tantum posita adhuc est passibilis ⁊ corruptibilis vel mortalis. Et ita incidis in illã opinionem que ponit impassibilitatẽ non esse per aliquid positiuum corpori impressum: sed sola volũtate diuina substrahente influentiã ab agentib9 secundis: ne agant vel corrumpant tale corpus. ¶ Nono. q2 omnis qualitas determinata videꝛ habere aliquẽ effectum determinatũ. sed ista est determinata qualitas mixti. ꝫ ⁊c. Nõ igitur põt resistere indifferenter cuilibet extrinsece actioni: sed sibi conuenit resistere determinate alicui. sicut duriciei competit frãgere: non autem calefacere vel frigefacere. q̃re ⁊c.

x. metha. (margin)

¶ Ultimo. quia impassibilitas non videtur dicere aliquid positiuum: sed priuatiuum passionis. Et ita nõ oportet: ꝙ ponatur talis qualitas positiua. ¶ Cogita de solutionibus istoruꝫ. Et si nõ placet tibi ista opinio: pone illam que est secunda in secũdo articulo questionis. Et sic scdm illam diceretur ꝙ homo in statu beatitudinis est immortalis ꝓ tãto: quia nũꝙ moriturus de facto. nõ sic adam in statu innocentie fuit immortalis: q2 aliqñ moriturus. Et similiter etiã non potens mori loquendo de potentia proxima. q2 non cõcurrunt oĩa requisita ad potentiam proximã puta diuina influentia presto cooperari secundis agẽtibus. Deficit eñ ex ordinatione diuina preseruante corp9 gloriosum a cõruptione vel passione. quare ⁊c. Resolutio.

¶ Ad primum principale argumẽtum dico: ꝙ illud qd ẽm se et ex natura propria non est mortale vel corruptibile nõ põt fieri naturaliter incorruptibile ⁊ ex natura sua sibi relictum: põt tñ ab alio perpetuari inesse ⁊ fieri immortale vel impassibile non potens pati loquendo de potentia proxima vel per aliquid superadditum positiuum vel ex ordinatione subtractionis alicuius necessarij ad potentiam proximã corruptibilitatis vel passibilitatis. Ad phũm ⁊ commentatorem dico ꝙ nõ teneo eos in hoc. nec video ꝙ mot9 magis possit perpetuari ꝙ aliquid permanens: quod nõ est ex se necessarium. Sicut eñ hoc tempore vel illo nõ repugnat sibi conseruari ⁊ esse: ita nec alio consequenti: vt videtur. vnde magis in identitate nature potest cõseruari aliquid permanẽs perpetuo ꝙ motus: immo nec motus sic potest cõseruari: sed tantum ẽm successionem partiũ suarum sibi adinuicem succedentium. Nec oportet ꝙ natura possibilis in necessariam transmuteꝛ: sicut imaginatur commentator. quia sicut natura possibilis est. ⁊ nõ necessaria pro tãto vel tanto: sic ⁊ pro toto tempore: dato ꝙ perpetuo cõseruetur. Ad minorem quando dicis: ꝙ homo ex se est corruptibilis ⁊ mortalis. Dico ꝙ verum est saltem impotentia remota. potest enim beatus absolute loquendo fieri non beatus: ⁊ ita potest non esse immortalis. sed non oportet: ꝙ proxima potentia sit mortalis potens mori vt videtur ex predictis: sed scdm potentiam proximam potest esse immortalis. Ad argu. principalia.

¶ Ad secundum dico: ꝙ corruptibile ⁊ incorruptibile naturaliter differunt specie saltem et numero similiter ⁊ genere phico. sed dico: ꝙ naturaliꝛ corruptibile ⁊ impotentia remota saltem ⁊ incorruptibile vel impassibile supernaturaliter ⁊ non potens corrumpi loquẽdo de potentia proxima nõ oportꝫ differre specie neꝗ numero: sed possunt esse idẽ numero: sicut in proposito. Preterea etiã phũs nõ accipit ibi genus pro genere ꝑdicabili: ⁊ ideo nõ adducitur illa auctoritas ad mentẽ eius. ¶ Ad tertium dico: ꝙ corpus beati non erit impassibile loquendo de passione que est salus ⁊ perfectio cuius est sensatio: sed de passione abiectiua ⁊ etiam corruptiua. ¶ Ad quartum dico: ꝙ non video quin violentum virtute diuina possit esse perpetuum: licet non virtute nature ẽm Aristotelem. virtute autem diuina corpora beatorum locabuntur in celo empireo. Aliter dicitur. supposito ꝙ elementa maneant in mixto ẽm ꝓprias naturas ⁊ q̃litates suas quod tñ non reputo verum: sicut dixi in secundo.

Dicitur ꝙ elementa habent duplicem appetitũ ad aliquẽ locum vnũ sibi proprium sm naturã cuiuslibet: ⁊ iste cõuenit eis sm se. Alium qui cõuenit eis nõ sm se: sed sm ꝙ sunt partes totius corporis: qs constituũt: ⁊ sic appetunt eundẽ locum: quẽ ⁊ totũ corpus. Et iste appetitus in eis preponderat ⁊ est eis naturalior: sicut etiã perfectius sunt in toto q̃ in seipsis: sicut declaratur de aqua: que inq̃tum est pars vniuersi aliqñ naturaliter mouetur sursum: ⁊ ascendit in fistula aere attracto: ⁊ hoc ne sit vacuũ in vniuerso: cõtra propriam inclinationẽ: que sibi debetur sm se; inq̃tum est talis nature. Ad propositum igitur dicitur: ꝙ nõ erit violentum simpliciter elementis stare in loco totius corporis gloriosi sed magis hoc appetent naturaliter ⁊ potius: licet sm quid ⁊ minus naturaliter appetant esse in locis suis proprijs. ⁊ ita violentum non erit perpetuum. Sed istud nõ respõdet ad argumẽtum de toto corpore quod erit graue. non enĩ corpus beatum erit leue sicut palea: ⁊ tamen perpetuo erit sursum. Et sic perpetuum erit violentum. similiter forte nec de partibus vel elementis: si sint ibi. Aliter dr: ꝙ elementa non manent in mixto: nec appetunt per cõsequens diuersa loca sm proprias naturas: licet mixtum bene moueatur cõformiter ad aliquod elemẽtum: vt si sit graue mouetur deorsum sicut terra. et sic ex parte elementorum nõ potest ibi accipi violẽtum nec perpetuo violentum. Et ita nõ concludit argumentum. Sed nec istud respondet ad argumẽtum factum de corpore toto: si sit graue. qꝛ planum est ꝙ violenter ⁊ perpetuo erit sursum cõtra inclinationẽ grauis ad centrum. Et ideo non video ita bonam solutionem: sicut ꝙ virtute diuina saltẽ violentum possit esse perpetuum: quicquid sit naturaliter vel virtute nature: de qua aristoteles loquebatur nisi ponatur agilitas obuiare: de qua infra dicetur.

¶ Distin. xlix. Questio Secunda.
De beatitudine corporis.

Secũdo q̃ro vtrũ corpora beatorũ erunt agilia. ¶ Videt ꝙ nõ. qꝛ sicut in natura nihil est frustra: ita nec in gloria. sed agilitas ad motũ ibi esset frustra. quia beatis non cõueniet motus localis. Tũ quia motus est actus existentis in potentia ⁊ imperfecti et indigentis alio loco. beati autem erunt pfecti nõ indigentes alio loco. g ⁊c̃. Tum qꝛ etiam nõ diuidetur celum empireum. qꝛ est indiuisibile: quod tñ oporteret fieri ad motum ipsorũ. quare ⁊c̃. ¶ Secundo sic. si in corpore ponitur agilitas ad motum: videtur ꝙ ab eodem tollatur grauitas. sed hoc est falsum. qꝛ corpus humanũ ex se est graue ⁊ mobile scdm elementum predominãs in eo. g ⁊c̃. ¶ Tertio sic. si corpora erunt agilia supernaturaliter: videtur ꝙ potuerunt citius moueri: q̃ quodcũq̃ corpus naturaliter. sed hoc est falsum. qꝛ tunc possent moueri in instanti. precipue qꝛ non erit ibi aliqua resistentia: sicut nec in vacuo esset resistẽtia media: in quo fieret motus in instanti. quare ⁊c̃.

¶ Quarto sic. si corpa sunt agilia: sic ꝙ possũt moueri ad nutum vel imperium; non est necessarium; ꝙ ab angelis deferantur. sed hoc est falsum. Rapiemur in nubibus obuiam christo in aera sm apostolum: Et hoc erit ministerio angelorum. ergo ⁊c̃.

¶ Cõtra sapientie. iij. tanq̃ scintille in arũdineto discurrent: dicitur de beatis. et prime ad chorinth. xv. seminatur in infirmitate. surget in virtute. glosa: id est viuum et mobile Et ibidem dr: ꝙ surget spirituale. tarditas autem repugnare videtur spiritualitati. ergo ⁊c̃.

Sapiẽ. 3.
I. ad cori. xv.

¶ In ista questiõe sic ꝓcedã.

¶ Primo inquiram de vno preambulo ad intellectum questionis prosequẽdum. ¶ Secundo inquiram de proposito: an scilicet corpora beatorũ erunt agilia et per quem modum. ¶ Tertio vtrum aliqñ tali agilitate vtentur: et sm eam mouebunt. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quãtum ad primũ articulũ: qꝛ agilitas ad motum ordinatur inq̃ro: an in beatis sit aliqua potentia motiua: qua possint moueri non organice: sic ꝙ corpus moueatur ab anima totus simul nõ pars post partem: ⁊ anima habeat aliquam motiuam potentiam talem: qua possit isto modo corpus mouere etiam sibi coniunctum. ¶ Videtur autem aliquibus ꝙ non. Primo quia mouens ⁊ motum debent esse distincta subiecto. sed anima nõ est distĩcta subiecto a corpore sibi vnito. Subiectum enim et forma cõstituunt vnum subiecto. ergo ⁊c̃. ¶ Scdo sic si in anima ponitur talis potentia qua cõiuncta existens vel etiam separata possit mouere corpus simul totum: aut illa est organica aut nõ organica nõ potest dici organica. quia tũc nõ moueret nisi organice. similiter etiam non haberet operationẽ separata: sicut nec alie potentie organice. ergo est nõ organica: sed hoc est falsum. qꝛ tunc in anima esset duplex potentia motiua: vna organica ⁊ alia non organica. et videtur alia superfluere. Similiter etiã de nulla alia potẽtia hoc inuenitur. Nõ enĩ inuenitur visus vel auditus vel intellectus vel fantasia organica ⁊ nõ organica. g ⁊c̃. ¶ Tertio sic. inconueniens est ponere in anima aliquam potentiam: que pro toto tempore presentis coniunctionis frustretur actu suo: nec possit exire in actus. sed sic esset de illa potentia. quia nõ est expertum ab aliquo: ꝙ animal motu locali animalis moueatur non organice sed tantum organice pars post partem. ergo ⁊c̃.

An in beatis sit aliqua potẽtia motiua ⁊c̃.
I. opinio.

¶ Quarto sic. illa potentia aut est eiusdẽ rationis cum potentia organica: aut alterius. si eiusdẽ: oportet ꝙ sit organica. Et sic in homine est duplex organica eiusdem rationis. Si nõ est eiusdem rationis: videtur ꝙ sit nobilioris et perfectioris rationis: et potest totũ quicquid potest organica ⁊ adhuc plus et sic frustra ponitur organica. Et confirmatur. qꝛ sicut anima per talem potentiam potest mouere corpus totum simul: ita ⁊ partem post partem: ⁊ ita organice: vt videtur. ¶ Ultimo sicut in anima nõ videtur esse nisi duplex potẽtia immaterialis vel spiritualis ⁊ abstracta: vel triplex puta intellect⁹ agẽs et possibilis et volũtas: in q̃bus imago ꝯsistit sꝫ potentia motiua non est de istis: nec in ea imago põt consistere. ergo nulla talis potentia spiritualis est in anima.

¶ Sed quãtum ad presentem articulum dico primo ꝙ in anima est talis potẽtia non organica: qua possit mouere corp⁹ nõ organice partem post partem: sed totum simul siue coniunctum siue nõ cõiunctum: q̃tum est dico ex rõne ⁊ vitalis potẽtie. ¶ Hoc autẽ ego probo. Primo sic. aĩa separata potest mouere seipsam sicut etiã angel⁹: vt videtur. Nõ solum enĩ potest ab alio moueri sicut trũcus: sed seipsam põt mouere vt videtur: ⁊ pari ratione corpus suum: sicut etiã angelus eadẽ potẽtia qua mouet se: põt mouere corpus: sed planũ est: ꝙ potentia illa qua aĩa mouet seipsam vel mouere põt sepata existens põt nõ esse potẽtia qua mouet organice vel potẽtia organica. qꝛ habet actũ suum separata ⁊ actus eius soli anime ꝯuenit nõ toto cõiuncto primo sicut actus potẽtie organice. ergo ⁊c̃.

Opinio doctoris

¶ Scdo sic. aĩa sepata existens potest mouere aliquod corp⁹ nõ suum vt lapidem vel hmõi: vt videtur: ⁊ pari ratione corpus suũ vt videt. Est enĩ mobile sibi proportionatum. sed hoc nõ est nisi per talem potentiã motiuam. g ⁊c̃. ¶ Tertio sic. potẽtia motiua in angelo est idem q̃ voluntas: sicut dixi in scdo. sed in aĩa suo mõ perfecta est voluntas: sicut in angelo. igitur in ea est potẽtia motiua: que est voluntas. sed illa est nõ organica. g ⁊c̃. ¶ Quarto sic Anima comparatur ad corpus nõ solum vt forma: sed vt motor. sed si non conueniret sibi aliqua talis potentia preter motiuam organicam: non posset dici anima motrix vel posse mouere sm seipsam: sed magis totum compositum: quod dicitur videre vel audire vel organice mouere: non autem anima ipa: licet bene esset ratio mouendi. ergo ⁊c̃. ¶ Secundo dico: ꝙ in toto coniuncto ex corpore ⁊ anima est potentia motiua organica potentia dico proxima: que includit vel dicit aliquod accidens vel naturã forte totius coniuncti dispositam ad mouere organice. Et istud mouere organice est actus totius cõiuncti ex anima ⁊ corpore. Et fit per istum modum in homine: ꝙ aĩa p̃mo cognoscit ⁊ apprehẽdit motum per intellectu: ⁊ imperat ipsum per voluntatẽ seu appetitum intellectiuũ cõcomitante imaginatione de motu: qui est actus rõnis particularis et etiã actu appetit⁹ sensitiui existẽtis in corde. ⁊ tũc pars totius animati vel animalis qui nõ mouetur localiter: sed tantũ alteratur: mouet aliã sibi proximã: ⁊ illa aliam vel mediante illa aliã. ⁊ sic originatur motus ꝓgressiuus vel organicus aĩalis. patet. iij. de anima. ¶ Tertio dico: ꝙ forte potẽtia remota mouendi organice ⁊ potentia proxima mouendi nõ organice: que ꝓbata est superius inesse anime sm se: sunt simpliciter eadẽ potentia in homine. nõ autẽ potentia proxima mouendi organice ⁊ potentia ꝓxima mouendi nõ organice. Imaginor enĩ: ꝙ potẽtia motiua remota loquendo de motiua organice sit cõsubstãtialis anime: sicut ⁊ de alijs potentijs ego dixi in primo. ⁊ illa nõ est nisi voluntas vel appetitus sensiuus. sed potentia proxima plus dicit: vel includit. nam dicit totum cõpositũ vel aliq̃d accidens cõpositi cum ipsa remota potẽtia mouendi. ⁊ illa proxima est organica nõ aũt remota. licet etiam potentia remota vt sic nõ possit habere actũ suum vt sic sine proxima ⁊ non nisi organice tamen vt propinqua est ad mouẽdum nõ organice potest habere actum suum separata vel coniuncta. sic ergo potest dici aliquo modo eadem potentia organica scꝫ ⁊ nõ organica: licet non penitus eadem: vt iam dixi. ¶ Aliter tamen dicitur ab alijs: ꝙ potentia motiua organice ⁊ non organice non est vna potentia: sed simpliciter sunt diuerse. nec vna includit aliam sicut etiam appetitiua organica que est appetitus sensitiuus: ⁊ appetitiua non organica que est volũtas: sunt simpliciter alie: nec vna includit aliã: nec vna potest dici potentia remota vel ꝓxima respectu alterius: nec est aliquod incõueniens vt videtur eis. ¶ Quarto dico: ꝙ licet homines viatores non possint vti predicta potentia motiua nõ organice: qꝛ tantum mouetur organice loquendo de motu locali animali: cui⁹ principium est anima. nõ de naturali: cuius principium est natura: vel saltẽ pro certo non experiamur: ꝙ vtatur illa potentia beatus tamẽ vti poterit predicta potentia mouẽdo corp⁹ nõ organice sed etiã totũ simul: ⁊ poterit etiã seipsum mouere organice: sicut ⁊ potest viator: quomodo sibi placuerit. Ita ꝙ anima mouebit corp⁹: quãdo sibi placuerit et erit vere motor: ⁊ vna pars corporis aliam mouebit.

¶ Ad primum aliorum contra dicta in hoc articulo dico: ꝙ illa propositio est falsa: scilicet ꝙ nihil moueat aliud nisi distinctum subiecto ab ipso. Aliquid enim subiecto indistinctum potest mouere seipsum vel aliud indistinctum ab eo subiectiue: sicut pluries dictum est et probatum precipue in secundo. ¶ Ad secundum dicendum: ꝙ illa vt est potentia proxima ad motum non organicum non est orgnica sed habet actum suum: vel habere potest separata: licet vt cõcurrit includitur in potentia ꝓxima mouendi organice: vel potius ipsa potentia motiua organice sit organica: nec sit separabilis potens habere actum suum separata. Aliter diceretur ꝙ simpliciter ipsa est non organica ⁊ diuersa penitus a potentia motiua organica vel organice. nec est inconueniens. qꝛ neutra superfluit. et de aliqua potentia in communi inuenitur: ꝙ est duplex in homine scilicet organica et non organica scilicet de appetitu vt patet tertio de anima. Nec alter superfluit. licet enĩ vnus sit nobilior alio tamen vnus non potest in illud: in quod potest alius. ¶ Ad tertium dici potest: ꝙ nõ est inconueniens ponere in anima aliquam potentiam: que careat actu suo pro statu presentis coniunctionis. sicut etiã nec frustra poneretur in beatis potentia generatiua: que tamen perpetuo carebit actu suo: et nunq̃ habebit ipsum pro statu future resurrectionis: que est multo perfectior. Sed dices: quare non habet ista potentia suum actum in statu vie? Dico ꝙ nescio quare habere nõ possit nisi forte ex ordinatione diuina suspendatur actus suus pro statu vie. et hoc forte in penam hominis viatoris pro peccato primi hominis est inflictum sicut etiam videtur sentire Augusti. de recursu necessario ad fantasma pro statu vie nostre. Vel forte diceretur: ꝙ aliquando potentia ista habet vel habere potest actum suum etiam in via licet minime a motu organico destruatur.

Ad rões I. opi.

¶ Ad quartum dico: ꝙ simpliciter loquendo illa non est eiusdem rationis penitus cum potentia organica: sicut nec penitus eadem sibi vel penitus diuersa vel aliquo mõ eadẽ sibi ⁊ nõ penitus. Et ita nullo mõ seq̃tur: ꝙ aliqua sup̃fluat: nec ꝙ sit organica. Cũ dicis ꝙ si est alterius rõnis et nobilior: põt in quicq̃d põt organica. Dico: ꝙ non sequitur

sed bene sequit̄ q pōt nobilius ⁊ pfectius mouere q̄ organica. Ideo nō valet. Ad cōfirmationē dico: q nō oportet: si pōt totum mouere nō organice: q possit mouere partē post partē organice. qꝛ ad primum modū mouēdi tantum est determinata. bñ tñ posset mouere partē post partē nō organice: si essēt diuise. sicut angel⁹ partes ligni vel lapidis. ¶ Ad quintū dico: q vel illa potētia est eadē potētia cum volūtate: sicut puto. vel si nō est eadē sibi nō tātum sunt ille tres potētie separabiles verū etiā ista. Nec oꝫ pꝑter hoc: q ad imaginē ptineat. sicut nec pertinet ad pductionē verbi vel amoris nec ad rationē parentis. Hec de primo articulo principali.

Agilitas quid.

¶ Quantum ad secundū arti

culum dr: q nomine agilitatis significat̄ habilitas quedā animalis ad prompte ⁊ faciliter mouēdū se motu locali: nō eo motu qui est naturalis cui⁹ principiū ē natura ad similitudinē alicui⁹ elemēti: q̄ dr ab alijs mot⁹ elemēti predominātis: sꝫ motu aīali: cuius pncipiū est aīa. ¶ Sed de ista agilitate quō et per quē modū ponēda est in beatis: sūt opiones. Quidā em̄ dicūt: q corpa btōrum per hoc erūt agilia ⁊ habilia ad motū sm aīe imperiū: qꝛ ab eis auferet̄ grauitas eorum ita q nō erunt actu grauia. ¶ Qd videt̄ cōfirmare per Aug. dicētē: q grauitas q̄ ē modo cōditio corpis: aufferet̄. Et pbat̄ per rōnem. qꝛ nisi aufferret̄ grauitas corpa beatoꝝ violenter essent in celo empireo sursum ⁊ cōtra inclinationē pprie grauitatis: ⁊ sic nō quietarētur ibi: sed poti⁹ fatigarētur: nec essent ibi nisi ad malū ⁊ imperfectionē suā. nec essēt ibi ppetuo. vel si ppetuo: tūc violētū eēt ppetuū cōtra aristotelē pmo de celo.

Quō agilitas ponēda est i btīs I opinio. August.

Cō. 1. opi.

¶ Sed non puto: q ista positio sit vera. Primo qꝛ nō aufferet̄ grauitas a corpe glorioso. inest em̄ sibi ex sua cōditiōe vel cumplexione naturali proprie mixtionis. Et ita sicut non aufferentur qualitates mixti actiue ⁊ passiue: ita etiam nec grauitas auffertur. ¶ Scdo etiā: quia si aufferretur grauitas: aut induceret̄ leuitas: aut remaneret corpus nec graue nec leue: sicut celum. sed nō potest dici primum. qꝛ leuitas tali mixtioni repugnat: sicut etiam repugnat lapidi. Nec scdm: vt videtur. primo quia tunc corpus gloriosū naturaliter nō inclinaretur ad aliquē situm vel locum determinatum sursum vel deorsum. Et ita nō haberet aliquē motum naturalem: nec habere posset nisi in circulo: nec posset etiam violēter moueri sursum vel deorsum: que nō videt̄ vera. quare ⁊c̄.

Ad aug.

¶ Ad Augustinū vero dico: q nō intendit: q grauitas que est qualitas cōsequens talem mixtionē: debeat tolli a corpore glorioso. sed intendit: q ponderositas vel ineptitudo corporis ad motum: q̄ habet esse hic in via per multas superfluitates humorum vel per debilitatem organorum aufferet̄. Talis enim ponderositas vel ineptitudo ad motū non est homini naturalis. ¶ Ad rationem dico: q non habeo pro incōuenienti ponere violentum perpetuum: sicut nec hominē perpetuum virtute diuina. nec oportet: q corpus hominis licet sit violēter sursum: fatigetur: vel sit ibi ad malum ⁊ imperfectionem suā. qꝛ quiescēdo fatigari nō potest. ⁊ ibidem quiescit. Similiter etiā ibidem virtute propria nō detinetur: sed virtute diuina locante ipsum ibi qd et patet. Nam sic locatur ibi: q corpus eius simul

Ad rōnē 1. opinio.

est cum corpore celesti. ⁊ sic duo corpora simul: qd non potest fieri a virtute creata. nec est imperfectū simpliciter tale corpus: immo perfectum magis q̄ esset in terra: licet ad illum locum naturaliter non inclinetur: nec in illo ponatur vel perficiatur naturaliter. sed magis supernaturaliter.

2. opinio

¶ Alia opinio ponit: q corpa beatorū erunt agilia vel ipsi beati agiles per hoc: q vigorabitur in eis potētia motiua: et perficietur. Et sic anima erit prestantior q̄ ante respectu corporis ad mouendum siue organice siue non organice. Aufferentur etiam grossi humores ⁊ inepti similiter: ⁊ dabuntur puri humores ⁊ multitudo purorum spirituū in corpore. Ita q ⁊ vis motiua perficietur: ⁊ quodāmodo intendetur: et impedimenta amouebuntur siue impedimēta motus organici siue non organici. Ibi enim non erunt sordes intestinorum: nec ineptitudo neruorum ⁊ iuncturarum: nec ponderositas corporis supradicta. sed ibi multitudo purorum spirituum et humorum: et peccabilitas: et dispositio conueniēs seu habilitas neruorum ⁊ iuncturarum. Et sic erit homo agilis ad motum non per aliquam qualitatem additam que sit dos impassibilitatis sm eos. nam talis qualitas poni non potest: sicut dicunt ⁊ probant quasi vniformiter sicut de illa qualitate: que dicitur impassibilitas. quia vel esset elementaris vel mixti vel celestis. Et similiter etiā: qꝛ oporteret: q inclinaret corpus ad quodcunq̄ vbi indeterminate. quod non conuenit alicui qualitati determinate: vt videtur. Sed beati erunt sic agiles: q faciliter possint se mouere sm imperium voluntatis per augmentum vel intensionem virtutis motiue et amotiones impedimentorum modo dicto.

Cō. 2. opi.

¶ Sed istam positionem non intelligo q̄tum ad intensionem vel pfectionē pfate potētie motiue si em̄ sit potētia motiua nō organice: planū est: q nō pōt intēdi: sicut nec substantia aīe cui ipsa est cōsubstātialis sm me et sm eos. sicut etiam nec potentia intellectiua seu volitiua intenditur in beatis: licet ad actū supernaturalem visionis vel fruitionis eleuetur. Similit̄ etiā si sit potentia remota mouendi organice: idem iudiciū est de ipsa. qꝛ et ipsa cōsubstantialis est anime: que nō intenditur nec augetur. Similiter etiā dato q essent accidētia: adhuc tamen nō concederetur a ponentibus hoc: q possent intendi vel remitti. quia sub determinata perfectione fluunt ab anima: que nec remittitur nec augetur. vnde dico: q potentia motiua talis non erit in se perfectior in beatis q̄ sit modo.

3. opinio.

¶ Tertio ponitur aliter: q agilitas in corpore glorioso erit qualitas quedam supnaturalis creata in corpore vel in toto cōposito dispositiua ad hoc vt beatus faciliter moueatur scdm imperiū ⁊ beneplacitum volūtatis in tēpore. Tum qꝛ impossibile est: q verus motus sit in instanti: vt dictum est in scdo ⁊ probatū. Et ponit̄ ista qualitas dos agilitatis suo mō: sicut ponebat̄ in q̄stione pcedēte qualitas quedā supernaturalis esse dos impassibilitatis. Et quasi vniformiter q̄tum ad multa potest sustineri vel etiam impugnari: sicut patet intuenti. Et cum predicta qualitate necessaria est amotio impedimentorum: sicut dicebant illi de opinione precedenti.

4. opi.

¶ Quarta opinio est cuiusdam doctoris quē non teneo q ab anima glorificata effluit in corpus q̄dam perfectio: qua corpus pfecte subijcitur ipsi anime: sm q ipsa comparatur ad corpus vt motor. Et illa pfectio dicitur dos agilitatꝭ sicut dicit. licet em̄ ponatur talis pfectio vel qualitas quedam dispositiua ad facultatē motus: tñ non intelligo: q fluat: vel causetur ab aīa in corpore sꝫ a deo tantum creatur imediate: sicut dicebat̄ supra sm ponentes dotē īpassibilitatis esse cōsimilē qualitatem. Teneatur q̄cūq̄ opinio videtur melior de secunda ⁊ tertia: sicut etiam in precedenti questione dicebatur.

An btī vtent̄ tali agilitate ⁊ possint vti.

¶ Quantum ad tertium arti

culum an scꝫ beati possīt vti tali agilitate mouēdo se ⁊ an aliqñ defacto mouebuntur. Dico q positis necessarijs ad motum beati poterūt vti tali agilitate. si sint in loco conuenienti. sꝫ non videtur mihi: q celum sit locus cōueniēs: in quo possint se mouere pro tanto qꝛ celum nō est diuisibile a virtute creata nec per cōsequens cessibile alicui corpori. Et ita si virtute ppria posset beatus se mouere in celo empireo: ⁊ ita duo corpora: simul: hoc autem non video quare. ⁊c̄. scꝫ si deus diuideret celum ⁊ faceret ipm cedere. sicut de marirubro corā israel: bene puto: q beatus per celum empireum posset seipsum mouere in alio aūt loco cessibili dico: q beatus tali agilitate posset vti ⁊ seipsum mouere libere. sed in celo empireo ⁊ infra ipsum manēs nō puto: q possit moueri a seipso nec ab angelo: sed tñ a deo pꝑter cāꝫ pdictam. similiter nec credo q possit seipsum inducere in celum empireū: vel q angel⁹ etiā possit ipm inducere vel intromittere. ¶ An vero beati aliqñ defacto debeant moueri recedēdo de celo empireo vel etiā infra celum empireum quasi spaciando huc vel illuc: nescio tñ nō est impossibile: sicut patet. vñ etiam dicunt aliqui: q aliquādo huc inferius quasi ad spaciandum sint descēsuri. nec minuetur eis aliquid de gloria sua principali nec etiā de pmio accidētali forte. qꝛ semp possunt videre etiā christū corporaliter sicut vidit Stephan⁹: qñ exclamauit. Ecce video celos apertos ⁊c̄. et dato q celi essēt clausi adhuc visio talis posset in eis miraculose conseruari. ¶ De statu vero vel positione siue situ dicit̄ cōmuniter q stabunt: ⁊ nō sedebunt: vel iacebunt. stare em̄ dicit situm magis pmptū ad operationē aīalē: sꝫ iacere magis aptum a qetē naturalē plusq̄ sedere. qꝛ partes magis equaliter se habēt ad cētrum. Hec de .3° articulo principali.

ad argumēta principalia.

¶ Ad primum principale dico

q beatis poterit conuenire motus localis. Qñ dicis q nō. qꝛ nō indigebunt alio loco quasi loc⁹ eoꝝ non sit eis conueniens. sꝫ carebunt alio loco: ad quē poterūt moueri. qꝛ erunt in potentia ad alium locū vel ad vbi circa aliū locū. Ad illud quod dicis: q motus est actus imperfecti: Dico: q verum est. qꝛ ē actus existentis in potētia ad aliqd sm q huiusmodi: ⁊ sic impfecti aliquo°. ⁊ licet nō simpliciter loqñdo vniuersaliter saltē sm quid. Et isto modo dico: q licet corpora beatoꝝ sint pfecta pfectione cōueniente: sunt tñ aliquo° imperfecta p quanto sūt in potentia ad aliū locū vel aliud vbi in alio loco: quē nō habent. Ad illud quod additur: q celū empireū nō diuidetur: nec cedet corporib⁹ beatorū: ⁊ sic nō poterunt moueri. Dico sicut dixi supra: q virtute propria non poterunt moueri beati ipsi infra celū: sꝫ bene alibi in loco eis cedente. Vñ ⁊ ad moueri infra celū ipō non sedente non indigent forte: q sint agilia nisi loquendo de potentia dei ordinata. sed bene ad moueri alibi ita velociter sicut poterunt moueri indigent agilitate: vt videtur. ¶ Ad secundum dico q a corpore nō oportet tolli grauitatē: licet fiat agile: eo modo quo dictum est supra in corpore q̄stionis. ¶ Ad tertium dico: q forte corpora agilia poterunt moueri velocius vel citius ab anima: q̄ corpus quodcūq̄ naturaliter moueatur: etiam celum: cuius tamen motus secundum Aristotelē est velocissimus ⁊ mensura aliorum. Nec est inconueniens nec sequitur ex hoc q possit moueri in instanti. hoc em̄ repugnat vero motui: sicut dictum est in secundo. Quando dicis: q immo. qꝛ nulla erit resistētia ibi: sicut nec si motus fieret in vacuo: qui tamen fieret in instanti. vt hec habentur in quarto. Phisicorum. Dico: q Aristoteles verum dicit: q̄tū eēt ex carentia resistentie medij. Et si motus solum haberet successionem ex resistentia medij ad mobile vꝪ etiam ad motorem: sed dico q aliūde habet successionem: sicut patet in motu celi. Et dico: q ex ratione sua habet: ⁊ impossibile est q fiat in instanti: sm q motus a simplici mutatione distinguitur.

¶ Ad quartum dico: q corpora beatoꝝ non deferentur vel rapientur ab angelis ex indigentia: quasi beati non possint velociter mouere semetipsos. sꝫ magis hoc fiet ex reuerentia et diuina beniuolētia quam volet deus ostendere circa beato.

Distin. xlix. De beatitudine corporis Questio tertia.

Tertio q̄ro: Vtrū corpora beatorum erūt clara. ¶ Vr̄ q ñ. corpa btōꝝ erunt colorata. color em̄ dicens ad pulchritudinem corpis ptinet sm Aug. xxii°. de ciuita. dei. ca. xix°. ⁊ per consequēs erūt corpora terminata. sed lux vel claritas ⁊ color non compatiuntur se adinuicem in eodē subiecto repugnante cōtradictione. quia vnū est corporis terminati. sed aliud ē corporis pspicui ⁊ per consequens non terminati. g̃ ⁊c̄. ¶ Secundo sic. corp⁹ claꝝ vel lucidū occultat naturaliter aliud corpus: quod est post se. patet de vno luminari: qd occultat aliud ⁊ de flamma: similiter ⁊ huiusmodi. sed corpus beati nō occultabit aliud corpus post se quia sm Grego. xviij. Moraliū supe illud Job: nō adequabitur ei aurum vitrum ⁊c̄. corpora beatorū erunt peruia. vnde dicit ibidē: in celesti patria vniuscuiusq̄ mentem ab alterius oculis membrorum corpulenta non abscondet patebitq̄ corporalibus oculis ipsa etiam corporis armonia. hoc autem nō esset nisi corpora beatorum essent peruia. g̃ ⁊c̄.

August. Grego.

¶ Tertio sic. si corpora beatorum essēt clara: sicut dicitur: q sunt futura: videtur q ipsa psentata oculis siue glorificatis siue nō necessario ⁊ naturaliter immutarent visum sed hoc est falsum. Tū quia corp⁹ christi post resurrectionem nō immutauit oculos

discipuloꝝ ſm aliquã talẽ claritatẽ Tum quia talis claritas eſſet ſimpliciter improportionata cuilꝫ oculo ſiue glorificato ſiue nõ multofortius ꝗ claritas ſolis ĩ rota. q̃ ponit futura multo maior. ⁊c.

math.13.

¶ Contra dicitur Mathei.13. Fulgebunt iuſti ſicut ſol ĩ regno patris eorũ. ¶ Et ſimiliter.1.ad chorin.15. Seminatur in ignobilitate. ſurget in gloria. i. ĩ claritate. ¶ Similiter etiam ad Philip.3. dicit: ꝙ ſaluatorẽ expectamus qui reformabit corpus humilitatis noſtre cõfiguratum corpori claritatis ſue. ⁊c.

1. ad corinthi.15.

¶ In iſta queſtione ſic ꝓcedã.

¶ Primo inquirã vtrũ corpora beatoꝝ erũt clara vel lucida ſimul ⁊ colorata. ¶ Secũdo inqrã: vtrũ claritas corporũ beatorum erit equalis. ¶ Tertio vtrũ poterit naturaliter videri ab oculis verificatis vel etiam non glorificatis. ¶ Ultimo ad rationes principales.

corpa beatorũ an erũt clara ⁊ colorata.

¶ Quãtum ad primum arti. dicitur ab omnibus: ꝙ corpora beatoꝝ erunt clara Et hoc patet plane ex auctoritate ſcripture ⁊ ſanctoꝝ. Et planum eſt etiam: ꝙ erunt colorata ſm cõplexiones corporũ ipſorũ coloribus decentibꝯ ⁊ ad pulchritudinem eorum pertinentibus.

quõ erũt clara.1. opinio.

¶ Sed de mõ ꝑ quẽ corpora beatoꝝ erũt clara: dicitur ab vno doctore: ꝙ claritas illa corpori cauſabitur ex redundãtia glorie ipſius anime in corpus. quod enim recipitur in aliquo. nõ recipit per modũ influentis ſed recipientis. Et ita claritas q̃ eſt in anima beata ſpiritualis recipitur ĩ corpore vt corporalis ⁊ ſm ꝙ anima ẽ maioris meriti ⁊ ſpiritualiter magis clara: ſm hoc etiã corpus eſt maioris claritatis. Et cognoſcet gloria anime ĩ corporis claritate. et anima erit domina talis claritatis: ſicut dicit.

ꝯ pcedẽtẽ opini.

¶ Sed dico ꝙ iſta dicta ſunt truphatica. et neſcio q̃ ꝑabolica dicta. Primo quia nõ video quõ tãta claritas in corpore poſſit cãliter redundare in corpus ex gloria ipſiꝯ anime. nec eñ aĩa nec aliquid quod ſit vel ponatur formaliter in ipſa habet vel continet virtualiter tantam claritatem. ¶ Secundo. qꝛ nihil valet illud quod adducitur: ꝙ receptũ recipitur ꝑ modum recipientis non ꝑ modũ influentis. hoc enim ſi valet ad propoſitũ: valet ad probãdum: ꝙ anima eſt corporalis et non ſpiritualis. quia recipitur in corpore. ¶ Similiter etiã de claritate ſpirituali ꝙ ipſa recipiatur in corpore: ⁊ fiat corpãlis vel vt corpalis recipiatur: eſt vnũ nihil dictu: quia nec in corpore vt in ſubiecto per ſe recipitur. nec etiam poſſibile eſt ꝙ corporalis fiat vl' vt corporalis recipiat. ¶ Similiter etiã ſequeretur ꝑ hoc: ꝙ eadem eſſet claritas ſpiritualis anime ⁊ claritas ipſius corporis. Tunc enim lumẽ glorie eſſet qualitas corporalis. ¶ Similiter etiaꝫ vltra: ꝙ anima ſit dña illius claritatis: neſcio quid eſt dictu quia nec talem claritatem cauſat: nec eam habet in ſua poteſtate ſiue ꝗtum ad eſſe ſiue ꝗtum ad non eſſe ſiue etiam ꝗtum ad operationem ⁊ iõ nullomodo.

2. opinio

¶ Alius doctor dicit ꝙ claritas iſta nihil aliud eſt ꝗ q̃dã refulgentia manifeſtatiua coloris in corpore beato. vnde ⁊ color dicetur ⁊ erit clarus ſm gradum complexionis ſubiecti ſuo modo. ſicut veritas dicit clara vel huiuſmodi ⁊ color ſtatim ꝗtũ erit ex ſe erit manifeſtatiuus ſui apud ſenſum. ⁊ cauſabitur talis claritas manifeſtatiua coloris in corpore beato vel in corporibꝯ maior vel minor ſecundum exigentiam meritorum. ¶ Et dicit ſicut iam ſequitur ex predictis: ꝙ ſimul in corpe beati erit lux vel claritas et color ipſe tãꝗ diuerſe qualitates. ſicut etiaꝫ inueniũtur ſimul iſta in noctilucis. nam noctilũca de die videtur ſm colorem: ſed de nocte ſm lucẽ. Et patet ex hoc ꝙ ſint diſtincte qualitates. ſicut etiam Auicenna dicit ſexto naturalium: ꝙ iſta diſtinguntur lux color ⁊ lumẽ Color enim terminat viſum. ⁊ nunꝗ eſt ſm Auicẽnã ⁊ ariſtotelẽ niſi in corpore terminato. ſed lux vel claritas dicitur eſſe in fonte vel in ſole: in quibꝯ frequenter non eſt color. lumẽ vero dicitur proprie in medio vt in perſpicuo vel peruio nõ terminãte viſũ.

ꝯ.2. opi. obiectiões vl' dubia.

¶ Sed in iſtis dictis ſunt etiam aliqua dubia. Primo. quia ſi ſic ſitſimul color ⁊ lux in corporibus beati: videtur ꝙ lux occultet: ⁊ non manifeſtet colorẽ. nec ſimul poſſint iſta videri. ſicut etiam in noctiluca de qua ponitur exẽplũ ¶ Secundo. ꝙ ſi lux manifeſtat colorẽ aut hoc eſt quia eſt in eodem ſubiecto cũ colore: aut quia eſt in ipſo colore ſicut in ſubiecto: eomodo quo albedo in ſuperficie. non primo modo. quia nec lux noctiluce manifeſtat colorẽ: licet ſint in eodẽ ſubiecto. quia nõ videntur ſimul lux ⁊ color: Nec ſecũdo modo quia magis videtur lux eſſe ſubiectum coloris ꝗ ecõuerſo nã lux habet rationem prioris: vt videtur ita qꝺ vel neutrum eſt ſubiectum alterius: vel lux magis eſt ſubiectum coloris. ¶ Tertio. quia ĩ aliȷ̃s ad manifeſtationem coloris non oportet: ꝙ aliqua lux vl' claritas ſibi vel ſuo ſubiecto ĩhereat: ſed ſufficit: ꝙ aliquod corpꝯ luminoſum ſibi aſſiſtat. ¶ Quarto. quia dictum illud ſm Auicennã: ꝙ color nõ eſt niſi in corpore terminato: ⁊ nõ in corpore ꝑuio vel dyaphano: videtur eſſe contra mentem et dictum Grego. in auctoritate ſuperius allegata: vbi dicit ꝙ corpora beatorum peruia erũt: ⁊ patebit etiam corporalibus oculis armonia corporis ⁊ complexio interior. ⁊ tamen planum eſt: ꝙ erunt corpora colorata quare. ⁊c.

Mens doctoris

¶ Suſtinendo tamen viã iſtã ⁊ aliqualiter declarando eam. Dico. ꝙ corpora beatorum erunt clara claritate magna ⁊ intenſa: quaꝫ non puto poſſe cauſari in corpe ab aliquo naturali agente ⁊ creato: ſed tantum a deo. Nec puto ꝙ corpus humanũ ſit in potentia naturali ad tantam claritatem vel lucem: ſꝫ in potentia obedientiali tãtũ reſpectu dei agẽtis. vnde ⁊ forte talis claritas non educetur de potentia corporis humani: ſꝫ in corpe ipſo creabit a deo. vel ſi de potentia corporis educetur non tamen educibilis eſt ab agente naturali. et talis claritas erit dos ipſa claritatis. ¶ Secũdo dico: ꝙ corpora beatoꝝ erunt colorata decenter ⁊ cõuenienter ſecundum exigẽtiã ſue ꝓportionis. Et dico: ꝙ color non eſt eadẽ qualitas cum ipſa claritate vel luce: ſꝫ alia ſimpliciter diuerſa: ſicut etiam dicit Auicenna: ⁊ poſſet probari per multa: ſed nõ eſt vis modo. ¶ Tertio dico: ꝙ non video eſſe dicendum neceſſario: ꝙ claritas vel lux informet coloreꝫ nec econuerſo: ſed ambo informant corpus ⁊ ordine quodã. qꝛ color ꝑus ſicut qualitas magis generalis ⁊ cõueniẽs corpi naturaliter ex ſua cõplexiõe claritas vero vel lux poſterius. forte tamen nõ eẽt magnum inconueniẽs ponere: ꝙ lux informaret colorem ſuo modo: informat ſicut color ſuperficiem nec de hoc multuꝫ curo. ¶ Ultimo dico: ꝙ non eſt impoſſibile: ꝙ ſimul ſtent iſta duo ſimul in eodẽ corpore ſcꝫ color ⁊ claritas vel lux: qꝛ nullã habent repugnantiã formalẽ vel etiã virtualẽ: quare non poſſint ſimul ſtare.

ad inſtantias ꝯ.2. opinio.

¶ Ad primam inſtantiam dico. ꝙ in corporibus beatis neutrum occultabit reliquũ: nec ſcꝫ color lucẽ ſeu claritatẽ nec ecõuerſo. ſed magis claritas ipſa ⁊ lux erit manifeſtatiua coloris nec eſt ſilẽ de noctiluca: cuius color ⁊ lux non ſimul percipiuntur. Nam lux ipſius modica eſt ⁊ imperfecta. ⁊ ideo nec eſt manifeſtatiua coloris ipſius noctiluce: ſed requiritur alia lux nec eſt etiã ſui manifeſtatiua preſente maiori vel fortiori ſeu intenſiori luce. Et ideo de die non videtur: ſed tantum color noctiluce. ſimiliter etiam tantũ videtur lux vel claritas eius de nocte. ¶ Ad ſecundam inſtantiã põt dici ꝙ lux vel claritas manifeſtat colorẽ: ſic qꝺ eſt ĩ eodẽ ſubiecto cũ colore: vt dictũ eſt ſupra. nec eſt ſimile de claritate noctiluce ꝓpter rationẽ dictã immediate. Aliter etiã dici poteſt: ꝙ lux vel claritas illa ineſt colori ſuo mõ ſicut albedo vel color ſupficiei. Nec oportet ꝙ lux ipſa vel claritas ſit prior q̃ nõ ſic eſt de colore: ſicut aliqui imaginãtur ſcꝫ ꝙ ex luce cõponatur. ⁊ vltra ipſam aliquid addat. ſic enim lux vel claritas eſſet porꝛ: ⁊ tñ neutrũ eſſet ſubiectũ alterius. ¶ Ad tertiam dico. ꝙ ad manifeſtationẽ coloris beatoꝝ nõ eſſet neceſſaria abſolute loq̃ndo claritas vel lux illa inherens. ſed congruentius eſt ⁊ perfectius eſt magis vt inſit corpori. ⁊ corpus ex ſuis intrinſecis habeat: vnde color ſuus manifeſtetur. ¶ Ad quartam. quod eſt difficilius: rñdet ille doctor: qui ponit illam poſitionem: ꝙ difficilꝯ ſibi videtur: ꝙ corpora beatoꝝ ſint peruia ſimul ⁊ colorata multo ꝗ ꝙ ſint colorata ⁊ lucida vel clara. Colorata enim non ſunt perſpicua nec peruia: ſꝫ ſunt terminatiua viſũ ⁊ terminata ⁊ multomagis oportet hoc ꝗ de aliquibus corporibus in quibꝯ tantuꝫ inuenitur lux vel claritas: non autem color: ⁊ tamẽ ſũt determinata ⁊ nõ ꝑuia vel ꝑſpicua: ſicut patet de ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. color enim eſſe nõ poteſt niſi ĩ corpore terminato: ſicut dicit. Et ideo dicit vltra ad auctoritatem Grego. ꝙ corpora beatoꝝ nõ erũt ꝑuia quaſi dyaphana: vt vitrũ vel aer vel aqua. ſed pro tanto quia in eis erunt pori ſubtiles: quibꝯ mediantibus poterit videri armonia interior ſenſibiliter vel non videbitur ſenſibiliter ſed mentaliter ita perfecte ſicut ſi ſenſibiliter videret: q̃re ⁊c.

¶ Dico tñ ad hoc aliter qꝛ ꝑdicta ſolutio nõ videtur ſaluare mentem nec intentionem Gregorȷ̃. immo nec verba: ꝙ corpora beatoꝝ ſimul erũt ꝑuia ⁊ denſa queadmodum. et vitrum ſuo modo: nihilominus tamen erunt colorata ⁊ lucida vel clara. Nec ẽ hoc impoſſibile virtute diuina licet virtute nature ⁊ de lege communi non ſit color niſi in corpore terminato non ꝑuio vel dyaphano: ita ꝙ deus dabit corpori dyaphanitatem ⁊ ꝑuietatem non obſtante colore et ratone coloris terminabit viſum: rõne tñ dyaphanitatis vel peruietatis et lucis poterit eſſe medium viſus vel videndi. Hec de primo articulo principali.

claritas corporum btõꝝ an erit equalis.

¶ Quãtum ad ſecundũ arti. expedio me breuiter: ⁊ dico ꝙ non erit claritas eq̃lis in omnibus beatis. immo erit maior vel minor ſm exigentiam meritoꝝ ⁊ diuerſã ꝓportionem glorie in ipſis animabus. Unde ⁊ anima q̃ clarius ⁊ ꝑfectius videbit deum ⁊ cõſequenter intenſius ⁊ ꝑfectius fruetur eo habebit clarius ⁊ lucidius corpꝯ. Similiter etiã dico ꝙ nec partes corporis eiuſdem erunt equaliter omnes clare: ſꝫ ille magis q̃ ad claritatẽ ſunt magis diſpoſite ex ſua cõplexione vl' naturali diſpoſitione: ſicut oculus magis ꝗ pes vl' manus. Niſi forte diceretur ꝙ ad illam claritatem q̃ ſupnaturaliter dabitur: omnes partes equaliter ſũt diſpoſite: ⁊ diſtribuetur eis claritas ſm ꝙ magis vel minus fuerunt organa aĩe in merendo. ⁊ ſic etiam de aliȷ̃s dotibus diceret: ſi ponãtur q̃litates ſupernaturales: ſicut ſuperius de impaſſibilitate ⁊ agilitate tãgebat. Tñ poſſet dici ꝙ nõ oportet etiã ꝙ attendatur q̃liter iſte partes fuerunt organa diuerſimode in merendo: licet bene attendatur q̃ntitas meritorum comparando beatum ad beatum. et ita vel equaliter datur ꝑtibus de claritate: ſicut de aliȷ̃s dotibꝯ dicitur: vel inequaliter ſm maiorẽ vel minorẽ diſpoſitionẽ: ſicut ſuperius tangebatur. Hec de ſecundo articulo principali.

claritas btõrũ an poterit videri nãliter a glorificatis ⁊ non glorificatis.

¶ Quãtum ad tertium arti. an. ſ. claritas corporis beati poterit videri naturaliter ab oculo glorificato vel nõ glorificato. Primo de oculo glorificato dicit ꝙ ſic ſicut multi dicunt. ⁊ dicitur ꝙ cõuenienter ⁊ ſufficienter erit claritas illa oculo beato ꝓportionata: nec offendet ipſum in aliquo. ſed potius demulcebit ⁊ delectabit ipſum non enim concomitabitur aliqua immutatio realis vel naturalis diſſoluens oculum vel humores eius et ledens ipſũ: ſicut concomitat: qñ reſpicimus ſolẽ in rota: ſꝫ tñ erit intẽtionalis immutatio. vñ ⁊ oculus glorioſus impaſſibilis eſt paſſione corruptiua: ⁊ abiectiua. nõ autẽ paſſiõe ꝑfectiua: ſicut ſuperiꝯ dicebatur. vnde ⁊ beati mutuo videbunt ſuorũ corporũ claritates. ¶ De oculo aũt nõ glorificato videtur etiam ꝓbabile: ꝙ aliquo modo imperfecte ⁊ raptim vel tranſitorie ſaltem poterit ꝑcipere beatorũ corporũ claritatem. vnde ⁊ in iudicio ad maiorem eoꝝ cõfuſionẽ ipſã ꝑcipient: ſꝫ diu ⁊ permanẽter nõ poſſent eã percipere vel videre nec perfecte. qꝛ ſimul naturaliter in ipſis concomitatur immutatio realis cũ intẽtionali diſſolutiua oculi ⁊ leſiua. Niſi diceretur etiam ꝙ poſſet immutari ſẽſibiliter licet nõ realiter. Nõ curo ꝓpter qꝺ ⁊ oculi diſcipulorum nõ glorificati raptim ⁊ ad horã aliquomodo perceperunt claritatem corporis chriſti in trãſfiguratione: licet diu ⁊ permanẽter ⁊ ꝑfecte eam nõ potuiſſent aſpexiſſe niſi miraculoſe. Et forte etiã dicerent aliqui ſimiliter de oculo glorificato: ſꝫ non ſic dicatur communiter: ſicut ſuperius dictũ eſt de dote impaſſibilitatis. Hec de tertio arti. principali.

ad rões ꝑncipa.

¶ Ad primum argumentum principale dicẽdũ: ꝙ lux ⁊ color cõpatiũtur ſe ĩ eodẽ: ſicut dictũ eſt in corpe q̃ſtionis. Mñ vero dicit in minori: ꝙ lux nõ hꝫ eſſe in corpore terminato. pꝫ hoc eſſe falſũ in ſole ⁊ ſtellis: q̃ ſunt corpora lucida

et terminata vel visum terminantia. Ad secundum dico q corp⁹ lucidū terminatū ⁊ densū occultat naturaliter illud qđ est post se: sȝ diuina virtute cōferēte corpori glorioso puietatē manēte sua densitate aliter fiet vt corpus gloriosū. s. nō occultet illud quod erit post se: imo sit puiū ⁊ possit esse medium vidēdi suo modo sicut vitrū ꝫm verba illa et intentionē Grego. vt sit ciuitas similis vitro mūdo. Ad tertiū dicit vn⁹ doctor q claritas corporis beati ē in potestate voluntatis ipsi⁹ beati: vt imutet vel nō imutet oculū non glorificatū saltē. Et ideo licet psētetur oculo nō glorificato: pōt tñ non immutare ipsum ex iperio volūtatis. et sic fuit factū de claritate corporis christi in oculis discipulorū non glorificatis. Sed istud non intelligo esse verum. Non eñ video q actiuis ⁊ passiuis naturaliter totalib⁹ sufficienter dispositis ⁊ approximatis: in potestate volūtatis create: sic q nō sequatur actio vel passio. Et iō puto esse dicendū q quātū est ex naturis rex sibi relictis: claritas talis psētata oculis q̄buscunq₃ dispositis videretur siue glorificatis siue non: saltē aliqualiter. sȝ si nō videtur vel videretur q̄tūcunq₃ psētata ꝫm libitū voluntatis: hoc non est essentialiter: sȝ cōcomitante ordinatione diuine voluntatis q̄ sic ordinauit non influere ad actum visionis talis claritatis ab oculo nō glorificato nisi placeat volūtati: vel saltem si displiceat voluntati btī hñtis talē claritatē. ⁊ sic fuit factuȝ de claritate corporis christi post resurrectionē: q̄ non videbatur a discipulis euntibus in emaus. Ad illud vero qđ dicit̄ illa claritas esse simpliciter iproportionata oculo corporali multofortius q̄ claritas solis in rota. Dico q nō est simpliciter iproportionata: sȝ proportionata vt possit videri. ⁊ hoc permanenter sine imutatione reali: sicut in oculis beatox: vel trāseunter saltem ab oculis non glorificatis. sicut etiā ⁊ claritas solis in rota ad horā videri pōt: sȝ non pmaneret. ⁊ diu. naturaliter dico pp̄ter imutationē realē ⁊ corruptiuā cōcomitātē: que non cōcomitabitur in oculis beatorum sicut superius dicebatur.

¶ Distin. xlix. De beatitudine corporis. Questio quarta.

Quero quarto vtrū p dotem subtilitatis duo corpora possint esse simul in eodē loco. ¶ Videtur q nō. Illud qđ est simpliciter impossibile: p nullā dotē ē possibile. sȝ simpliciter ipossibile est duo corpora simul esse i eodē loco ꝫm Boetium de trinita. Ubi dicit q eundem locū duobus corporib⁹ fingere nullo modo possumus. ergo ⁊c̄. ¶ Secundo sic per illud qđ nihil est in corpe: non pōt esse corpus cū alio simul. sȝ subtilitas nulla est i corpe: nec ponit aliqđ. Subtilitas. n. iuenitur in corporib⁹ queadmodū ⁊ raritas pp̄ter paucitatem materie sub dimensionibus magnis. sȝ in corporibus beatis non erit paucitas materie. vnde nec erunt rara: sed in eis erit tātū de materia: q̄tū erit necessarium ad bonā cōsistentiaȝ nature. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio. sic si hoc eē possibile. seq̄ret maxime de corpore glorioso ⁊ glorioso q posset eē simul: vt videtur: qr ambo habent subtilitatē ⁊ magis conuueniūt vel pportionāt̄ adinuicē: vt videt̄. sȝ hoc non conceditur. ergo de nullis alijs est concedendum.

Boeti⁹.

¶ Contra subtile dicitur a vi penetrādi et subintrandi aliud. sȝ corpora beatorū erunt subtilia. I. ad corinthi. xv. dicit̄ de corpore: q seminatur animale sȝ surget spirituale: idē subtile. ergo ⁊c̄.

I. ad corī thi. 15.

¶ In ista questione sic pcedā

¶ Primo inquirā de subtilitate corporis gloriosi an scȝ corpora gloriosa erunt subtilia: ⁊ p quē modum. ¶ Secundo inquirā vtrū duo corpora possit esse simul in eodem loco. ¶ Tertio dato q sic: vtrū hoc sit possibile per dotem subtilitatis. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quātum ad primum arti. oportet oēs cōcedere dotē subtilitatis beatorū. sȝ diuersimode ponitur hoc a diuersis. Dixerūt enim quidā: q corp⁹ beati sic erit in potestate anime: vt possit ad impiū anime subtiliari quasi stilus vl̄ ac⁹ ⁊ sic transire p poros minutissimos alterius corporis. ⁊ sic erit subtile corpus ⁊ habēs dotē subtilitatis. ¶ Sed istud nihil est. Tum quia anima non sic pōt habere corpus in sua potestate. Tū qr corpus si sic disponeretur: sicut acus vel hmōi nō esset anime pportionatum nec debito modo organicū: nec firmatum q̄re ⁊c̄. ¶ Alij dixerunt q corpora beatox in resurrectione fient spiritualis nature vel spiritualia: ⁊ per cōsequens subtilia: sicut angelus vel aīa sicut videntur sonare verba Apostoli. Surget inquit corpus spūale. ¶ Sed istud falsū est ⁊ hereticum. Tum quia nō essent eadē corpa nec eiusdem nature q̄ prius. Et ita non resurgeret idē hō q̄ prius. Tū qr iā nō essent corpa nec p cōsequēs iformabilia ab aīabus resurgentiū. Tū qr dicit scriptura in Job. In nouissimo die de terra surrecturus sum: ⁊ in carne mea videbo deum. Caro aūt dicit aliquid corporale non spirituale. Tum quia dicebat saluator discipulis post resurrectionem: Palpate ⁊ videte. qr spirit⁹ carnem ⁊ ossa nō habet sicut me cernitis habere. vñ ⁊ beatus Grego. dicit q caro christi surrexit eiusdem nature. sȝ alterius glorie. Eiusdem nature. s. corpore. quare ⁊c̄. ¶ Alij dixerunt q corpora beatox in resurretione fiēt rara: ⁊ modicū habebunt de materia quasi aer vel ignis cū dimensionibus magnis. vñ ⁊ beati habebunt corpora subtilia: sicut aer. dicitur. ¶ Sed istud etiam ē simpliciter falsum. Tum quia tale corpus non esset ad animā dispositū. Tum qr caro ⁊ os nomināt: ⁊ dicunt corpora dēsa non rara. Tum quia talis subtilitas ad bonā corporis cōsistentiā nō pertinet. Tū quia corpus si sic esset rarū: vel esset corpus simplex vt aer ⁊ sic non esset informabile ab anima. vel eēt aliquod aliud corpus mixtū: ⁊ nō est dare q̄le iō ⁊c̄. ¶ Alij dicunt q dos subtilitatis nihil positiuum absolutum dicit in corpore beati: sed tantum dicit ius quoddam p modum meriti in beato vt ꝫm ordinationem diuinam. ⁊ hoc ipsum deo faciēte vel influentiam suam suspendente a corporibus: ne resistant sibi vel mutuo se expellant: corpus beati possit coexistere corpori non glorioso in eodem loco simul non expellendo ipsuȝ: nec econuerso sine diuisione vel subintratione seu penetratione talis corporis. ⁊ hoc vocatur dos subtilitatis. ¶ Istud posset inpugnari vel etiam sustinari: sicut illud supius de dote impassibilitatis. ¶ Alij dicūt q dos subtilitatis dicit in corpore aliquā qualitatē absolutā: sȝ diuersimode. Dicunt eī quidaȝ q cātur in corpore ex radundantia glorie ipsi⁹ aīe in ipsum corp⁹. Et dicitur corp⁹ beatū spūale ꝫ talē q̄litatē. qr totalit̄ spiritui subiectū inq̄tū spūs vl̄ aīa ē forma corpis. Agilitate vero magis subijcit̄ corp⁹ spiritui inquātū spūs est motor. ¶ Sed istud non video bene dictum sicut alias dixi supra q ex redundātia causet̄ talis q̄litas in corpus. Preterea non video aliam subiectionē corporis respectu anime iquātū forma est in patria q̄ in via. vtrobiq₃ enim corpus ab aīa ⁊ vniuoce informatur: ⁊ corpus sibi subicit̄ vt materia sue forme. ¶ Ideo dicit̄ ab alijs q qualitas ista supernaturalis est simpliciter creata a deo imediate in corpe. ⁊ est dispositio quedā corporis: qua posita in ipso diuina virtus presto est assistēdo corpori: vt ꝫm anime imperiū vel volūtatē possit corpus btī ⁊ gloriosū simul coexistere corpori non glorioso in eodem loco nō expellendo ipsum nec resistēdo iuicē p suas dimensiones nec diuidēdo. Corp⁹ ergo beati subtile est non propter paucitatem materie sub magnis dimensionibus sicut corpora rara dicuntur subtilia ⁊ penetratiua. nec pp̄ter puitatē dimensionis in latum: sicut acus vel stilus dicit̄ subtilis. sed pp̄ter virtutem penetrandi ⁊ subintrandi suo mō sicut vinū pro tanto videlicet. quia habens illā qualitatem superetnaturalē supradictā. potest coexistere corpori glorioso in eodē loco nō expellēdo ipsum nec econuerso. Et hoc vocat̄ penetratio: licet non pp̄rie. quia penetratio pp̄rie importat diuisionem penetrati ⁊ distantiam laterū: q̄ in pposito nō inuenitur. ¶ Dicatur quōcunq₃ melius videtur saluādo rationem dotis ⁊ dicta scripture ⁊ sanctorum. Et hec de primo articulo principali.

Corpa btōrū an erūt subtilia.
1. modus
ꝫ primos
2. modus
Aplus. ꝫ. 2. mo.
Tertiū.
ꝫ tertios
4. mod⁹
5. mod⁹.
Ultimus mod⁹ probabilior.

¶ Quātum ad secundū arti. dicunt aliqui ⁊ plures dixerūt: q̄ dicāt mō: q ipossibile est simpliciter quacunq₃ virtute duo corpora esse in eodem loco repugnante contradictione. Tū qr dimensio loci ⁊ locati est eadē iiij. Phisicox. Si ergo ponantur plura corpora sequitur: q dimensiones eox sint eedē cum dimēsione loci vnica: ⁊ p ɔsequens q eadē dimensio inter se: ⁊ p cōns corpora nō sunt distincta: ⁊ tñ ponunt̄ plura. Tū qr manēte dimensione vtriusq₃ corporis manet repugnantia corporū circa eundē locum. Nam dimensiones sunt rationes talis repugnātie. 4. Phisicox ca. de vacuo vbi Aristo. dicit q si esset vacuū puta dimensiones separate: non posset ibi poni cubus. i. corpus cubicū. manēte aūt cā manet effectus. Tum qr duo contra nō possunt esse in eodem subiecto: nec due forme eiusdē rationis simul p tanto. qr expellit aliud. ⁊ repugnat sibi formaliter circa idem subiectum. ergo similiter de duobus corporibus circa eundem locū. Tum qr vnum corpus non pōt esse in pluribus locis localiter. ergo nec plura in eodē loco. Tū qr sequeretur eundem locum simul esse plenum ⁊ vacuū vel non plenum. qr inpleretur per vnum corpus. et cum hoc esset vacu⁹. q̄a simul posset recipere aliud corpus: vacuum autem est spacium in quo natum ē esse corpus: ⁊ non est. Tum qr punctus simul posit⁹ cum pūcto non distinguitur ab eo. vij. Phisicorūȝ. Alioquin se haberent sicut cōtigua vel consequenter se habentia. ergo similiter nec linea a linea: nec superficies a supficie: nec corpus a corpore. Tū qr impossibile pt̄rahi ab eodem puncto: ad idem. nisi vnā lineā rectaȝ. sed oppositum seq̄retur. Possent enim tot protrahi a puncto loci ad aliud punctum: quot corpora essent simul locabilia in loco. Tum qr duo spiritus non possunt esse simul in eodē loco diffinitiue p se igit̄ nec duo corpa in eodem loco dimēsiue. Tū qr impossibile est q idem vbi vel idē situs sit in duobus subiectis simul: quod tamen esset vex si duo corpa essent simul in eodem loco. Tum quia impossibile est q diuerse partes eiusdem locati sit dimēsiue in eadē parte loci: sicut q habeant eundē situm in toto: qđ enim est dimensiue in loco: sic est q totum est in toto loco ⁊ pars in parte loci. ⁊ alia ps in alia parte. ergo similiter impossibile est de duobus corporibus q dimensiue sint in eodem loco. Tū qr si duo corpa essent in eodeȝ loco sequitur q possint esse infinita in eodem loco pari ratione. Quarto Phisicorū. Hoc aūt est impossibile. Tum qr potētia loci susceptiua corporis vel etiam capacitas totaliter terminatur: sicut et ipletur p vnum corpus occupās ipsam. ⁊ per consequens rātē illo non potest aliud suscipere. ¶ Dicūt ergo isti q nec est possibile: nec vnq̄ fuit factū. q duo corpa simul essent in eodem loco: vnde qñ christus natus fuit clauso virginis vtero: qñ resurrexit clauso sepulchro: ⁊ sic de alijs q̄ adducuntur: dicunt q tunc nō fuerūt duo corpora in eodē loco. sȝ virtute diuina fuit translatum corpus christi de loco ad locum sine hoc q esset vl̄ fieret in loco medio: sicut etiā dicūt aliqui de motu angeli q potest moueri vel trāsire de loco ad locum sine medio. Et quicquid possit angel⁹ planum est q deus hoc potest. q̄re. ⁊c̄.

Duo corpora an possint eē i eodē loco. 1. opinio
resolutio 1. opinio.

¶ Sed quantum ad presentem partic. dico q absolute loquendo virtute diuina. saltē possibile est duo vl̄ plura corpora simul esse realiter ⁊ veraciter presentia i eodem loco. nec implicat hoc aliquā contradictionem. ¶ Ad hoc pbandū adduco aliquas rationes. Prima est hec. si esset impossibile ⁊ repugnaret absolute duo corpa esse in eodem loco simul: aut repugnaret hoc ex parte corporū: aut ex parte loci eiusdem. sed non repugnat hoc ex parte corporum: nec aliquorum q̄ sint formaliter in ipsis: puta nec ex parte dimensionum: nec ex parte substantiarum: nec ex parte qualitatum: nec ex parte ipsorum vbi vel situum. Ex parte substantiarum patet qr substātia substantie non repugnat. nec dimensio dimensioni. q̄a dimēsioni vel q̄titati nihil est cōtrariū. Et dato q dimēsiones essēt cōtrarie ⁊ q ɔ̄ria repugnarēt. adhuc i pposito dimensiones non repugnarent. qr ponuntur ⁊ diuersis subiectis non in eodeȝ: puta in diuersis coloribus locatis. Nec ex parte qualitatum eodem mō: dato q q̄litates corpox essent contrarie. Nec ex parte ipsox vbi vel situum seu respectuum ad vnum locum. qr nihil repugnat diuersos respectus extrīsecos fundari in diuersis subiectis vel fūdamentis ad eundem terminum. sicut etiam nec de duobus respectibus intrinsecis non obstante adequatione q̄titatis extremi ad extremum. vt patet de duabus equalitabus duarum vlnarum ad tertiam. sic in pposito de duob⁹ vbiatis vel locatis ad vnum locum vtriq₃ adequatum vel equalem. Nec

opi. doc. quō duo corpora possunt eē i eodē loco.

repugnat hoc ex parte loci vnius ꝓpter rationem
iam dictā immediate. potest enim nō obstāte ꝙ sit
vn⁹ terminare tales plures respectus ⁊ adeq̄ri plu
ribus locatis corporibus nec terminatio vnius vel
adequatio ad vnum includit negationē adequatio
nis ad equationē negationis vel terminationis al
terius. nec ipsā cōcomitat̄ necessario absolute loq̄n
do. ḡ ⁊c̄. ¶ Dices ꝙ lȝ dimēsio dimensioni forma
liter non repugnet. qꝛ nō cōtrariantur: nec in eodē
subiecto sȝ ī diuersis ponūtur: tn̄ virtualiter ⁊ quo
ad effectus repugnant. Nā vna dimēsio necessario
aliā expellit a loco in quē superuenit. Et ita non pos
sunt simul stare. Dico ꝙ istud non valet. Nā primo
assumit̄ falsum. qꝛ dimēsio dimēsioni non repugnat
nec virtualiter: nec formaliter. Ad nō formaliter:
pȝ. Ad non virtualiter etiā pȝ. qꝛ dimensio non est
forma actiua. iiij. Phisicoꝝ ca. de vacuo. ⁊ ita nul
lum habet effectum. Vn̄ dico ꝙ expellere aliam di
mensionem vel resistere sibi: nō ē effect⁹ dimēsionis
sȝ magis est effectus mouētis vel locantis effecti
ue ipsā dimensionē. Secūdo dato ꝙ assumptū esset
verum: adhuc dico ꝙ aliqua virtute posset suspēdi
talis effectus dimensionis. s. expellēdi aliud corp⁹
ab illo loco: in quo poneretur. sicut suspēsus fuit ef
fectus ignis in camino babilonis ne corpa pueroꝝ
cremarent̄. ⁊ sic dimensio in aliquo loco poneretur
⁊ tn̄ ab eodē loco corp⁹ p̄existens nō expelleretur.
2. ratio. q̄re ⁊c̄. ¶ Secunda ratio est ista. Nō est īpossibile
nec implicat contradictionē ꝙ vna actio vel passio
distincta essentialit̄ ab alia ⁊ prior naturaliter ea po
nat̄ in re ⁊ in effectu ab aliquo agente sine illa. pȝ.
sȝ positio alicui⁹ corporis in aliquo loco ⁊ expulsio
alterius ab eodē sic se habent ꝙ essentialiter distin
gūtur: patet: qꝛ sunt in diuersis subiectis essentiali
ter distictis quia vna in corpore posito de nouo: ⁊
alia ī corpe expulso. ⁊ vna est prior naturaliter alia
qꝛ prius naturaliter ponitur superueniēs corpus in
loco: q̄ȝ aliud expellat̄: lȝ simul tpe fiat vtrūq;. vl̄ da
to ꝙ nullū ordinē habeāt: adhuc vna pōt poni sine
alia. qꝛ vna in nullo depēdet ab alia essentialiter ⁊
necessario nec est respect⁹ ad ipam: sed solū ab agē
te ⁊ subiecto disposito. ḡ ⁊c̄. pōt igitur vnū corpus
poni in aliquo loco ⁊ aliud nō expelli. ⁊ sic duo cor
corpora in eodem loco. ¶ Tertia rō est ista nō ma
3 gis repugnant duo corpa simul esse in eodem loco
q̄ȝ duo cōtraria etiā ī suis excellentijs in eodē sub
iecto: sed scd̄m non repugnat: sȝ est simpliciter pos
sibile sicut ꝓbatum est in .3⁰. ergo ⁊c̄.
4. ¶ Quarta rō quorūcūq; distictio ⁊ pluralitas por
est distinctione ⁊ pluralitate loci : nec dependet ex
ea: illa possūt poni manere disticta ⁊ plura in eodē
loco: vt videtur: sȝ distinctio ⁊ pluralitas corporū
locabilium est prior distinctione locoꝝ locantium
nec dependet ab ea. prius enim naturaliter hoc cor
pus est hoc ⁊ non aliud: ⁊ per cōsequens distinctuȝ
ab alio q̄ȝ locet̄. vnde ⁊ si fieret aliqd̄ corpus extra
celum: sicut posset fieri: ⁊ per cōsequēs extra locū
non minus esset distinctum a quocūq; alio: q̄ȝ si fie
ret in loco vel etiā infra celum. Et similiter de quo
libet taliū si fieret extra celuȝ. ergo ⁊c̄. Probat eīn̄
ista ratio ꝙ nulla contradictio implicatur ex plura
litate corporū nec ex vnitate loci: si duo corpora po
nantur simul in eodem loco: nec minus sunt distin
cta corpora ab inuicem q̄ȝ si in pluribus locis pone
retur. ita ꝙ vnitas vel pluralitas loci accidit corpo
ribus locatis. ¶ Quintam rationem adducit vn⁹
doctor talem. q̄cunq; adinuicem distantia localiter 5.
possunt simul cōuerti in aliquod tertium: ipsa etiaȝ
sibi inuicem p̄sentia possunt in illud conuerti. Ma
gis enim videtur conuenire conuersioni ⁊ simulta
ti sue: ꝙ conuersa sint presētia sibi inuicem q̄ȝ distā
tia. vel saltem non minus videtur conuenire. sȝ vir
tute aliqua simpliciter est possibile: ꝙ duo corpora
q̄ta in diuersis locis posita ⁊ distātia simul conuer
tantur in corpus tertium: puta due substātie panis
in corpus christi ergo virtute aliqua est possibile:
ꝙ duo q̄ta sibi inuicem presentia secundum se tota
⁊ per consequens in eodem loco existentia in idem
conuertantur ⁊ per consequens possibile est ꝙ duo
corpora simul sint in eodem loco. ¶ Sed ista ratio ∃: 5. rōnē
videtur mihi supponere illud: quod deberet ꝓbare
Supponit enim quod ponātur duo corpora sibi in
uicem presentia s̄m se tota: ⁊ sic in eodem loco: ⁊ ꝓ
bat ꝙ si sic ponerentur possent simul conuerti: sicut
distātia. ⁊ hoc nihil est ad ꝓpositum. Diceretur eīn̄
ꝙ suppositio est impossibilis et falsa. Et ideo forte
deberet aliter formari ista ratio sic. q̄cunq; possunt
conuerti in aliquod tertium existens in loco possūt
fieri presentia illi loco simul sine conuersione: vt vi
detur. sed duo corpora possunt simul cōuerti in ter
tium existens in loco. ḡ simul possunt fieri presentia
ante conuersionem vel sine conuersione illi loco. et
per consequens simul possunt esse plura corpora si
mul in eodem loco. ¶ Sic igitur dico ꝙ plura cor doctoris
pora absolute loquendo possunt esse simul in eodeȝ resolutio
loco: nec implicat hoc contradictionem. ⁊ hoc sine
gloriosa siue non. qꝛ de quibuscunq; probant p̄mis
se rationes. ¶ Secūdo dico ꝙ duo corpora vel plu
ra tota possunt esse in eodem loco dimensiue vel cir
cunscriptiue vtrunq;: ita ꝙ ambo circunscribentur
a loco. ⁊ vtrunq; occuparet locum: ⁊ repleret.
¶ Hoc probo. Possibile est duo corpora simul eē
realiter ⁊ veraciter in eodem loco: sicut iam ꝓbatū
est. sed non est hoc minus possibile s̄m modum na
turalē existendi corpus in loco: q̄ȝ secundum aliquē
alium modum. Modus autem naturalis existendi
corpus in loco est esse in loco dimensiue vel circun
scriptiue vt pȝ. ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. sicut non ē
impossibile in duobus fundamentis vel subiectis
equalibus tertio fundari duos respectus intrinse
cos equalitatis ad illud tertiū. ita nō est impossibi
le in duobus corporibus equalibus alicui loco fun
dari duos respectus extrinsecos passiue circunscri
ptionis ad ipsum locum simul terminatos: vt vide
tur: sed illud nō est possibile. ergo nec istud. ¶ Ter
tio dico ꝙ duo corpora vel plura possunt esse simul
in eodem loco non dimensiue vel circunscriptiue sȝ
presentialiter ⁊ vere ⁊ realiter suo modo: sicut cor
pus christi est in altari cum sua quantitate. licȝ nō
sit ibi dimensiue vel circunscriptiue. ¶ Hoc ꝓbo
sic primo. sicut posset deus substantiam corporis se
paratam a dimensione vnam vel plures ponere in
loco non circūscriptiue vel dimensiue: ita ⁊ substā
tiā coniunctam dimensioni: vt videtur. Non enim
respectus presentie ipsius substātie corporis ad lo
cum dependet ex ipsa dimensione: sed ex suāstantia
sicut ex fundamento: et ex loco sicut ex termino et
ex agente. sed substantia corporis separata a dimē
sione posset fieri presēs vna vel plures eidem loco
non dimensiue nec circunscriptiue. qꝛ tunc dimēsio
non esset sibi ratio essendi in loco: nec ipsa ex se ha
bet partem extra partē. igitur etiam substantia cor
poris vna vel plures potest esse in eodem loco non
dimēsiue vel circūscriptiue. ¶ Secūdo sic ⁊ est de
q̄titate ⁊ substantia corporis cōiuncta q̄titati de
us potest facere corpus q̄tuȝ esse in loco sic ꝙ totū
corpus est in toto loco. et totum in qualibet parte
vt patet de corpore christi ⁊ sua quantitate in alta
ri sub specie panis et hoc idem posset si species pa
nis esset equalis secundum quantitatem ipsi corpo
ri christi : sicut probatum est supra in tractatu de
eucharistia : sed vnum corpus existens hoc modo
in vno loco nullam habet repugnantiam ad aliud
corpus in eodem loco q̄n possint eo modo simul sta
re vt videtur. Non plus enim habēt repugnantiaȝ
ab inuicem sub tali modo existēdi q̄ȝ sub modo exi
stendi vtrūq̄ȝ dimensiue. ergo ⁊c̄. Sic ḡ diffinitiue
si tantū in vno loco vel presentialiter ⁊ non diffini
tiue si in pluribus locis possunt esse duo corpora in
Dubiuȝ. eodem loco vnico vel solo: vel in pluribus sic ꝙ am
bo in quolibet locoruȝ illorum vt videtur. ¶ Sed
tunc est dubium qualis respect⁹ est corporis ad lo
cum: in quo est non dimensiue vel circunscriptiue:
sed quasi simplex ⁊ indiuisibile : vt angelus suo mō
vtrū. s. talis respctus sit simplex ⁊ indiuisibilis non
coextensus corpori. An verum sit diuisibilis habēs
partem extra partē ⁊ coextensus corpori. Non pri
mo modo vt videtur . quia tunc ꝓprius modus exi
stendi spiritum in loco conueniret corpori. quod est
impossibile. sicut impossibile est ꝙ ꝓprius mod⁹ cor
poris puta dimensiue existere in loco conueniat cor
pori. Et similiter talis respectus tunc esset forma
spiritualis non extensa. ⁊ per consequens non edu
cta: quod non videtur nec secūdo modo. qꝛ talis re
spectus habet partem extra partem vel partem et
partē videtur ꝙ sicut tot⁹ respectus terminatur ad
totum locum sic pars respectus ad partem loci: et
sic corpus s̄m illum respectum est in loco dimensiue
solutio. 1 circūscriptiue: cuius oppositum dicebatur. ¶ Ad
hoc autem respondetur ab vno doctore in suo coli
beto: ꝙ sicut non est inconueniens fundari in subie
cto indiuisibili formam diuisibilem habentem par
tem ⁊ partem ⁊ extra partem: sicut motum continu
um ī angelo: qui secundū doctores magnos potest
moueri motu continuo s̄m continuitatem spacij: lȝ
sit in se simplex ⁊ indiuisibilis. sic non est inconueni
ens fundari in corpore diuisibili respectum indiui
sibilem existendi in loco: q̄ respectus totus est in to
to corpore ⁊ totus in qualibet parte: ⁊ terminatur
totus ad totum locum ⁊ totus ad quamlibet partē
loci ⁊ tunc diceretur ꝙ talis repectus spiritualis ē
isto modo: ⁊ solum creatur a deo nec educitur de po
tentia subiecti. ⁊ est simpliciter supernaturalis: nec
est eiusdem rationis cum illo respectu angeli ad lo
cum in quo est. vnde nec corpus vniuoce est in loco
cum spiritu secundum istum respectum. patet qꝛ to
tum corpus est in toto loco ⁊ totum in qualibet par
te. Non sic autem totus spiritus ⁊ quelibet pars.
quia in spiritu nec est totum nec pars. Et ita patet
ꝙ fundamentum variatur : ⁊ per consequens ratio
respectus. Quod autem talis respeetus simplex ⁊
indiuisibilis possit in corpore recipi : lȝ sit q̄tum et
indiuisibile. patet. sicut etiam anima simplex ⁊ indi
uisibilis recipitur ī corpore diuisibili ⁊ quanto. Et
ponitur vnum aliud exemplum ꝙ respectus realis
totius ad partes suas simplex est ⁊ indiuisibilis so
li toti conueniens: ⁊ non conuenit parti alicui: sicut
nec esse totum: ⁊ tamē recipitur in toto: quod est di
uisibile ⁊ q̄tum: sic in proposito etiam est possibile
vt videtur. ita ꝙ iste respect⁹ non diuiditur nec ex
tenditur extensione fundamenti: sicut nec ille. Solu. 2.
¶ Aliter etiam respondet idem doctor ꝙ corpus
⁊ est ens vel hoc ens: ⁊ est q̄tum vel hoc q̄tum . et
in ipso distinguitur ex natura rei ratio entitatis a
ratione quantitatis. Et hoc ens ab hoc q̄to. ⁊ prius
natura est hoc ens q̄ȝ quantum vel hoc quantum.
Et tunc dicit vltra ꝙ talis respectus simplex ⁊ in
diuisibilis posset fundari super corpus inquantum
hoc ens: quia vt sic non couenit sibi habere partem
et partem vel extra partem. sic enim conueniret cui
libet enti: vel q̄ est hoc ens. sed sibi conuenit habe
re partem ⁊ partem quantum est. ⁊ vt sic ab aliqui
bus diceretur non posse fundari in eo talem respe
ctum simplicem ⁊ indiuisibilem: qui non valent te
nere primam responsionem. ¶ Sed ista respon ∃. 2. solu.
sio non placet mihi. Supponit enim ens vniuoce di
ci ⁊ vniuocatione reali de entibus: ⁊ distingui ens
es ex natura rei ab ente tali vel tali: q̄to: vel quali
vel substantiali: cuius oppositum dixi ⁊ probaui in
primo. distinctione. 8. Similiter etiam prima respō
sio non est necessaria: licet possit sustineri: sed potest
dici ꝙ tali respectus fundatus in corpe non est sim
plex ⁊ indiuisibilis : sed habens partem et partem
vel extra partem. sicut ⁊ corpus vel q̄tum in quo fū
datur. Ita ꝙ totus est in toto corpore ⁊ pars ī par
te. nec oportet ꝙ s̄m ipsum corpus sit in loco dimē
siue vel circunscriptiue. Tum quia corpus sic exi
stens in loco potest esse maius loco. Tum quia licet
totus respectus sit in toto corpore: ⁊ pars in parte
totus tamē respectus potest terminari ad totum lo
cum: ⁊ similiter q̄libet pars eius: sicut totum corp⁹
ponitur in toto loco. Et similiter quelibet pars ei⁹
in toto loco. ⁊ sic non dimensiue vel circunscriptiue
Et dato ꝙ sit educibilis de corpore ⁊ sibi coexten
sus nō tamen oportet ꝙ a creatura vel natura pos
sit educi : sicut nec de multis alijs: hoc sequitur vt
alias ego dixi. correlari
¶ Ex quo etiam patet ꝙ non est eiusdem rationis um.
iste respectus cum vbi circunscriptiuo vel di
mensiuo: qui sic totus terminatur ad totum locum
ꝙ pars ad partem non ad totum. Sic de isto dubio
nisi ꝙ in prima reponsione illius doctoris ponitur
vnum exemplum valde dubium de respectu totius
extensi ad partes. Non enim videretur esse simplex
et indiuisibilis ⁊ inextensus: sed videtur extensus.
sic ꝙ totus respectus conueniat toti: ⁊ ps illius re
spectus conuenit parti: nec tamen pars dicatur to
tum: sicut nec pars respectus dicitur totus respect⁹
sed pars eius. tamen etiam sic dicendo apparēt ali
qua dubia. ⁊ ideo sub dubio relinquatur: an totius
q̄ti ad partes sit realis respectus. Et dato ꝙ sic. qꝛ
bene ponunt aliqui ꝙ non. cum totum homogeneū
non sit aliud a partibus: an sit simplex vel toti co
extensus.
¶ Quarto dico q̄tum ad presentem articulum: ꝙ
duo corpora vel plura possunt simul esse in eodem
loco: sic ꝙ vnū dimensiue vel circūscriptiue ⁊ aliud
non dimensiue licet presentialiter. Et hoc satis ap
paret ex dictis. Qua ratione enim est possibile am
bo simul esse in loco dimensiue vel ambo non dimen

siue: eadem ratione vnum dimensiue secundum modum existendi naturalem ⁊ aliud non dimensiue p̄ter modum essendi naturalem. Non est enim difficilius: q̄ vnum existat secundum modum essendi naturalem ⁊ aliud non: q̄ ambo p̄ter modum naturalem vt videtur. potest enim in vno causari modus non naturalis ⁊ in alio relinqui modus naturalis. Sic igitur patet q̄ diuersimode possibile est absolute loquendo duo vel plura corpora in eodem loco quia nulla repugnantia in hoc inuenitur.

quō duo corpa sūt ⁊ fuerunt simul.

¶ Vltimo dico: q̄ aliquando de facto ita fuit ⁊ est modo: q̄ duo corpora fuerunt vel sunt simul puta corpus christi cum corpore virginis in natiuitate. quia exiuit clauso vtero. Et similiter corp⁹ christi cū corpe lapidis ī resurrectione. q̄ christ⁹ ī resurrectione sua surrexit clauso sepulchro. Et sīr cum ianuis clausis: quādo intrauit ad discipulos: ⁊ similiter cum corpore cely in ascensione: ⁊ modo etiam ē simul cū celo empyreo. in quo casu patet q̄ licet posset c̄tum ad alia sustineri forte responsio aliorum de translatione corporis ab extremo in extremum non per medium: tamen hic non potest sustineri q̄n fuerint duo corpora simul in ascēsione. s. corp⁹ christi ⁊ celum empyreū: in quo collocatur: ⁊ stat mō celo non diuiso. q̄ non est nature diuisibilis. Nec ponitur ab aliquo diuidi: dato q̄ in ipso sit corp⁹ christi: similiter ⁊ erunt cum ipso corpora beatorum: in celo empyreo post resurrectionem quiescentium.

Ad rōes 1. opinio

¶ Ad primum igitur aliorum respondetur vnomodo q̄ Aristote. intendit probare q̄ spacium non est locus sicut aliqui posuerunt. Nam cum ipsum spacium sit illud quod est: ⁊ continetur inter latera continentis: donec superueniat aliud corpus ⁊ sic habeat rationem locati: sequitur si spacium est locus: q̄ sit eadez dimensio loci ⁊ locati. hoc autem est inconueniens et impossibile secundum eum: vbicūq̄ loquitur de loco ⁊ locato. et ideo impossibile est q̄ spacium sit locus. Aliter respondetur q̄ dimensiones loci ⁊ locati sunt eedem. Non quia sint vna dimensio: sed q̄ sunt equales et simul: quando locatur dimensiue locatur in loco: ⁊ vna infra aliam continetur. Nec obstant situaliter: sicut duo locata in diuersis locis.

Et ita nihil habent de intēto. Hoc enim posito potest dimensio loci esse vna ⁊ dimensio locati esse plures ⁊ plura locata sicut dictum est supra: q̄ dimensio locati potest esse vna. ⁊ dimensiones loci plures quando vnum corpus est in pluribus locis. Non enim magis necessario connumeratur locus locato q̄ ecōuerso. ¶ Ad secundum dico q̄ dimensiones non sunt rationes formales immo nec virtuales repugnandi duo corpora in eodem loco. quia nec repugnant sibi inuicē circa eundem locum: vt magis ostensum est supra. Et dato q̄ essent rationes repugnandi virtualiter quo ad effectus: tamen possunt tales effectus suspendi manentibus dimensionib⁹ ipsis vt superius dicebatur. A philosophum quarto physicorum dico q̄ estimauit simpliciter repugnare simul circa eundem locum plura locata: ⁊ rationem illius repugnātie attribuit dimēsionibus. Et ideo dixisset conuenienter q̄ stantibus dimensionibus nullo modo nec aliqua virtute duo corpora possunt ī esse in eodē loco. Et ad hoc mouebatur. q̄a non videbat nec experiebatur oppositus fieri: sicut nec fit per naturam. Et ideo reputauit simpliciter impossibile: ꝯ male hoc probasset.

¶ Ad tertium dicitur vno modo de contrarijs q̄ non possunt simul stare in eodem subiecto saltem ī suis excellentijs. quia circa idem subiectum mutuo se expellunt. sed non est simile de duob⁹ corporib⁹ circa eundem locum. Non enim dimensiones eorū sunt contrarie: nec ponuntur circa idem subiectum Similiter etiam de duabus formis q̄ ponuntur circa idem subiectum: inter quas est incompossibilitas formalis: licet sint eiusdem rationis non ratione contrarietatis vel habitus ⁊ priuationis: sed ratione capacitatis subiecti que per vnam illarū terminatur ⁊ completur: ⁊ fit ex ipsa ⁊ subiecto forma liter vnum: ⁊ sic sequitur vnitatem subiecti. non sic vero locatum vnitatez loci. Sed aliter dico sicut dixi alias in. iij. q̄ tam duo contraria in suis excellentijs c̄ etiam due forme accidentales etiam absolute ⁊ eiusdem rationis possunt simul in eodem subiecto. nec habent ī cōpossibilitatem similiter vel repugnantiam formalem. Et ideo non valet argumentum minor enim est falsa.

¶ Ad quartum respondet vnus doctor in quarto suo: q̄ non est simile de vno corpore in pluribus locis ⁊ de pluribus corporibus in vno loco localiter primum enim est impossibile: sed ām est possibile. Et rationem assignat. q̄ si ponatur idem corpus ī pluribus locis localiter: sicut locus est extra locum et diuiditur a loco: ita oportet locatum diuidi a seipso: ⁊ per consequens non manere vnum: sed non sic in proposito. Non enim oportet aliquid a seipso diuidi vel separari: dato q̄ duo corpora sint in eodem loco. Sed ista solutio nihil valet. Primo quia non video quare plus locatum distinguatur: vel diuidatur: si ponatur in pluribus locis dimensiue c̄ quando ponitur sacramentaliter. Ita enī veraciter presens est ⁊ realiter pluribus locis diuisis ⁊ distantibus. sicut quando localiter. Secundo quia non video quare oporteat corpus diuidi et multiplicari: quando ponitur in pluribus locis localiter: c̄ oporteat corpori vniri vel vnum fieri secundum vnitatem loci: quando ponuntur plura in eodem loco. ⁊ tamen nō oporret secundum. ergo nec primum. Et ideo dico sicut dixi supra in hoc quarto. q̄ idem corpus absolute loquendo potest simul esse in pluribus locis dimensiue ⁊ circūscriptiue: ⁊ duo etiā in eodē loco dimensiue ⁊ circunscriptiue.

¶ Ad quintum dico q̄ ex illa positione non sequitur locum simul esse vel posse esse plenum ⁊ vacuū vel non plenum simpliciter. Nam si locus habet in se corpus occupans ipsum: dico q̄ est plenus ⁊ non potest dici vacu⁹: quia vacuitas absolute dicta dicit priuationem vel carentiam. cuiusliber corporis a loco: in quo natum est esse tale corpus. Non sic est autem posito vno corpore in loco: non autem alio: quod posset adhuc capere ipse locus. Vnde non ē dicēdus loc⁹ talis plen⁹ ⁊ nō plen⁹ absolute: ꝯ absolute plen⁹ ꝯ q̄ sit plen⁹ nō habeat ex corpore: qō non est in ipso: ⁊ qō posset adhuc suscipere: sed magis ex corpore qō est in ipso: ⁊ actualiter occupat ipsum. alioquin enim posset dici etiam dato quod ī loco nō posset eē simul nisi vnū corp⁹ posset dici locus simul plen⁹ ⁊ nō plen⁹: vel vacu⁹ q̄: dū ꝯ vnū corpus caret alio qō potest suscipe: ꝯ nō simul cum illo. Si igit dicaf loc⁹ plenus ⁊ nō ple⁹ nō ꝺ dici absolute ꝯ debet dici plen⁹, vno corpe. s. illo qō ꝯ

Ad. 6. 1. solu.

⁊ nō plenus alio quo caret. Et ista non ptradicūt q̄ nō sunt ām vel respectu eiusdē. ¶ Ad sextū de p̄ctis ⁊ superficiebus ⁊ lineis simul positis ⁊c. Respōdetur multipliciter. Vno modo q̄ talia simul posita sine subiectis diuersis facerent vel cōstituerēt vnū. quia ām aliquos nō hñt vnde distinguātur ab inuicē: nisi ex subiectis. ām aliquos facerēt vnum sine subiectis. q̄ homogenea simul cōcurrentia faciūt vnū c̄tū est ex se: sicut vinū ⁊ vinū ⁊ aqua cū aqua posita cōstituit vnam aquā: sic etiā duo puncta vel due linee simul posite facerēt. Ad hic aūt ponunt manere subiecta distincta: puta substantie ipe: ⁊ iō dimēsiones ⁊ puncta manēt distincta omnia. ⁊ nō cedūt in vnū.

Secūs.

¶ Alius dicit q̄ pūctus ⁊ linea: ⁊ talia mathematica nō solum habēt q̄ distinguātur ⁊ numerētur ex subiectis ⁊ indiuiduātur per ipa: quod est cōmune aliis accidentib⁹ sed ex situ: diuersio vel vario habēt q̄ variētur: ⁊ diuersent. Vnde dato q̄ nō manerēt subiecta duarū linearū: si tū manerēt in sitibus diuersis: adhuc distingueretur ⁊ vtroq̄ circūscripto: puta tam diuersis subiectis c̄ diuersis sitibus nō manet ratio distinctionis talū. Et ideo dicit vltra q̄ punctū additum vel simul positum pūcto vel linea siue subiecto faciunt vnū. sed non oportet si ponātur manere subiecta distincta: sicut ponūtur in ꝓposito due substantie vel duo corpora.

ꝯ. 1. solu. 6.

¶ Cōtra primam solutionem videtur michi primo q̄ indiuisibile additum indiuisibili: licet sint eiusdem rationis: nō propter hoc constituunt vnum. Non enim partes sicut debet habere totus homogeneum: nec possunt cedere in vnum habens partes: qō sit eiusdem rōnis cum eis sicut patet. Et ideo puto q̄ puncta simul posita etiam sine subiecto nō cederēt in vnum.

¶ Secūdo q̄ sicut due linee vel superficies sine subiecto simul posite necessario facerent vnū: ita ⁊ due substātie: puta due aque vel duo vina. ⁊ sic ām illā responsionez sicut due superficies sine subiectis non possent stare simul ⁊ manere distincte in eodē loco ita nec due tales substantie nec due linee vel dimēsiones in talibus substātijs. ⁊ sic nō possent eē due aque vel duo vina in eodē loco: qō ē falsum.

ꝯ. 2. solu. 6.

¶ Cōtra sedam responsionē c̄tum ad illud qō addit: q̄ mathematica ex situ distinguūtur ⁊ numerātur vltra subiectū. q̄ nec p subiectum nec per situm. Q̄ non per subiectū p̄z. q̄ p̄t separari a subiecto: sicut quātitas ī sacramēto. Q̄ nō p situs. quia situs est aliquid posterius quantitate situata vel posita. quare ⁊c. Similiter etiā situs nō dicit nisi respectū situati ad locū. sed nō opz q̄ talis respectus sit vn⁹ sed potest multiplicari ⁊ distingui dato q̄ loc⁹ sit vnus. ergo ⁊c.

¶ Cōtra aliud etiā qō dicit in hac solutione sc̄z q̄ cōsideratio linee vt in subiecto est naturalis ⁊ nō mathema. Et ita mathematic⁹ non potest summere distinctionē istorum puta linearū vel punctorum vel hmōi ex subiectis: sed tm̄ ex diuerso situ: qui ad mathematicum pertinet: arguit alius doctor. q̄ eadem est linea mathematica ⁊ naturalis differunt solum ām considerationem abstractiuam linee a qualitatibus physicis: non intelligo eas quādo intelligitur linea. ergo ex eisdem realiter accipitur distinctio vel nūeratio linee naturalis ⁊ mathematice. ⁊ si separate a subiectis simul posite faciunt vnum: sicut dicūt alij eadem ratione ⁊ coniuncte subiectis, quia sunt eedem.

¶ Sed ista obiectio non videtur ad mentem predicte responsionis. Non enim vult p̄dicta respōsio q̄ alia sit linea naturalis a mathematica: sed eadē realiter. Alioquin geometra nullā scientiā haberet de linea naturali cōiuncta qualitatibus sensibilibus: nec de mēsura vel passione eius: qō est falsū: sed intēdit q̄ ex alio habet distingui in c̄tū est naturalis. q̄ per subiectū ⁊ ex alio in c̄tū mathematica. q̄ per situ sicut eadē existēs diuersimode cōsiderat a naturali p̄o ⁊ mathematico.

Alia solutio ad 6.

¶ Soluitur autē aliter predictū argumentū q̄ nō oportet puncta simul posita concurrere in vnū: nec superficies similiter nec lineas: nec corpora. dato q̄ sint in eodē loco. Ad philosophū vero respondeō q̄ punctus additus pūcto nō facit maius. q̄ nō plus habetur cōtinuum c̄ p̄ius: licz remaneat a pūcto distinct⁹ ⁊ sic eodē modo se habēt ista duo pūcta ad cōstitutionē contnui sicut ⁊ vnū. nō q̄ sint vnū similiter de lineis in eodē loco vel situ nō aliter se habēt ad constitutionē alicuius figure c̄ vna tātum. patet. et sic nō refert quātum ad mathematicū vna linea ⁊ plures simul. q̄ nō variatur figura: nec plus constituitur per illas plures c̄ per vnā. Ex hoc autez non habetur q̄ fiant vna linea vel vnus punctus. Et similiter dico q̄ nec fit vnū corpus dato q̄ sint plura corpora simul: licet bñ oporteat q̄ sint figure similis ⁊ quātitatis equalis: si ambo sint in loco circū scriptiue: ⁊ vtrūq̄ totū sit in loco illo: ⁊ occupet totū locū: licet nō oporteat q̄ sint equalis quātitatis nec figure similis: si nō sint ambo ī loco circūscriptiue vel alterū sit in loco circūscriptiue tm̄ ām partē cum alio existēte ām totū sicut patet: quare ⁊c.

Ad. 7.

¶ Ad septimuz dicit q̄ inter duo puncta in eodē corpore nō possunt protrahi plures linee recte in diuersis corporibus locatis infra illū locum sed bene inter duo puncta loci opposita possunt protrahi plures linee recte in diuersis corporibus locatis infra illū locū. ⁊ ille ponerētur ⁊ essent simul sicut ⁊ corpora illa: ⁊ pūcta loci nō terminarent tales lineas: sed pūcta illis corporibus formaliter intrinseca: quare ⁊c. Aliter dicit q̄ plures linee mathematice recte nō possunt protrahi ab eodē puncto ad eundē punctū. q̄ tūc non distingueretur eo q̄ vt sic nō distinguunt nisi in situ: ⁊ idē esset situs earū: sed due vel plures naturales in subiectis distinctis possunt protrahi a puncto ad punctū. Sed de ista solutione nō curo: q̄ superius cōtra eam est argutū.

Ad. 8.

¶ Ad octauum dico q̄ duo spiritus possunt esse in eodē loco diffinitiue ⁊ per se. Nec in hoc aliqua repugnātia inuenit: licet nō sit possibile q̄ vn⁹ sit in pluribus locis diffinitiue: q̄ esse hic diffinitiue est sic esse q̄ nō alibi. potest tm̄ esse in plurib⁹ locis vere realiter ⁊ p̄sentialiter.

Ad. 9.

¶ Ad nonuz dico q̄ accipiendo situ p̄o respectu situati ad locum vel ad partē loci: si ponant duo corpora in eodē loco: adhuc situs talis diuersificat ⁊ multiplicat sicut ⁊ corpora ipsa ⁊ etiā ipsum vbi. ita q̄ amborū corporū non est idem situs: licet sit idem locus. ⁊ sic procedit argumentū. Sed accipiendo situ p̄o loco sicut frequēter accipit. Dico q̄ situs potest esse idez duorū corporū sicut ⁊ locus. Nec situs isto modo acceptus inheret formaliter corpi locato sicut etiā nec locus.

Ad. 10.

¶ Ad decimū dico q̄ due partes continui circūscriptiue locati manēte sua continuitate nō possunt esse circūscriptiue in eadem parte loci:

licet forte nō circūscriptiue. in primo eñ contradi
ctio implicaṫ. nam esse circūscriptiue in loco est sic
esse in loco: ꝙ totū locatū sit in toto loco ⁊ pars lo
cati in parte loci sibi correspondēte: non quelibet
pars in qualibet parte. q2 tunc existēs in loco circū
scriptiue fm quod huiusmodi posset esse circūscri-
ptiue totū in toto ⁊ totuȝ in qualibet parte: qđ est
contradictio. Et tota repugnātia est ex cōtinuita
te locati ⁊ ex modo essendi circunscriptiue in loco.
Sed nō sequiṫ hoc incōueniens de duobus corpo
ribus ī eodē loco circūscriptiue locatis. quodlibet
eñ est ibi sic ꝙ est totū in toto loco ⁊ pars locati in
parte loci: ac si recte vnū locatū tm̄ esset ibi. ¶ Si
dicas quare nō potest eadē pars locati esse dimen-
siue vel circūscriptiue simul in pluribus partibus
loci: sicut ⁊ ideȝ totū corpus fm te potest esse simul
dimēsiue in pluribus totis. Et videṫ hoc sequi ex
eo qđ supius īnuebaṫ: licȝ sub dubio. Dicebaṫ eñ
ꝙ forte eadē pars locati cū hoc qđ est in vna parte
loci dimēsiue: potest esse in alia simul non dimēsiue
⁊ per cōsequēs dimēsiue: vt videṫ. quia si fm modū
essendi innaturalē: multo fortius fm modū essendi
naturalē. Et sic redit cōtradicta vel dico ꝙ manē-
te cōtinuitate totius locati ⁊ sua locatione dimēsi
ua ex necessitate istoꝝ sequiṫ ꝙ eadem pars locati
nō potest esse in pluribus partibus eiusdē loci di-
mēsiue: sicut superius est deductū. quia impossibile
est ⁊ implicās contradictioneȝ ꝙ locatū sit in loco
dimēsiue sic ꝙ totū in toto ⁊ totū in qualibet par-
te. Sequiṫ eñ contradictio ꝙ totū sit equale parti
⁊ ecōuerso: licet bene sit possibile ꝙ eadē pars lo-
cati dimēsiue in pluribus locis simul sit dimensiue
in pluribus partibus diuersoꝝ locoꝝ: sicut ⁊ totū
locatū simul potest esse in pluribus locis dimēsiue
Ad cōfirmationē dico ꝙ ex illo non sequitur istud
contradictione repugnāte: sicut iam est ostensum.
Ad.11. ¶ Ad vndecimū frequēter respondi ad illā conse
quētiam. ⁊ dico ꝙ nec ex vnitate loci: nec ex plura-
litate locati repugnat quin possent eē infinita cor
pora ī eodē loco: sicut ⁊ duo illis similia. Nec ex li
mitatione loci in hoc repugnāt. vnde si essent infi-
nita locabilia in eodē loco: ita possent ibi esse simul
sicut duo illorū. verū est tn̄ ꝙ fm Aristo. non pos-
sent esse infinita corpora in eodē loco: quia nec in-
finita possent esse. Nec duo etiā fm eum possunt es
se in eodē loco. Aliter diceretur ꝙ nō sequiṫ si duo
ergo infinita: nō quia repugnat ex pluralitate cor
porū: ⁊ scđm hoc tenet cōsequētia Aristo. sed quia
ex limitatione loci repugnat ⁊ ex capacitate finita
Ad.12. sed non curo. ¶ Ad duodecimū dico ꝙ potētia lo
ci receptiui alicuius dimensiue adequatur ⁊ reple
tur p corp⁹ sibi equale fm adequationē quātitatis
q2 nō pōt recipe dimensiue maius corpus: sed non
adequaṫ sic quin cū hoc possit recipe aliud corp⁹:
q2 receptio vni⁹ nec est priuatio receptiōis alteri⁹
nec habet eā secū necessario annexā: sicut declara-
tum est supra. quare ⁊c̄. hoc etiā de receptione non
dimensiua. quia vno corpore recepto non dimēsiue
potest etiam aliud recipi: sicut supra. Aliter respō
det vnus doctor ꝙ potentia receptiua loci vel ca-
pacitas eius duplex est: vel dupliciter potest acci-
pi. Uno modo naturalis in cōparatione ad agens
naturale. ⁊ sic adequatur ⁊ terminatur per vnū cor
pus. Alio modo vt obediētialis: ⁊ sic nō adequaṫ
per vnum corpus: sed ab agente supernaturali re-
spectu cuius dicitur potentia obediētialis: potest
recipere plura: licet non p agens naturale. hoc ma
gis apparebit in sequenti articulo. ¶ Tamen cir- Nota.
ca hoc est notādū ꝙ si distinguātur a ꝓposito potē
tia vel capacitas naturalis ⁊ obediētialis: nō sunt
due capacitates: sed eadem ad diuersa agentia cō-
parata. Hec de secundo articulo questionis.

¶ **Quantum ad tertium arti**culum dicūt aliqui ꝙ per dotem subtilitatis quaȝ   Duo corpora amp dotē subtilitatis possūt esse ī eodē loco.
vocant qualitatē absolutam in corpore beati: per
quam tollitur grossicies ⁊ inepta corpulētia q̄ im-
pedit penetrationem: possunt esse duo corpora simł
scilicet vnum gloriosum ⁊ aliud nō gloriosum.
¶ Tum q2 cuilibet doti oportet assignare aliqueȝ
effectum vt videtur. sed nullus ali⁹ potest assigna 1. opi.
ri doti subtilitatis q̄ penetrare vel corpus glorio
sum cum non glorioso simul stare. ¶ Tum quia
oportet ponere aliquid in beato per quod habeat
in sua potestate seip̄m intimare corpori nō glorio-
so: quādo voluit. ⁊ hoc nō videtur nisi dos subtili-
tatis. ¶ Tum q2 si per dotem subtilitatis nō possȝ
hoc fieri: sed solum diuina virtute: tūc equaliter de
beret dici ⁊ cōcedi corpus gloriosum posse simul eē
cum glorioso: vel non gloriosum cū non glorioso:
sicut gloriosum cum nō glorioso. q2 equaliter sunt
ista possibilia deo. sed hoc nō conceditur: nec diciṫ
¶ Tum q2 anima resumpto corpore glorioso non
impedietur in aliquo per tale corpus. Cum igitur
ante resumptionem corporis separata existēs pos
set se intimare corpori nō glorioso ⁊ esse simul cum
eo: videtur etiam ꝙ corpore tali resumpto hoc au
tem non est nisi per dotem subtilitatis. ¶ Tuȝ q2
subtile eo modo quo cōuenit corporibus beatis di
citur a vi penetrādi: sed istud penetrare non est ni
si corpus seip̄m alteri itimare ⁊ simul facere. ⁊c̄.

¶ **Alij dicunt** ꝙ nedum p dotem subtilitatis: sed etiam per natu-   2. opinio
ram: ⁊ virtute naturali duo corpora possunt esse: et
sunt frequenter simul. ¶ Tum quia in ferro igni-
to simul est ignis ⁊ ferrum. Nisi dicatur ꝙ due for
me substātiales disparate. s. ferri ⁊ ignis simul sint
in eadem materia: quod est absurdum. ¶ Tum q2
in vase pleno cineribus si apponatur aqua simul ē
aqua ⁊ cinis. Non enim magis impleretur vas q̄
prius. Similiter quādo vitro cum vino poniṫ pa-
nis: simul est panis ⁊ vinum. ¶ Tum quia in qua
libet parte corporis humani sunt simul quattuor
elemēta manētia sub formis ⁊ quātitatibus ip̄sis.
⁊ similiter ī corpore simul sunt quattuor humores
distincti: qui sunt quattuor corpora. ¶ Tū q2 quā
do duo corpora tangunt se in aere vel in aqua cum
oporteat ꝙ quodlibȝ sit humectū: ⁊ humiditas nō
fit sine subiecto suo: puta sine aere vel aqua: opor-
tet ꝙ duo corpora sint simul: puta humidum ⁊ hu-
mectum. Hoc exemplūȝ ponitur secūdo de anima.
¶ Tum quia alimentum et alitum oportȝ natura
liter esse in eodem loco prius naturaliter q̄ alimē-
tum conuertatur in alitum. et tamen sunt duo cor-
pora distincta. ¶ Tum quia dimensio naturaliter
non repugnat dimensioni etiam circa eundem lo-
cum. quia inter eas nulla est formalis seu virtualis
repugnantia sicut dictum est supra. Et ptȝ. Nam
quantitas ⁊ qualitas que secundum se est corpora
lis: dato ꝙ non ineēt q̄to non repugnāt: sed simul
stant igitur naturaliter possunt esse ⁊ sunt frequen
ter in eodem loco. ¶ Tū q2 nō apparet ratio qua-
re sicut superficies potest esse simul cum superficie
vt patet de superficiebus corporum se tangentiuȝ
quare (inq̄) ꝓfunditas non possit simul stare cum
profunditate ⁊ naturaliter. Et sic duo corpora si-
mul: vt videtur..

Opi. doctoris. ¶ **Sed quantū** ad presentem articulū dico ꝙ nec per dotem
qualitatem illam dato ꝙ ponatur: nec per naturaȝ
seu per virtutem quācunq̄ creatam: sed solum per
virtutem diuinam īmediate potest fieri ꝙ duo cor
pora sint simul actualiter in eodem loco quocunq̄
modo predictorum modorum in articulo precedē-
ti. ¶ Ad hoc adduco aliquas rationes. Prima ē
ista. Sola virtute illa ⁊ nō alia possibile est duo cor
pora poni vel esse in eodeȝ loco: qua sola potest fie
ri vnum corpus in pluribus locis: quocūq̄ modo
intelligatur. Nec videtur ꝙ magis vnum q̄ aliud
ad aliquam virtutem pertineat: sed sola virtute di
uina īmediate possibile est idem corpus esse vel po
ni in pluribus locis. nec in hoc verbū aliquod vel
sacramentū habet aliquā efficaciam vel virtutem
effectiuam: sicut ꝓbaui supra in isto quarto. ⁊c̄.
¶ Secunda ratio. sola virtute illa ē possibile duo
corpora esse vel poni in eodeȝ loco: que potest face
re corpus presens loco non expellendo aliud cor-
pus. sed hoc est sola virtus diuina ⁊ nulla creata.
Omnis enim creatura necessario impellendo vel
ducendo vnū corpus expellit aliud corpus. Sicut
etiam mouendo vnum corpus ad aliquē locū amo
uet ipsum a priori loco. ergo ⁊c̄. ¶ Tertia ratio ē
ista. sola virtute illa est possibile plura corpora esse
in eodem loco: qua sola possibile est corpus ita ve-
lociter moueri vel transire aliquod spaciū sicut an
gelum vel spiritum. q2 in ptāte talis virtutis est ꝙ
medium non resistat mobili: eo ꝙ pōt facere ambo
simul. ⁊ per cōsequēs ꝙ ita velociter moueaṫ cor-
pus sicut spiritus: sed hoc est sola virtus diuina ⁊
non alia. quia virtuti diuine soli nullū resistens re-
sistit. ergo ⁊c̄. ¶ Quarto sic. Sola virtute illa est
possibile. ⁊c̄. que sola illimitata est in agendo non
determinata ad vnum locum vel modum: sed sola
virtus diuina talis est. Potēs est enim ponere ef-
fectum suum in hoc loco vel in illo in pluribus vel
in vno simul cum alio: vel nō simul vt videtur. Nō
sic virtus creata: que limitata est vt ponat tantum
corpus in certo ⁊ vnico loco: nec possit causare plu
res respectus locati ad plura loca simul: nec pluriū
Resolu. hui⁹ arti. locatorum simul ad vnum locum. ergo ⁊c̄. ¶ Sic
igitur dico ꝙ nulla virtute creata: nec per dotem:
nec per aliquid aliud possibile est ꝙ plura corpora
simul sint in eodem loco: vel vnum corpus in pluri
bus: sȝ sola virtute diuina. Nam virtus creata ad
hoc ex imperfectione sua est artata: vt nō possit po
nere corpus in loco nisi amouendo ipsum de prio-
ri loco. Corpus dico preexistens in loco. ⁊ ita non
potest facere vnum corpus in plurib⁹ locis: nec po
tuit ponere corp⁹ in loco: nisi expellendo aliud cor
pus preexistens in eodē loco. Et ita non potest po
nere duo corpora in eodem loco: sicut nec potest fa
cere generationem vnius sine corruptione alteri⁹
loquendo saltem de generatiōe vel corruptione to
tali ⁊ perfecta: sed virtus diuina que potest trāsfer
re vnum corpus non amouendo ip̄m a priori loco:
nec expellendo aliud corpus a suo loco: potest fa-
cere vnum corpus in pluribus locis: vel plura ī eo
dem loco. ¶ Uerum est tamen ꝙ vnus doctor assi Ratō cuiusdam.
gnat aliam rationem quare duo corpora non pos-
sunt esse in eodem loco per virtutem creatam. Di-
cit enīȝ sic ꝙ necesse est duo corpora naturaliter eē
in duobus ⁊ distinctis locis. quia diuersitas mate
rie ipsorum requirit diuersitatem in situ. Unde et
quando corpora simul ponuntur vt in mixtionib⁹:
cessat naturaliter distinctio ipsoruȝ. igitur ad hoc
ꝙ duo corpora sint in eodem loco: ⁊ maneant duo:
oportet ꝙ maneat distinctio ipsorum. sed non po-
test manere a causis primis: puta a materia. Non
enim manet distintio situs. igitur oportet ꝙ mane
at a causa prima a qua essentialiter dependet talis
distinctio: ⁊ essentialius q̄ a causis proximis. sicut
esse accidentis dependet a causa prima: ⁊ essentia-
lius q̄ a causa secunda vel proxima: ⁊ potest fieri
sine causa ꝓxima: que est subiectum ip̄m. Cum igi
tur solius virtutis diuine sit facere vel conseruare
effectū sine causa ꝓxima īesse. Videṫ ꝙ ad ip̄am so
lā ptineat: ⁊ ipsa sola possit ponere duo corpora in
eodem loco. sicut conseruare accidens distinctum
sine subiecto. ¶ Sed ista ratio sicut iacet nihil va-
let. Primo quia distincta materia sicut ⁊ distinctū ꝯ pcedē. rationeȝ.
corpus necessario non requirit distinctum locum:
immo nec locum vel situm absolute. Situs enim ī
loco est aliquid posterius ⁊ accidētale materie sim
pliciter. vnde ⁊ possent fieri distīcte materie extra
omne locum. ¶ Secūdo quia si materie corporuȝ
distinguerentur per locum vel situm accipiendo si-
tum sicut iste doctor accipit: tunc nō manerent ma
terie distincte: nisi loca manerent distincta. Sed si
materie non essent distincte: non essent corpa distī-
cta nec deus etiam posset oppositum facere. Nam
licet possit immediate quicquid potest mediantib⁹
causis secūdis extrinsecis: tamen non potest imme
mediate sine causis intrinsecis quicquid potest me
diantibus ip̄is. materia autem est causa ītrinseca
rei. quare ⁊c̄. ¶ Tertio quia forma secundum illū
doctorem indiuiduatur per materiam. Si ergo nō
manet materia distīcta nec forma: ⁊ ita nec corpus
⁊ ita nihil valet illa rō: sȝ īcludit multa falsa ⁊ mul
ta nulla. ¶ Addiṫ vna ab alijs ꝙ sola virtute illa ē Alia rō.
possibile duo corpora esse ī eodē loco: qua sola pos
sibile est effectum cause secunde naturalis suspēdi
positis omnib⁹ ad effectum requisitis. quia ꝙ cor-
pus non possit esse cum alio corpore: hoc est ꝓpter
effectum vnius quātitatis: qui est aliam expellere
sed hoc ad solam virtutem diuinam pertinet: sicut
ad ipsam solam pertinet suspendere effectū ignis
puta calefacere approximato sibi calefactibili dis-
posito. ⁊c̄. ¶ Sed dico ꝙ ista ratio presupponit
vnum falsum. s. ꝙ effectus quantitatis vel dimen-
sionis sit expellere aliam. quia quantitas sicut di-
ctum est supra: nō est forma actiua vel motiua. Et
ideo sistatur in rationibus supradictis.

¶ **Ad primum** aliorum de dote dico ꝙ nō oportet cuilibet doti   Ad rōes 1. opi.
assignare effectum aliquē: sicut de impassibilitate:
patet etiaȝ dato ꝙ ponatur qualitas absoluta. Si
dicas ꝙ est principium resistendi cuilibet agēti cō
trario. dico ꝙ hoc non est per aliquam actionē eli-
citam: sicut etiaȝ nec aliquid incorruptibile resistit
corrūpenti: vel non cedit per aliquā actionē elici-

taꝫ: sicut patet. Et ita dico in proposito ꝙ esse duo corpora in eodem loco non est effectus illius qualitatis. ¶ Ad secūdum dico ꝙ beato sufficit: vt ad imperium voluntatis sue possit corpus suū esse cū corpore non glorioso: nec oportet ꝙ ipse hoc efficiat per aliquid quod est in ipso: sed sufficit ꝙ deus in hoc sibi ad votum assistat: ⁊ hoc ipsum efficiat: ⁊ sic quodā modo habet hoc in sua potestate: sicut viator habet gratiam vel charitatem: licet ipsam non efficiat. ¶ Ad tertium dico ꝙ equaliter possibile est corpus quodcūqꝫ esse cū alio corpore simul sicut gloriosum cum non glorioso: licet non sit ita ordinatum a deo: ⁊ ideo nō conceditur vnum sicut reliquum. Nec per dotem illam subtilitatis est ꝙ corpus gloriosum sit cum non glorioso. ¶ Ad quartum dico ꝙ anima non impeditur per corpus gloriosum resumptum: licet nō possit esse naturaliter alio cum corpore sicut prius. quia nec hoc vnqꝫ potuit coniuncta existens. Sed dico ꝙ ita potest esse cum corpore alio ⁊ velociter moueri sicut separata: non tamen naturaliter: sed supernaturaliter ⁊ a deo. ¶ Ad quintum dico ꝙ subtile eo modo quo conuenit corporibus beatis dicitur a virtute penetrandi passiue: sic ꝙ mota a deo possunt intimari alijs corporibus non gloriosis: ⁊ intimātur ad votum beatorum non ꝙ actiue se intiment: sicut patꝫ ex predictis.

Ad motiua Scōe opi. ¶ Ad primum ponentiuꝫ ꝙ virtute nature possunt eē vel sunt duo corpora in eodem loco. Dico ꝙ ignis ⁊ ferruꝫ non sunt simul. Unde nec in ferro quod dicit̄ ignitum est forma ignis: nec etiam cum ipso: licꝫ videatur propter qualitates ignis cōmunicatas ipi ferro. ita in ferro plus est de calore ꝓpter densitatem materie qꝫ in igne: non quia sit intensior. Tu dicis generat ignem illud ferrum. igitur est ignis: vel in ipō seu cum ipō est ignis. Dico ꝙ est generatio equoca: sicut ex lapidibꝰ generatur ignis. Aliter soluitur ꝙ in poris subtilibus ipsius ferri incorporatur ignis: ⁊ sic non sunt simul ferrum ⁊ ignis. Aliter dicitur ꝙ in materia aliqua circūstante ferrum generatur ignis. vnde ⁊ per maleationem redigit̄ in fauillas manēte substantia ferri. ⁊ sic ignis non est simul cum ferro: nec duo corpora sunt simul.

¶ Ad secundum de aqua in cineribus ⁊ pane cuꝫ vino: dico ꝙ non sunt ibi duo corpora simul. sed cineres ⁊ panis sunt corpora porosa ⁊ subintrantur vel implentur pori illi ab aqua vel a vino. ⁊ sic duo corpora non sunt in eodem loco: nec vnqꝫ profundum cum profundo: licꝫ superficies istorum corporum secūdum diuisionem eorum possint esse simul.

¶ Ad tertium dico breuiter ꝙ sicut dixi in secundo elementa non manent in mixto corpora distincta nec secūdum formas proprias. Et est istud bonum argumentum contra ponentes illam positionem. Habent enim vel negare veram mixtionem vel ponere plura corpora naturaliter in eodem loco. Similiter potest dici de humoribus ꝙ nō sunt corpora distincta: sed vnū corpus tantum equipolens illis secundum formam vnam vel complexionem mediā vel si sunt ibi corpora distincta nō sunt simul sed secūdum iuxta positionem. ¶ Ad quartum dico ꝙ humiduꝫ ⁊ humectum non sunt simul: nisi quia tangunt se. ⁊ ita solum secūdum superficies ⁊ non secundum profunda. Unde ⁊ immediate non tangitur aliquid in aere vel in aqua: sed mediante aere vel aqua: licet in aere non percipiatur: nec humor ille aqueus vel aereus est formaliter nisi in aere ipso vel in aqua. ¶ Ad quintum dico ꝙ licet nulla sit repugnantia inter duas dimensiones circa eundem locum: tamen agens naturale nō potest ponere duo corpora in eodem loco propter rationes supradictas: que non accipiuntur ex repugnantia dimensionum: sed aliunde sicut patuit supra. Unde non reputo bene dictum vel saltem proprie ꝙ dimensiones: licet non repugnent simpliciter ⁊ per comparationem ad quodlibet agens repugnant tamen in comparatione ad agens naturale. Quod additur etiam de qualitate ⁊ dimensione vel substantia: que non repugnant: sed possunt esse in eodem loco: licet quelibet sit secūdum se corporea. dico ꝙ nec substantia nec qualitas secundum se est corporea corporeitate extensionis sed tantuꝫ per dimensionem vel quantitatem: licet bene sint corporee corporeitate proprij generis secūdum ꝙ corporeum opponitur spirituali: sed hoc modo nō loquimur de corpore in presenti questione. ideo nō valet nec sequitur duo corpora naturaliter simul stare. ¶ Ad aliud quod fuit quintum ꝙ alimentū ⁊ alitum existentia distincta nunqꝫ sunt simul: sed quelibet pars aliti ⁊ ipsum alitum sunt porosa. ⁊ in poris est ipsum alimentum: quando est in proxima dispositione ad conuersionem: ⁊ conuertitur in alitum circūstans: ⁊ fiunt noui pori. ⁊ sic fit nutritio ⁊ augmentum secunduꝫ Commentatorem primo de generatione: ⁊ nunqꝫ sunt duo corpora simul.

¶ Ad vltimum dico ꝙ superficies potest esse simul naturaliter cum superficie: vt patet in corporibus tangentibus simul: non tū simul profunditas cum profunditate ꝓpter rationes supradictas que currunt de corpore ⁊ non de superficie. Non enim oportet ꝙ vna expellatur si vna inducatur vel aplicetur alteri tangendo: ⁊ sic fiant simul: sicut de corporibus. Et dicūt aliqui ꝙ hoc est quia superficies respectu corporis habet rationem indiuisibilis. Corpus autē vel profunditas respectu nullius dimensionis habet rationem indiuisibilis. Sed non curo.

¶ Ad primum principale argumentum dico ꝙ licet conclusio sit vera scilicꝫ ꝙ per dotem subtilitatis si ponatur qualitas creata non sint duo corpora in eodeꝫ loco: tamen minor ē simpliciter falsa. scꝫ ꝙ impossibile est oīno duo corpora esse in eodem loco. Dico enim ꝙ est impossibile. Ad boetium dico ꝙ vnum locum duobus corporibus nullo modo fingere vel ponere possumus naturaliter seu per virtutem nature: sed bene virtute diuina duorum corporum potest esse idem locus simul. Si dicas ꝙ intentio Boecij ē: ꝙ nec virtute diuina. quia locus vel situs in loco est distinctus locati vel corporis ab alio corpore: ⁊ formaliter distinctiuus. Et ideo oportet necessario ꝙ distinctorum corporum sint distincta loca. Dico ꝙ modo est intentio Boetij. quia duo corpora distincta possent fieri ⁊ esse extra omnem locum: sed bene verum est ꝙ naturaliter ⁊ de lege communi corpora locata distinguntur accidentaliter non primo ⁊ essentialiter per situs in diuersis locis. Ita ꝙ bene innotescit distinctio eorum ex diuersis locis. Ad rōes ꝑncipa.

Communiter dico ⁊ secūdum legē nature absolute: tamen fieri potest virtute diuina: vt amborum: licet distinctorum sit idem locus: ita ꝙ distinctioni eorum simpliciter accidit distinctio locorum.

¶ Ad secundum conclusio est vera ꝙ per dotē subtilitatis nō sunt duo corpora simul: si ponatur qualitas creata. Ad minorem oportet dicere tunc ꝙ subtilitas nō est nihil ī corpore beato. Dato enim ꝙ ibi nō sit subtilitas ex paucitate materie: que cōuenit corporibus raris. alia tamē subtilitas ⁊ aliūde ꝓueniens potest idem sustineri secūdum vnam opinionem tactam in primo articulo questionis.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ dato ꝙ per dotem subtilitatis duo corpora eēnt simul: quod est falsum: tamen oporteret ꝙ duo corpora gloriosa magis possent esse simul qꝫ gloriosum ⁊ non gloriosum: licet prima essent magis similia. Non enim ex maiori similitudine potest vnum corpus seipsum alteri intimare: sed magis ex eo in quo est alteri dissimile. qr scilicet istud gloriosum ⁊ illud non. sicut tibi diceretur. ⁊ sic habet corpus gloriosum: ꝙ possit penetrare aliud vel se intimare illi quod nullum aliud sibi secundum aliam viam. ¶ Ad illud in oppositum de vi penetrandi responsum est in corpore questionis.

¶ Distin. quinquagesime.
Questio prima.

Circa istam distinctionem quero vtrū damnati appetant nō esse. ¶ Videt̄ ꝙ nec aliquo modo possint appetere Primo sic. nulla potētia potest habere actū suū nisi circa obiectum suū. sed nō eē non hēt rationē obiecti respectu volūtatis. qr non habꝫ rationem boni imo tollit totam rationem boni. ergo ⁊c. ¶ Secundo sic. Quicunqꝫ necessario appetit beatitudinem ⁊ esse in quiete necessario appetit esse: ⁊ nō pōt appetere non esse. sed oīs creatura rōnalis est hmōi: ⁊ ꝑ ꝯn̄s damnati. ergo ⁊c. Et ꝯfirmatur. quia priuatio nō apetitur nisi rōne habitus. Si igit̄ appetit nō esse hoc est quia appetit eē. ⁊ ita simul appetit esse ⁊ nō esse. quod est ꝯtradictio. ¶ Tertio sic. sicut nolle se habet ad summū bonum vel ad beatitudinem: ita velle ad summū maluꝫ ⁊ summā miseriā. sed nolle sic se habet ad summū bonū ⁊ beatitudinē: ꝙ beatitudinē ⁊ summū bonū nō pōt quis nolle. qr nolle ꝑ se est respectu mali. In illis aūt nulla est rō mali. ḡ etiam nō pōt qs velle summū malū vel miseriā: sed summa miseria est non esse. ergo ⁊c.

Apo. 9. ¶ Contra Apocalip. 9. Desiderabūt homines mori: ⁊ fugiet mors ab eis. sed mors ad non esse terminatur. ergo ⁊c.

¶ In ista questione sic ꝓcedā

¶ Primo ꝑmittam aliqua ad intellectū q̄stionis. ¶ Secūdo inquiram vtrū aliquis ad vitandū miseriam ꝯm rectam rōnē possit eligere vel appetere non esse. ¶ Tertio inquiram vtrum dānati de facto appetāt nō esse. ¶ Ultimo ad rationes.

Notāda ꝑ intellectione q̄stionis. ¶ Quantum ad primum dico ꝙ questio pn̄s intelligit̄ nō de appetere naturali: quod est naturalis inclinatio voluntatis sicut dictum est supra. Nam de tali appetere loquēdo planum est ꝙ nō esse nec appeti pōt nec appetitur: sed tantūmodo bonum ⁊ perfectio appetentis stās in re cum tali appetitu: nec excludens ipm. Non eē aūt non est per se bonū: nec perfectio appetentis: nec stat cū tali appetitu: imo destruit ⁊ negat ipaꝫ potentiam appetentē totale suuꝫ esse. sed intelligitur questio de appetere: quod est actus elicitus voluntatis. qd quidem appetere proprie dicitur velle ⁊ actus liber. ¶ Secūdo est aduertēdum ꝓpter illa que dicētur in secūdo articulo ⁊ tertio ꝙ miseria dicitur duplex. vna culpe: ⁊ non est aliud qꝫ culpa siue sit mortalis siue venialis. Alia dicitur miseria pene: ⁊ est idem quod pena. Qr aūt sit pena proprie: dictū est in secūdo. ¶ Tertio notandū ē ꝙ lꝫ questio mota sit de dānatis: tū qꝫtum ad scdm articulum ꝓsequar eā nō solum de dānatis: sed etiam de viatoribus: quibus pōt inesse miseria pene ⁊ culpe: sicut ⁊ dānatis: lꝫ alit̄. Hec de. i. arti. ꝑncipali.

¶ Quantū ad secundum articulum dicitur cōmuniter ꝙ loquendo de miseria pene quātacūqꝫ nullus potest nec debet eligere vl̄ appetere non esse ꝯm rectā rationem ad vitanduꝫ taleꝫ miseriā. ¶ Ad hoc adducūtur rōnes que nō videntur aliquibus cogētes. Prima est ista maiꝰ malum ꝯm rectā rōnem nō pōt eligi ad vitandum minus malū. Nam ꝯm rectā rationē de duobꝰ malis minus est eligēdum: sed non eē est maius malū qꝫ miseria pene: que reliquid subiectū. qr plus adimit de bono qꝫ talis miseria. Excludit ei ⁊ adimit totū bonū. quia nō esse nihil est sicut ptꝫ. ergo ⁊c. (an aliqs possit vel dbeat ad vitādum miseriaꝫ eligere nō esse. I. modus)

¶ Secūda ratio ꝯm rectam rōneꝫ nō pōt eligi carentia maioris perfectionis ad vitanduꝫ carentiā minoris perfectionis. sed nō esse est carētia maxie ꝑfectionis in entibus. Nam ꝯm Dyonisium eē ꝑ se acceptum est nobilissimū in ente. Pena aūt dicit carētiam minoris ꝑfectionis: puta ꝑfectionis accidētalis. ergo ⁊c. ¶ Tertia rō est ista. Illud qd nec est bonum nec ꝯm rationē rectam apparet bonum: nullo mō est appetibile ꝯm rōnem rectaꝫ. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō pōt appeti ad vitandum miseriā pene. sed nō esse est hmōi. Planū est eñ ꝙ nō est bonuꝫ. ⁊ ꝑ consequēs ꝯm rōnē rectā nō apparet bonū. Alioquin rō recta eēt falsa. ergo ⁊c. ¶ Quarta ratio. Illud nō pōt appeti ab aliquo ꝯm rectā rōneꝫ ad quod cū ꝑuenerit: nō efficitur melior vt ptꝫ: sꝫ sustinens penā perueniēs ad nō esse nō efficeret melior sed deterior. ergo ⁊c. Unde August. 3. de libero arbitrio ꝓbat ꝙ nō esse nō est appetibile. Tum qr nihil. Tum qr adimit totū bonum. Tū qr ꝑ ipm nō efficitur aliqs melior. hoc idē videtur dicere. 9. de ciui. ca. xxvj. in fine: vbi dicit ꝙ quilibet vult eē sicut ⁊ beatꝰ eē. Et hoc etiā deducit ca. 28. vide ibi. August.

¶ Secundo dicit̄ ꝙ loquēdo de miseria culpe ⁊ ꝑcipue mortalis potest: ⁊ debet aliquis eligere vel appetere nō eē ꝯm rectam rationē ad vitandū talē miseriam culpe. (Scdꝫ mēbrū d miseria culpe.)

¶ Ad hoc est prima rō talis. ꝯm rectā rationē debet quis plus diligere deum qꝫ seipm. ⁊ ꝑ ꝯn̄s preeligere quod est ꝯtra seipsum qꝫ quod est ꝯtra deū. non esse aūt creature nō est cōtra deum: sed contra creaturam. ergo ⁊c. ¶ Secūda ratio. Maius malum magis est fugiēdum: ⁊ minus malum preeligē

dum ſm rectā rationem. ſed culpa eſt maius malū ꝙ̄ non eſſe creature. qꝛ culpa eſt carentia boni debiti: ſed nō eſſe licet ſit carētia: non tamen boni debiti. Nullus enim eſt debitoꝛ ſui eē. qꝛ in nullius poteſtate eſt ſuū eē. Alioqn ab eterno fuiſſet creatura mala: ⁊ magis mala ꝙ̄ modo ſub culpa. quia ab eterno nō fuit ergo ⁊c. ¶ Tertia ratio. Magis ē fugiendum malum ſimpliciter ꝙ̄ malum huic vel ſm quid. ſed malū ſimpliciter eſt culpa. qꝛ cōtrariatur bono ſimpliciter bono diuino ⁊ honoꝛi eius et oꝛdini vniuerſi. nō eſſe vero eſt malū huic tm̄ puta illi: qd̄ nō eſt. ergo ⁊c. Hoc em̄ videtur cōfirmari

anſelm⁹. per Anſelmū: cur deus homo: vbi dicit ꝙ niſi per malum pene oꝛdinaretur culpa: tūc nō eſſet honoꝛ dei quē tollit culpa. ¶ Quarta ratio. quia miſeria culpe cōtrariatur bono virtutis. nō eē vero cōtrariatur vel opponitur eſſe nature. ſed eē virtutis vl' bonum eſt maius ꝙ̄ eē vel bonum nature. ergo culpa eſt maius malum ꝙ̄ nō eſſe. ⁊ ita nō eſſe preeligendum eſt ſm rectam rōnē. ¶ Ad hoc videt auctoꝛitas xp̄i loquētis de Juda. Math. xxvj. Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille. (Math. .26.)

(ſcd̄s modus.) ¶ **Alij ſunt** qui dicūt ꝙ prime rōnes adducte de nō eſſe ⁊ miſeria pene cōcludunt etiam de nō eſſe ⁊ miſeria culpe ſcilʒ ꝙ ſm rectam rōnem non eſt eligendum non eſſe: ⁊ poſſunt eodē mō deduci ad hāc cōcluſionē ſicut ad illam vt ptʒ intuēti. quare ⁊c. Et ideo dicūt ꝙ ille rationes adducte pro primo mēbꝛo nō cōcludunt. vel ſi cōcludunt: pro ſecūdo mēbꝛo ꝯcludūt. Et ſic ponētes primū mēbꝛum ꝑ illas rationes ⁊ negantes ſm ſibiipis cōtradicūt. Addunt etiā iſti ꝙ nec rōnes ſecūdi mēbꝛi cōcludūt. ⁊ ideo ſoluūt ad oēs predictas rationes: ſicut ⁊ inferius diſſoluētur.

(Ad rōes 1. opi. ꝑ 1. mēbꝛo.) ¶ **Ad primaʒ** ꝓ primo mēbꝛo dicunt ꝙ nō eē nō habet rōnem mali: nec per ꝯſequēs maioꝛis mali ꝙ̄ miſeria pene. qꝛ maluʒ cū ſit priuatio ponit ꝯſtantiā ſubiecti. nō eē vero ip̄m ſubiectum ⁊ totum eē excludit. ⁊ ita nō eſſe licet nō ſit bonū: nō tamen eſt malū. Nec valet ſi dicas ꝙ eē eſt bonū. igitur nō eē eſt malum. dico enim ꝙ nō ſequitur. Nam ⁊ bonum ⁊ malum vtrūꝙ̄ dicit aliquid poſitiuū ſicut habitus ⁊ priuatio. Priuatio enim ſaltem dicit ſubiectum concernendo ⁊ ideo non eſt dare purum malum: quod nō fundetur in bono ⁊ in aliquo eſſe poſitiuo. Nec bonuʒ nec malū contradictoꝛie opponūtur: ſicut eſſe ⁊ nō eſſe. Si enim non eſſe creature eſſet malū: ſequeret ꝙ malum fuiſſet ab eterno: ſicut nō eſſe creature ab eterno fuit vſqʒ ad ꝓductioneʒ creature. ¶ Eodē modo ad ſecūdum poſito ꝙ eſſe in creatura ſit ſummum bonū vel perfectio optima ſm Dyoniſiuʒ nō ſequitur ꝙ non eſſe ſit maius malū ⁊ magis fugiēdum. qꝛ non eſt malum vt dictum eſt ⁊ probatum. Miſeria aūt ē malū. Quādo dicis ꝙ illud qd̄ pl⁹ adimit de bono: eſt magis malum. Dico ꝙ verum eſt ſuppoſita conſtantia ſubiecti. Alioquin em̄ nō habetur ratio mali. non eſſe vero totum ſubiectū ⁊ ſuum excludit. Difficile tamē eſt videre: quomodo eſſe ſit nobiliſſimū in ente: niſi foꝛte intelligatur de eſſe ſubſtātiali rei cōparato ad accidētia vel eē accidentalia. ⁊ ſic poteſt exponi Dyoniſius eo modo loquendi quo dicimus: ꝙ diffinitio eſt indicans eē ſed ſi accipiatur eſſe vt perfectio quedam diſtincta ab alijs perfectionibus ſubſtātialibus ſuꝑadditis: non video hoc eſſe verū: ꝙ ſit nobiliſſima perfectio ſiue ſit ſermo de eſſe eſſentie ſiue de eē actualis exiſtētie precise. Primo de eſſe eēntie. quia nō puto ꝙ precindat a perfectionibus ſubſtātialibus rei. ſicut nec ens ab aliquo ente. Unde entitas hominis ⁊ humanitas ſunt penitus eadem perfectio ſicut ens ⁊ homo penitus idē in re: nec eſt ens vniuocum vniuocatione rei: ſicut dixi in primo diſtinctione. viij. Secūdo dato ꝙ ſic precideret: ſicut ſuo modo precindit animalitas a rationalitate vel humanitate: adhuc non eſſet aliquid perfectius ſʒ imperfectius ⁊ in potentia ad perfectiones ſuperadditas: ſicut ſuo modo animalitas ē perfectioꝛ ſubſtantialitate ⁊ humanitas animalitate. Si etiā loquamur de eſſe exiſtentie non video. qꝛ vel eſt ideʒ cum eſſentia differens ſolum ſcd̄m rationem. ⁊ ſic de ip̄o quantum ad hoc idem eſt iudiciuʒ: vel dicit reſpectum ad efficiens. talis autē non eſt nobilioꝛ ipſa ſubſtantia ſcd̄m propriā quiditatē abſolutam nec pertinet ad eā. ¶ Ad tertiū poteſt dici ꝙ ſimpliciter loquēdo nō eſſe nō eſt appetibile. qꝛ nec eſt nec apparet bonū rationi recte in ſe ⁊ ſcd̄m ſe: tm̄ ꝑ accidēs pro quāto ad ip̄m quod nō eſt malū: vt ꝓbatuʒ eſt ſequitur amotio mali pene: aliquo modo eſt appetibile ⁊ minus fugibile ꝙ̄ malum pene loquēdo impꝛopꝛie de fugibili pro nō appetibili. ſic igitur non eē nō eſt maluʒ ⁊ ad ip̄m ſequit amotio mali vel negatio. ⁊ ſic aliquo modo ſaltem per accidēs videretur preeligibile vel preappetibile ipſi malo pene: vel ſaltem ratio ꝓmiſſa oppoſitū nō cōcludit. Si enim concluderet de malo pene: eodem modo ꝯcluderet de malo culpe: quod tm̄ oēs negāt ¶ Ad quartū pōt dici ꝑ idē: ꝙ licet ſimpliciter nō fiat quis melioꝛ ꝑueniēdo ad nō eē: tm̄ ſibi ineſt pena. diceretur ꝙ aliquo mō fieret melioꝛ ꝑueniendo ad non eſſe. quia ſic nullum malū incurreret: ⁊ liberaretur a malo pene. nō eſſe em̄ nō eſt malū. ⁊ pena eſt malū: ⁊ ad nō eſſe ſequit nō eē in pena. ⁊ ſic licʒ non eē nō ſit ſimpliciter appetibile: rō tm̄ nō cōcludit qn aliquo mō etiā ſcd̄m rectā rōnē ſit appetibile ⁊ ꝓelegibile malo pene. Alioquin etiā de malo culpe concluderet. ¶ Et ſic etiam ad ratiōes illas Auguſti. de libero arbitrio dici poteſt.

